


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

121

DA box

No 223.



M. Tuscher fecit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

121

STRI
brorum
MA
re

EPIST
CALES
CHRIS
tione

VV

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

AD ILLV-
STRISSIMVM CYM-
brorum Ducem, Dominum MAGNVM, Sereniſsimi regis Daniæ filium,

IN

EPISTOLAS DOMINI-
CALES, ET FESTORVM IESV CHRISTI, ac Diuorum eius, Annota-
tiones Scholaſticæ LVCÆ LOSSII Lunebur-
genſis.

VVITEBERGAE
Excudebat Thomas Klug.
Anno

M. D. LIIII.
18. Septemb.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ILLVSTRISSIMO ET NOBILISSIMO DOMINO ET

Principi, Domino MAGNO, *Cymbricæ Cherrhoneſi laudatiſsimo Duci, Sereniſsimi Regis Daniæ filio, Domino ſuo clementiſsimo, Lucas Loſsius à Deo Opt. Max. ſalutem optat.*

NON temerè neque caſu hoc admirandū & pulcherrimum mundi & naturæ opificium confluxiſſe ex Atomis, vt impiè & furenter Democritus diſputauit, ſed miranda atq; arcana deliberatione & conſilio ſapientiſsimæ & æternæ mentis eſſe conditum, multæ ſunt euidentes & firmiſſimæ rationes, quæ tum in Philoſophicis tum Eccleſiaſticis eruditorum hominum noſtri temporis monumentis piè & verè explicatæ ſunt. Vnam ſolūmodo viſum eſt mihi hoc loco apud tuam Celſitudinem, Princeps clementiſsime, breuiter attingere, naturarum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſcilicet, & ingeniorum diſcrimẽ in hominibus, quod & ipſum, præter alia, illuſtrè eſt teſtimonium, hominis partes non fortuitò ac promiſcue, vt Democritus ſenſit, concurriſſe inter ſe ex minutiſsimis illis corpuſculis, ſed ab æterna, ſapientiſsima, & diuina mente, architectatrice rerum omnium, mirabiliter conditas & diſtributas eſſe. Hoc diſcrimen conſpicitur in toto humano genere. Nam quanta eſt in ipſis hominibus diſsimilitudo naturarum, inclinationum, ingeniorum & voluntatum? Maxime verò elucet hoc diſcrimen in Heroico veſtro genere, in quo maior excellentia eſt naturæ, quàm in cætera multitudine: Atque hæc quaſi nobilitas naturæ propagatur aliquo modo etiam in poſteritatem, ſicut vere & eleganter inquit poëta;

Fortes creantur fortibus & bonis:
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Non igitur ſolum virtutibus, ſeu

rebus

rebus fortiter & præclare geſtis, verum etiam vi quadam naturæ diſtant heroicæ familiæ à promiſcuo vulgo, in quo igniculi illi ſeminaq́ virtutum, & animorum impetus plerunque languidiores minusq́ excitati ſunt, quàm in heroicis naturis. Quare multum illi errant, qui nihil inter nobilē & ignobilem intereſſe arbitrantur, ſiquidem omnes à communi Protoplaſto ſeu parente Adamo prognati ſimus. Nam quemadmodum vult Deus diſtinctiones eſſe miniſteriorum & ordinum in hac communi & ciuili ſocietate, in qua alij imperent, alij obediant: ita etiam excitatior eſt indoles ac vis, ſeu, vt Græci appellant, δύναμις naturæ in præſtantibus viris, qui Imperia & Eccleſias gubernaturi ſunt, quàm in mediocribus. Neq́ vero exigua vis naturæ, magnanimitas, & robur animi requiritur ad ſuſtinendas & perferendas difficultates & onera Eccleſiæ & Imperiorum. Ideo ſingulares & diuinos motus inſeuit Deus Heroicis viris, vt ipſa gubernatio eſſet felicior &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

facilior inter tot miſerias & difficulta-
tes, quas homo, niſi afflatu quodam di
uino incitaretur, perferre nequaquam
poſſet in hac imbecillitate humanæ na
turæ. Sicut ſapientiſsime & veriſsime
Plato ſcripſit: Ὅσων ἂν πόλεων μὴ θεὸς, ἀλλά τις ἄρχει θνητὸς, οὐκ ἔστι κακῶν αὐτοῖς, οὐδὲ πόνων ἀνάφυξις. Atq; hos etiam di-
uinos motus in Principibus & Heroi-
cis viris, Græcus poëta ſignificat, cum
ait:

θυμὸς δὲ μέγας ἐστὶ διοτρεφέος βασιλῆος.

Et: (κεν.

σκηπτοῦχος βασιλεὺς, ᾧτε Ζεὺς κῦδος ἔδω-

Verum non ſolum peculiares &
diuinos motus Deus veſtro generi
indidit, vt gubernatio eſſet melior &
facilior, ſed elucet etiam in ipſa ſæpe
corporis ſtatura & lineamentis, maie-
ſtas quædam ſingularis, dignitas & ve
neratio in vultu, in oculis, in inceſſu,
in geſtibus. Quin & hoc diſcrimen
naturarum perſpicue docet ſcriptura
ſancta, & teſtatur ſingulare opus &
beneficium Dei illos Heroicos mo-
tus eſſe, qui diuinitus excitentur ad

ſalutarem & facilem gubernationem Eccleſiæ & politiarum in præſtantibus viris. Ideo vult Deus hæc dona agnoſci, magnifieri & celebrari. Sicut inquit Apoſtolus Petrus: Subiecti eſtote Regi, quaſi præcellenti. Item: Regem honorate, Quia ſic eſt voluntas Dei. Hic Apoſtolus non ſolum Regem potentia, opibus, & autoritate excellere cæteris teſtatur, ſed dotibus etiam naturæ maioribus, quæ ad publicam adminiſtrationem ſunt neceſſariæ. Hoc diſcrimen inter Heroicas naturas & mediocres ſeu communes, intelligere & inculcare prodeſt ad hoc, vt vulgus maiore veneratione gubernatores proſequatur, non ſolum propter multiplicia & ingentia commoda imperiorum, vt Religionis conſeruationem, pacem publicam, & honeſtam diſciplinam, ſed etiam propter hos diuinos & præſtantiores motus, quibus naturæ ἡγεμονικαὶ maioribus ornatæ ſunt, quàm aliæ, vt adminiſtrationi pares ſint & idoneæ. De hac præſtantia Heroici &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

diuini generis veſtri, Princeps illuſtriſsime, ſæpe & nos iuuentutem admonemus in ſchola noſtra Luneburgenſi, quam multos iam annos docemus, vt venerari ac ſuſpicere ſtatim à primis annis aſſueſcat Heroicas familias in humano genere: ne, vt ante hæc tempora, iterum exoriantur ſeditioſi & phanatici ſpiritus, perturbatores & peſtes Imperiorum. Verum dent etiam operam qui in Heroicis familijs naſcuntur, ne præſtantiam naturæ ignauia, aut alijs modis deprauent ipſi atque corrumpant, ſed igniculos illos cœleſtes & ſemina melioris naturæ, doctrina optimisq́ moribus excitent & conſeruent. Neque enim abſque hac diligentia præſtantes naturæ integræ manebunt, ſed degenerabunt facile. Nam Diabolus præcipue viros principes & Regios, & quicquid optimum in mundo eſt, & excellit, appetit. Eſt enim, vt inquit Propheta, Gulæ delicatę, & eſca eius electa. Ideo infeſtiſsimus hoſtis humani generis, Heroicis viris magis inſidiatur, quos

Eccleſiæ Dei & Politijs plus profuturos intelligit. Eſt igitur omnibus vigilantia & ſobrietate, alijsq; pijs exercitijs opus, præcipue vero Heroicæ naturæ.

Præter hanc, de qua dixi breuiter, laudem nobilium familiarum, quæ ex diuinitus inſitis ſeminibus ſumpta eſt, longe maxima cenſenda eſt & illa, quæ ex ſtudio Religionis & conſeruatione cœleſtis doctrinæ petitur. Nam cum omnes homines propter hanc præcipue cauſam edantur in lucem, vt per ipſos notitia veri Dei & cultus Eccleſiæ conſeruentur & propagentur ad poſteritatem, Inprimis hoc opus Deus à ſummis familijs poſtulat, vt iuuent & promoueant ſalutarem & veram vocem traditam diuinitus de æterno Deo, & Filio eius coæterno, Domino noſtro Ieſu Chriſto, & æternis beneficijs, quæ Deus in humanum genus per filium contulit, alant ſcholaſticos cœtus in ſuis Imperijs & Regnis liberaliter, è quibus moderatores & doctores ſuman-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

tur Eccleſiæ & politiarum idonei & ſalútares. Vnde Propheta Reges nutritores Eccleſiæ appellat. Et Dauid Principes in hoc ordine velut duces & ἐξάρχους vult eſſe, cùm iubet conuenire Reges & populos, vt ſeruiant Domino. Et nominatim veſtras familias alloquitur: Aperite portas veſtras Principés, & introibit Rex gloriæ. Hinc olim Reges etiam Sacerdotes fuiſſe conſtat, hoc eſt, cuſtodes & propagatores Eccleſiæ & diuinorum cultuum. Sicut inquit poëta Latinus:

Rex Anius, rex idem hominum, Phœbiq; ſacerdos.

Hic ſummus & gratiſsimus eſt cultus Deo, quem Regna, quem Ducatus, quem vrbes, & in ſua quiſque vocatione & ordine præſtare æterno Patri poteſt & debet, vt CHRISTO æterno Regi pateat ingreſſus in mundum & Eccleſiam, in qua Deus recte agnoſcatur & celebretur in omnem æternitatem. Eſt autem hoc pręſertim tempore omnium maxime opus defenſoribus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ribus cœleſtis doctrinæ, in quo tot paſſim fiunt vaſtationes Scholarũ & piorum cœtuum, in exilium aguntur ex Imperijs, & crudeliter interficiuntur pij doctores, & confeſſores veræ doctrinæ. Sunt igitur reuera domicilia ac templa Dei illæ politiæ & Regna, in quibus hoc tempore afflictæ Eccleſiæ profugium & quaſi Aſylum habent, conſeruatur doctrina Euangelij ſyncera, ſcholæ inſtaurantur & aluntur, in quibus adoleſcentię notitia veri & æterni Dei tradatur. Tale domicilium, & vt Pauli verbo vtar, πολίτευμα, eſt quoq; Danicum florētiſsimum Regnum, & Ducatus tuæ Celſitudinis. Nam in his vox Euangelij IESV CHRISTI adhuc ſyncere ſonat, recte docetur populus, Schola publica & cæteræ liberaliter, vt audio, & munifice inſtitutæ ſunt. Hæc altera vera laus eſt Imperiorum & Heroici generis, vt Eccleſia et ſcholę in ijs floreant. Nam duo præcipue ſunt quibus indiget Eccleſia: Prius, vt Doctores in hoc ſedulo incumbant, vt iuuentus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

& populus honeſte & pie formetur & inſtituatur. Deinde requiritur, vt gubernatores erga docentes non ſint reſtricti, ſed liberales in ſoluendis ſalarijs, Atq; tantum tribuant illis, vnde commode ſe & ſuos ſuſtentent, vt ſeruiant, ſicut inquit Paulus, μετὰ χαρᾶς, καὶ οὐ στενάζοντες. Nos quidem in hac ſcholaſtica functione, id dedimus ſemper operam, vt fideles inueniremur, Nec deterreri nos ſiuimus plurimis difficultatibus, & calumnijs, quibus Satan ſæpe neceſſariam & veram inſtitutionem noſtram deformare apud nos conatus eſt. Edidimus igitur olim Opuſcula ſcholaſtica quædam, in quibus intelligo tuæ etiam Celſitudinis teneram ætatem in pietatis & Grammatices elementis eſſe inſtitutam ab honeſto & erudito viro Iaſpare Muleno, noſtræ quoque Scholæ & inſtitutionis quondam alumno. Ante annum verò Annotationes etiam ſcholaſticas in Euangelia Dominicalia & Feſtorum IESV CHRISTI, & Diuorum eius publicauimus, vt Ec-

cleſia & Scholæ explicationem haberent illarum narrationum certam & facilem. Hunc noſtrum laborem ſeu potius conatum Schôlis & Eccleſijs gratum eſſe intelligo. Quare eodem nunc modo, cum multi id peterent à nobis, Epiſtolas quoque Dominicales & Feſtorum tractauimus, Atque precor æternum Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt Chriſtiana iuuentus & Eccleſiæ ex hac noſtra lucubratiuncula multum proficiant in pietatis ſtudio, et cognitiõe IESV CHRISTI.

Tuæ autem Celſitudini, Princeps clementiſsime, librum præcipue nuncupare ideo viſum eſt, quòd intelligo eam vere Heroicis virtutibus ornatam eſſe, & inprimis flagrare ardenti ſtudio Chriſtianæ religionis, & literarum, Scholas amplecti & fouere in paterno Regno & Ducatu tuo liberaliſsime. Ideo non dubito, quin Celſitudini tuæ voluntas noſtra probabitur, gratificandi Eccleſiæ & Scholis hac ſcholaſtica & puerili explicatione.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ne. Certe Chriſtiana iuuentus non parum accendetur amore literarum & pietatis, cum intelliget etiam Principes ac Regios viros Scholaſticas operas non aſpernari. Habent quidem patrocinijs magnorum virorum & præſtantium autoritate opus omnes literariæ commentationes & edita in publicum ſcripta, ſed maxime ſcholaſtici & pueriles noſtri libelli. Nam eſt Scholaſtica functio per ſe contempta. Quia iudicatur non eſſe admodũ neceſſaria ad comparanda huius vitæ commoda & præſidia, quibus vel ſolis bona pars hominum fere nunc ſtudet; Neque eſſe magni alicuius laboris exiſtimatur docere pueritiam. Ideo pauci ſeriam curam Scholarum ſuſcipiunt, Salaria ſeu δίδακτρα docentibus in ludis literarijs fere minora, quàm alijs, decernuntur. At contra fieri oportuerat, vt & docentes cum gaudio, iuxts dictum Pauli, aſsiduos & moleſtiſsimos labores & ærũnas perferrent, & iuuentus liberalitate ad diſcendum inuitaretur. Cum autem tuæ

Celſi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Celſitudinis, & patris Sereniſsimi & Chriſtianiſsimi Regis pietas, munificentiaq; erga Scholas & Eccleſias ſit illuſtris, & cognita omnibus, oramus ardentiſsimis votis nos, qui Scholas docemus, æternum & verum Deum patrem Domini noſtri IESV CHRISTI, & noſtrum etiam per illũ, vt Celſitudinem tuam, & illuſtriſsimum patrem quàm diutiſsime conſeruet incolumes, pacem in Regno florentiſsimo & Ducatu honeſtam & piam retineat, Eccleſiam Chriſti & Scholas clementer foueat & defendat. Rogo autem & ego illud nominatim, Princeps clementiſsime, vt hæc noſtra voluntas, & animi propenſio erga tuam Celſitudinem, quam hac nuncupatione publice teſtari volui, grata ſit tuæ Celſitudini, Atque oro ne dedignari ea velit nobiſcum quaſi verſari in puerilibus & ſcholaſticis cœtibus. Nam erit haud dubie hæc tuæ Celſitudinis ſummiſsio gratiſsima Filio Dei Domino noſtro IESV CHRISTO, qui & ipſe noſtra cauſa ſe infra

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

omnes creaturas demiſit, & factus eſt infantulus in cunis vagiens, atq; amantiſsime complexus eſt pueros. Huic Domino noſtro Ieſu Chriſto Filio æterni Patris, qui dixit: Per me regnant Reges, Celſitudinem tuam, & Sereniſsimum patrem, matremq; nobiliſsimam commendo, & precor eundem æternum Patrem, Filium eius coæternum, & vtriusq; ſanctum Spiritum, vt gubernationi veſtræ perpetuò adſint, vt ea tranquilla, pia & ſalutaris ſit Celſitudini veſtræ, populo, & Eccleſiæ Dei.
Amen.

T. Celſitud. dd.
Lucas Loſsius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ANNOTATIONES SCHOLASTICÆ IN EPISTOLAS DOMINICALES.

ET EAS QVÆ IN FESTIS IESV Chriſti, & Sanctorum ipſius præcipuis, leguntur in Eccleſia per totum Annum. In gratiam & uſum Scholarum puerilium, & Eccleſiæ, accuratè & fideliter collectæ.

QVIBVS ADIECTA SVNT IN ſingulas Epiſtolas Dominicarum & Feſtorum Tetraſticha, Argumenta, Obiectiones, & earum ueræ & breues ſolutiones, Dialecticæ ſtudioſis plurimum profuturæ. LVCA LOSSIO Luneburgenſi Autore.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

DOMINICA.

PRIMA ADVENTVS DOMINI, Epiſtola Diui Pauli ad Romanos XIII. de amplectenda doctrina Euangelij, & uitæ moribus iuxta eam piè inſtituendis.

Tetraſtichon.

Chriſtus adeſt mundo natus, iam noxq́; receßit,
Tempus adeſt, ſomno ſurgite quiſq; graui.
Moribus atq; fide pia mens nunc indue Chriſtum,
Et teneat carnis cura laborq́; modum.

Argumentum.

Eſt exhortatio, primum ad amplectendam doctrinã Euangelij, quod Chriſtum promiſſum Meſſiam exhibitum iam docet, et eius beneficia æterna, gratuitam remißionem peccatorum, iuſtitiam & uitam æternam proponit omnibus. Deinde ad ſtudium bonorum operum, ſeu nouam uitam agendam, qua exornatur cœleſtis doctrina, exercetur fides noſtra, & gloria Dei innoteſcit & propagatur. Placent autem bona opera Deo in iuſtificatis fide, & habent promißiones præmiorum, & huius uitæ corporalis, & futuræ. Sicut docet Paulus 1. Timo. 4.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

EPISTOLA Rom. 13.

CVM ſciamus tempus, quòd tempeſtiuum ſit, nos a ſomno expergiſci (nunc enim propius adeſt nobis ſalus, q̃ tum, cum credebamus.) Nox progreſſa eſt, dies autē appropinquauit. Abijciamus igitur opera tenebrarum, & induamur arma lucis: tanquam in die compoſitè ambulemus; non comeſſationibus & ebrietatibus, nō cubilibus ac laſciuijs, non contentione & æmulatione: Sed induamini Dominum Ieſum Chriſtum, & carnis curam ne agatis ad concupiſcentiam.

EXPLICATIO TEXTVS.

Cum ſciamus. *Propoſitio exhortationis. Amplectimini Euangelium de Chriſto exhibito, et fidem teſtamini coram hominibus noua obedientia erga legem Dei.* Tempus. *Tempus hoc intelligit plenitudinem eius, quo Chriſtus exhiberi mundo debebat, & fungi miniſterio ſuo docendi Euangelium, et redimendi humanum genus, iuxta illud ad Galatas 4. Cum ueniſſet plenitudo tēporis, emiſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum legi obnoxium, ut eos qui ſub lege eſſent, redimeret.* A ſomno. *Somnus eſt ignauia et torpor, ſeu negligentia*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

gligentia amplectendi ueram doctrinam, et agẽdi pœnitentiam. Econtra, uigilantia eſt alacritas audiendi Euangelium, et ſtudium bonorum operum. Expergiſci eſt fieri ſeu eſſe alacrem ad ſtudiũ uerbi Dei, et inſtituendæ nouæ uitæ. Sumpta eſt autem metaphora à dormientibus. Nunc enim. Aetiologia propoſitionis incluſa parẽtheſi, à circunſtantia temporis ducta, qua occaſionẽ oſtendit amplectendi oblatam gratiã, quia Chriſtus ſit reuelatus, et promulgatum Euangelium per ipſum Chriſtum et Apoſtolos. Salus eſt ipſe Chriſtus, adferens ſalutem humano generi, et promulgata uox Euangelij ſalutaris omnibus. Iuxta illud Rom. 1. Euangelium eſt potentia Dei ad ſalutem omni credenti, Iudæo primum & Græco. Quàm tum. Scilicet ante exhibitum ſeu natum Chriſtum, quẽ patres ueteris Teſtamenti uenturum crediderunt, nos exhibitum confitemur et ſcimus. Nox progreſſa eſt. Expoſitio ætiologiæ, quæ et ipſa rationem propoſitionis continet. Nox. Id eſt, tempus Veteris teſtamenti, ſeu legis, quod collatum tempori Noui teſtamenti, nox eſt: quia lex obſcurè de Chriſto loquitur in promiſſionibus & figuris. Dies autem. Dies eſt tempus reuelati Euangelij, et ipſum Euangelium, quo illucente, Chriſtus uere agnoſcitur, colitur & inuocatur. Abijciamus igitur. Repetitio propoſitionis, quæ duo cõplectitur. Primum, ut amplectamur reuelatum Euangelium. Secundo,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ut piam uitam traducamus, dignam Euãgelio, ſeu profeßione Chriſtiani nominis. Opera tenebrarũ uocat ignorantiam Dei, et cætera uitia, quæ parit tanquam fructus ignorantia, per quæ operatur et efficax eſt diabolus in incredulis. Econtra, opera lucis ſunt, uera agnitio Dei, fides, & cæteræ uirtutes, quæ arma uocat lucis: quia per hæc contra diabolũ pugnamus, eumq́; uincimus, iuuante nos Chriſto. Sicut inquit Ioan. 16. Cõfidite ego uici mundũ. **Compoſitè.** Græca uox εὐσχημόνως ſignificat honeſte, ne ipſa ſpecies uitæ aliq̃ turpitudinem ſeu deformitatem præ ſe ferat. Ad Titum 2. ita expoſuit, ut ſobriè et iuſtè et piè uiuamus in hoc ſeculo, quo ſummã totius uitæ Chriſtianæ complexus eſt **Ambulemus.** Scilicet in nouitate uitæ, ut inquit ad Romanos 6. **Tanq̃ in die.** Perſtat in metaphora ſumpta à die & nocte, à luce & tenebris, et ſic argumẽtatur: Dies eſt, hoc eſt, exhibitus eſt Chriſtus, et reuelata lux Euangelij: igitur cõpoſitè et decenter uiuite: idq́; more hominũ, quorum etiam qui mali ſunt, in die modeſtius uiuunt, q̃ in nocte, quæ (ut Poëta ait) pudore uacat. Et Chriſtus inquit Ioan. 3. Omnis qui malè agit, odit lucem, ne arguantur opera eius. Qui autẽ facit ueritatem, uenit ad lucẽ, ut manifeſtentur opera eius: quia in Deo facta ſunt. **Non comeſſationib.** Congeries uitiorũ quæ uitare uult pios, quorum alia ad priuatam uitã pertinẽt, alia ad conſuetudinẽ uitæ

transi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

tranſigendæ cũ proximo. Eſt autẽ comeſſatio potatio nocturna, qua (ut Propheta inquit) nox in diẽ, et dies in noctem conuertitur. Ebrietas eſt immoderata ingurgitatio uini, et crapulã complectitur. Vtranq; prohibet et Chriſtus Lucæ 24. Cauete inquiens, ne corpora ueſtra grauentur crapula et ebrietate. Per cubilia et laſciuiam intelligit omnes inconceſſas libidines, et concubitus extra legitimũ coniugium, quibus corpus, quod templũ eſt ſpiritus ſancti, ut ad Corinthios docet, contaminatur. Contentio cõplectitur omnes priuatas diſſenſiones & rixas extra iudiciũ magiſtratus. Aemulatio eſt ſtudium ſeu cupiditas irruẽdi in alienas uocationes, & conandi maiora uiribus. Sed induamini. Ab antitheſi monet, ut Chriſtũ ſuſcipiamus, et uitã ipſo dignã traducamus. Nã induere Chriſtum, primum ſignificat amplecti eius beneficia fide, deinde imitari eius uirtutes in uita iuxta uocationem noſtram. Induite. Id eſt. ſtatuite uobis remiſſa eſſe peccata propter mediatorem filiũ Dei, et huius ueſtimento, hoc eſt, meritis uos placere patri: deinde etiã imitamini eius uirtutes, diligentiã in miniſterio, patientiã, humilitatẽ, et beneficentiã. Et carnis cu. ne aga. i. nolite ſectari uoluptates huius uitæ cõtra mandatũ Dei, ſed corpus exercitijs moderatis ſubijcite ſpiritui, ut ſit in officio, ne laſciuiat, et præbeat uitijs occaſionẽ: neceſſaria tantũ præbete corpori, fugientes intemperantiã, luxum et crapulã, quæ uitia alunt.

OBIECTIONES *duæ.*

I. *De fide in Chriſtum piorum Veteris teſtamenti.*

Salus nobis propior nunc eſt, quàm fuit olim patribus ueteris teſtamẽti:
Ergo patres Veteris teſtamenti ſunt minus beati.

Reſpondeo per diſtinctionem ad antecedens. Salus nobis eſt propior, quantum attinet ad exhibitũ iam Chriſtum, et promulgatam palàm remiſsionẽ peccatorum, & inſtitutum eius miniſterium, non quantum attinet ad effectum: quia patres eandem ſalutem conſecuti ſunt, quam & nos conſequimur fide in Chriſtum. Sed hæc differentia eſt, ꝙ patres Veteris teſtamenti crediderunt in uenturum Chriſtum, nos in exhibitum credimus.

II. *De curatione corporis.*

Paulus prohibet curam agere carnis:
Ergo cura valetudinis cõſeruandę eſt negligenda.

Nego conſequentiam, quia eſt fallacia accidentis. Nam prohibet Paulus immoderatam curã ſeu luxum, quo alitur concupiſcentia, quæ aduerſatur ſpiritui, non prohibet neceſſariã ſuſtentationem uitæ. Vnde alibi iubet præberi corpori uictum: et Timotheum monet, ut propter imbecillitatem corporis uino modico utatur 1. Tim. 5. Vel eſt fallacia diuiſionis. Nã Paulus diſertè ait: Ne agamus curam carnis, ad concupiſcentias ſcilicet alendas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

DOMINICA II. ADVENtus, Epiſtola D. Pauli, de uſu ſacræ ſcripturæ, de tolerandis infirmis, & de Vocatione gentium ad regnum Chriſti, & communicatione beneficiorum eius, ad Romanos XV.

Tetraſtichon.

Solantur triſtes, firmant ſpem dogmata ſacra,
Sunt populus gentes, ſunt pia turba Dei.
Sumpſit in æterni Chriſtus nos gaudia Patris:
Quilibet infirmus ſic tolerandus erit.

Argumentum.

Exhortatio eſt ad concordiam ſeu unanimitatem & conſenſum tum in doctrina, tum in communi uitæ ſocietate, quæ tum ſeruatur in Eccleſia, cũ doctiores (ut hic monet) indoctos, firmiores infirmos tolerant, inſtituunt & conſolantur, ad quem uſum initio præfatur traditam eſſe ſacram ſcripturam. Deinde proponit exemplum Chriſti, qui ſicut humanã naturam propterea induit, ut nos omnes cœleſtis gloriæ redderet participes, ita & nos alij alijs benefacere debemus, & tolerare infirmiores. Tertio hortatur ab æqualitate uocationis, ꝙ & gentes uocatæ ſint ad Euangelium, ꝙ beneficia Chriſti unà cum Iudæis conſequantur. Non igitur Iudæi præferre ſe gentibus infirmis debent, neque gentes cõtemnere Iudæos, ſed, quia pariter omnes Deus uult peruenire ad cognitionem ueritatis, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſaluari, debent etiam eſſe concordes inter ſe, & uno ore laudare Deum, æternum patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

EPISTOLA, *Rom. 15.*

QVæcunq; præſcripta ſunt, in noſtram doctrinam pręſcripta ſunt, vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus. Deus autem patientiæ & conſolationis det vobis idem mutuò inter vos ſentire, ſecundum Ieſum Chriſtum, vt vnanimiter vno ore glorificetis Deum & patrē Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quapropter aſſumite vos inuicem, quemadmodum & Chriſtus aſſumpſit nos in gloriam Dei. Illud autē dico, Ieſum Chriſtum miniſtrum fuiſſe circumciſionis pro veritate Dei, ad confirmandas promiſsiones patrum. Cæterum, vt gentes pro miſericordia glorificent Deū (Sicut ſcriptum eſt: Propter hoc confitebor tibi in gentibus, & nomini tuo canam. Et rurſum dicit: Gaudete gentes cum populo eius. Et rurſum: Laudate Dominum omnes gentes & collaudate eum omnes populi. Et rurſum Eſaias dicit: Erit radix Ieſſe, et qui

exur-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

exurget ad imperandum gentibus, in eo gentes ſperabunt) Deus autem ſpei impleat vos omni gaudio & pace in credendo, in hoc, vt exuberetis in ſpe per potentiam ſpiritus ſancti.

EXPLICATIO TEXTVS.

Quęcunq; pręſcripta. *Propoſitio exhortationis (quam infra quaſi in cõcluſione ponit. Aſſumite igitur, inquiens) eſt hæc: Tolerate uos, qui eſtis doctiores et firmiores, patienter alios, qui minus ſunt docti & firmi, ne aut aſperitate & contemptu ueſtro, aut ſcandalis abducantur à profeſſione Euangelij. Primam rationem huius propoſitionis ſumit hic initio à cauſa finali, ſeu uſu traditæ ſacræ ſcripturæ, quæ eſt, ut per eam primum nos ipſos erudiamus & conſolemur, deinde etiam alios, in afflictionibus.* Quæcunq; præſcripta. *Commendatio ſacræ ſcripturæ ab eius uſu, qui triplex eſt. 1. Erudire indoctos. 2. Monere errantes. 3. Adhortari iam rectè inſtitutos, ut in cognitione Dei & pietate progrediantur & creſcant. Similis locus eſt, 2. ad Timotheum 3. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, ut perfectus ſit homo Dei, ad opus bonum inſtructus.* Ad noſtram conſolationem. *Id eſt, ideo tradita eſt ſacra ſcri-*

ptura

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ptura à Deo per Prophetas, Chriſtum & Apoſtolos, ut ea nos ipſos & alios conſolemur in cruce, patienter toleremus infirmos et indoctos, & certam ſpem concipiamus in ærumnis de liberatione, quam Deus certo promiſit ſuis, iuxta illud Pſalmi 49. Inuoca me in die tribulationis, et ego eripiam te. Eſt autem hic obſeruandus manifeſtus locus contra Anabaptiſtas, & alios fanaticos ſpiritus, qui miniſterium externi uerbi contemnunt. Nam, ut hic docet D. Paulus, Spiritus ſanctus eſt efficax, id eſt, docet, mouet, & conſolatur per meditationẽ et exercitium uerbi Dei, ſicut ad Romanos 10. ait: Fides eſt ex auditu, auditus autẽ per uerbum Dei, Et ad Romanos 1. Euangelium eſt potentia Dei, ad ſalutem omni credenti. Patientiam. Patientia Chriſtiana eſt, qua agnoſcentes paternam uoluntatem Dei in afflictionibus, patienter eas ferimus, ſubijcientes nos uoluntati Dei, et expectantes opportunam liberationem, ſeu mitigationem malorum. Spem. Spes eſt certa expectatio promiſsi auxilij, ſeu liberationis iuxta uoluntatẽ Dei, quæ, ut ad Romanos 10. inquit, non confundit, hoc eſt, Deus certo tandem glorioſè liberat ſuos è cruce. Deus autem. Secundum argumentũ incluſum uoto, quod ſumit à Dei natura ſeu uoluntate: Deus eſt patiens erga nos, & conſolatur afflictos. Ergo & uos tales eſtote erga fratres indoctos & infirmos, tolerate eorum inſcitiam & imbecillitatem,
ut hoc

ut hoc modo conſeruetur in Eccleſia pax & concordia. **Deus patientiæ.** Id eſt, qui autor eſt patientiæ & conſolationis, hoc eſt, ea dat nobis per ſuum ſpiritum, uel qui patientes conſolatur et defendit. **Idem mutuò.** Scilicet, ut conſentiatis de uera doctrina & ueris cultibus Dei, ne ſint inter uos diſſenſiones ſeu contentiones de doctrina & externis cultibus ſeu ceremonijs. **Secundũ Ieſum.** Hoc addit, ut intelligatur requirere conſenſum ueræ doctrinæ, quæ ſolum Chriſtum, eiuſq; beneficia proponit in Eccleſia, non quæ à Chriſto abducit mentes ad fiduciam creaturarum, et ad impios cultus, item, quæ errores ſtabiliat. Vult igitur ut in uera doctrina ſimus concordes, & cõſtantes, non quouis uento doctrinarum huc illuc fluctuemus, ſicut inquit ad Hebræ. 13. Doctrinis uarijs & peregrinis nolite abduci, uidelicet à tradita uera doctrina de filio Dei, & ueris cultibus. **Vt glorificetis.** Cauſa finalis conſenſus doctrinæ in Eccleſia, ut Deus glorificetur, id eſt, agnoſcatur & celebretur eius immenſa miſericordia & bonitas, ꝙ nobis miſit filium redemptorem, qui pro nobis factus eſt uictima, & reconciliauit nos Deo. **Quapropter aſſumite.** Propoſitio exhortationis, ſeu concluſio, cui tertium argumentum addit ab exemplo Chriſti, in hunc modum: Chriſtus filius Dei factus eſt homo, ut nos indignos redimeret à peccato et morte, et reſtitueret nobis iuſtitiam &

uitam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

uitam ſeu gloriã cœleſtẽ et immortalẽ. Ergo debe
tis et uos hoc exẽplo filij Dei moniti, tolerare fra
tres ueſtros, q̃ ſunt infirmiores. Quapropter.
Primum, quia ideo tradita eſt ſacra ſcriptura, ut
erudiat et cõſoletur omnes. 2. quia Deus uult, ut ſi
tis concordes, et ipſe cõplectitur et tuetur eos, qui
tales ſunt. 3. Quia Deus pater glorificandus eſt,
quod in diſſenſionibus et mutuis odijs fieri non po-
teſt. Aſſumite. Id eſt, uos doctiores et firmiores
tolerate ueſtra humanitate et patiẽtia indoctos et
infirmos, donec et ipſi ad maiorem cognitionẽ Dei
& ad robur fidei perueniãt. Nolite eos offendere,
hoc eſt, abducere à doctrina Euangelij intempeſti
uo uſu libertatis Chriſtianæ, de quo et ſupra præce
pit cap. 14. et 1. ad Corin. 8. et alibi. Vocat autem
infirmos, non qui aduerſantur ſanæ doctrinæ con-
tra conſcientiam, ut phariſæi, ſed qui ſunt dociles,
audiunt uerbum Dei, et diſcendo proficiunt: de his
inquit ſupra cap. 14. Infirmũ in fide ſuſcipite, quia
Deus eum aſſumpſit. Quemadmodũ &c. Eſt
hoc illuſtre exemplum ſumptũ à Chriſto filio Dei,
quo et alibi ſæpe utitur, ut ad Philip. 2. ubi inquit:
Hoc ſentite in uobis, quod et in Chriſto Ieſu, qui cũ
in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, ſe
æqualem eſſe Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit for
mam ſerui accipiens. Illud autem. Antypopho
ra ſeu occupatio, qua occurrit tacitæ obiectiõi Iu
dæorum gloriantium ad ſe ſolos pertinere benefi-
cia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

cia Meßiæ,non etiam ad gentes:quia ipſis facta ſit promißio, non gentibus. Reſpondet autem Paulus ad obiectionẽ, per conceßionem, cui exceptionem addit de uocatione gentium , hoc modo : Meßias quidem promiſſus eſt uobis Iudæis,ut ex ueſtro genere iuxta carnem naſceretur,& conuerſatus eſt inter uos,docuit inter uos, edidit miracula, mortuus eſt,& reſurrexit.Sed beneficia Meßiæ æterna pertinent etiam ad gentes, quod quatuor teſtimonijs ſeu locis ſacræ ſcripturæ probat . Atq; eſt hoc quartum argumentum ſumptum à communi uocatione Iudæorum et gentium,& hortatur præcipuè Iudæos,ut tolerent gentes infirmiores,quod & ipſæ uocatæ ſint ad regnum Meßiæ,& ſocietatem beneficiorum Chriſti. **Illud autem dico.** Id eſt,affirmo, aſſero , tanquam rem indubitatam & certam. **Ieſum Chriſtum miniſtrum.** Id eſt, concedo Chriſtum præcipuè promiſſum eſſe uobis Iudæis,natum ex patribus ueſtris, Abraham et Dauide,& conuerſatum eſſe inter uos,& functum miniſterio docendi,edidiſſe inter uos miracula , quæ fuerunt teſtimonia ſuæ doctrinæ & diuinæ potentiæ,ſed beneficia eius æterna, remiſſio peccatorum,iuſtitia et uita æterna donãda propter ipſum fide, etiam ad gentes pertinent. **Miniſtrum.** Sic ipſe Chriſtus inquit Matthæi 15. Non ſum miſſus (quantum ad miniſterium docendi) niſi ad perditas oues domus Iſraeliticæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Circumciſionis. Id eſt, Iudæorum, quos ita uocat per ſynecdochen, ſignũ pro ſignato accipiens, Sicut alibi gentes præputium uocat. Pro veritate Dei. Vt uerus eſſet Deus, qui patribus, Abraham, Dauidi et alijs promiſit ex ipſorũ poſteritate naſciturum Meßiam. Promiſsiões patrum. Id eſt, datas ſeu factas patribus, ut Abraham, Gen. 22. Iſaac, Gen. 26. Iacob, Gen. 28. Vbi inquit Deus: In ſemine tuo benedicẽtur omnesgentes terræ. Dauidi, 2. Reg. 7. ubi inquit ad Dauid: Suſcitabo ſemẽ tuum poſt te, quod egredietur de utero tuo &c. & ſtabiliam regnum eius uſq; in perpetuum. Ego ero ei in patrem, et ipſe mihi erit in filiũ. Et Pſal. 131. Iurauit Dominus Dauid ueritatem, et non fruſtrabitur eum: De fructu uentris tui ponam ſuper ſedẽ tuam. Cęterum vt gentes. De uocatione gentium teſtimonia ſcripturæ, cuius cauſa impulſiua fuit miſericordia, qua motus eſt Deus, ut ipſas quoque gentes idololatras ad cõmunicationem beneficiorum Meßiæ uocarit per prædicationẽ Euangelij. Cauſa finalis eſt gloria Dei, qui ideo genus humanũ condidit, ut omnes ſaluarentur, et ipſe ab omnibus celebraretur etc. Propter hoc confi. Primum teſtimonium de uocatione gentium ad regnum Chriſti, ſumptum ex Pſalmo 18. quod de cauſa finali monet, quæ eſt glorificatio ſeu celebratio Dei. Gaudete gentes. Secundum teſtimonium ſumptum ex Deuteronomij 32. quod effectum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

uocationis gentium continet,uidelicet gaudium et lætitiam conſcientiarum de placato Deo,de condonatione peccatorum, & donanda iuſtitia & uita æterna. **Laudate Dominum.** Tertium teſtimonium ſumptum ex Pſalmo 116. quo iterum celebratio beneficiorum Dei præcipitur. **Erit radix Ieſſe.** Quartum teſtimonium Eſaiæ cap. 11. quo primum natiuitas Chriſti humana indicatur. Secundo deſcribitur regnum eius æternum et ſpirituale propagandum in toto orbe terrarum. Tertio indicatur quis ſit ſummus & præcipuus cultus Eccleſiæ,uidelicet inuocatio Dei, fiducia mediatoris Chriſti, & expectatio liberationis & auxilij diuini in omnibus malis. **Radix Ieſſe.** Id eſt, filius Dei,promiſſus Meßias,naſciturus ex poſteritate Ieſſe, qui pater Dauidis fuit, Matthæi 1. Vocat autem Eſaias poſteritatem ſeu genus Dauidis radicem,q; ea ferè iam extincta, tanquam ex radice uetuſtæ arboris ſuppullulans, Chriſtus naſciturus erat, translato iam regno Iudaico ad regem alienigenam Herodem. **Exurget.** Duplex eſt lectio,ſed eadem ſententia,Græca ſeptuaginta interpretum, quam Paulus ſuo more hic recitat, & Hebraica. **Et erit.** Scilicet illo die,id eſt,plenitudine temporis, Galat. 2. quod Deus conſtituit ab æterno,ut filius ſuus indueret humanam naturam. **Radix Ieſſe.** Id eſt Meßias,qui naſcetur ex poſteritate Ieſſe patris Dauidis. Quæ ſtabit, ut ſit ſi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

gnum populis, id eſt, tanq̃ uexillum, & trophæum potentis ducis et uictoris, ſub cuius præſidio tegentur & defendentur populi aduerſus ſumma mala, peccatum, iram Dei, inferos, et aduerſus potentiam Diaboli. In eo gentes ſperabunt. Id eſt, ad eum concurrent, & confugient, expetentes & ſperantes ab eo auxilium & ſalutem. Erit igitur regnum Chriſti non regnum exitij & perditionis, ſed regnum ſpei & ſalutis. Additur in Propheta: Et erit mors eius glorioſa. Hac particula depingitur reſurrectio & regnum Chriſti ſpirituale & æternum, qua ſignificat Chriſtum non periturum in morte, ſicut alij reges cum moriuntur amittunt regnum: ſed reſurrecturum à morte, & per eam occupaturum regnum, in quo uerè et gloriosè regnabit etiam poſt mortem. Deus autem ſpei. Aliud uotum, quo repetit exhortationem, & precatur toti Eccleſiæ gaudium et pacem conſcientiarum, quam ipſe ſpiritus ſanctus operatur per fidem in mentibus, quæ ſtatuunt ſibi reconciliatum eſſe Deum per mediatorem, & certo expectant ſalutem promiſſam propter ipſum fide. Deus ſpei. Id eſt, qui autor eſt ſpei, qui operatur ſpem, eamq́; in mẽtibus confirmat. Gaudio. Quod oritur ex fide ſtatuente remiſſa nobis eſſe peccata, & placatam immenſam iram Dei aduerſus peccata. Pace. Et ſpirituali, de qua ad Romanos 5. Iuſtificati fide pacem habemus. Et corpora-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

li ſeu ciuili, id eſt, concordia, de qua ad Romanos 12 inquit: Pacem habete cum omnibus, quantum in uobis eſt. In credendo. Id eſt, per fidem, uel cũ creditis. Q. d. quod gaudium & quam pacem conſequimini & retinetis, cum creditis in Chriſtum. Nam eſt hoc gaudium & pax, ſicut & alia bona opera, effectus ſeu fructus fidei. In hoc. Cauſa finalis uoti. Exuberetis in ſpe. Id eſt, ut confirmetur in uobis ſpes ſeu expectatio auxilij et ſalutis. Per potentiam ſpiritus ſancti. Id eſt, ſpiritus ſanctus reddet uos potentes, aduerſus hoſtes, peccatum, mortem, & Satanam.

OBIECTIONES quatuor.

I. Anabaptiſtarum de uerbo uocali, contra miniſterium, et efficaciam externi uerbi.

Creaturæ non eſt tribuenda magica vis, mouendi mentes.
Verbum externum eſt creatura:
Ergo verbum externum non impellit corda: & per conſequens, non eſt opus ad ſalutem.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia plus eſt in concluſione quàm in præmiſsis. Quia præmiſſæ loquuntur de ui magica, quam Eccleſia non tribuit uerbo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

externo, ſed affirmat tantum per illud tanquam inſtrumentum, ſpiritum ſanctum eſſe efficacem, et mouere corda ad credendum, ſicut inquit Paulus ad Romanos 10. Fides eſt ex auditu, auditus autem per uerbum Dei.

II. Eorundem.

Eſaías inquit: Erunt omnes docti à Deo:
Ergo cum Deus internè doceat, non opus eſt miniſterio externi verbi.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt fallacia à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter. Nam Eſaias loquitur hic de interiore motu ſeu aſſenſu cordis, quem ſpiritus ſanctus excitat per prædicationem externi uerbi. Requiritur igitur externum uerbum, quod (ut Diuus Auguſtinus inquit) uehiculum eſt ſpiritus ſancti, & neceſſarium eſſe ad ſalutem, teſtatur Chriſtus, cum inquit Lucæ 11. Beati qui audiunt uerbum Dei.

III. De Infirmis.

Infirmi ſunt tolerandi.
Phariſæi ſunt infirmi:
Ergo Phariſæi ſunt tolerandi.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt fallacia conſequentis. Nam præmiſſæ ſunt ſingulares, ex quibus nihil

nihil ſequitur. Maior enim loquitur de infirmis, qui ſunt dociles, non de contumacibus, quales ſunt Phariſæi, qui pertinaciter aduerſantur ueritati, contra teſtimonium propriæ conſcientiæ.

IIII. *Iudæorum contra uocationem gentium.*

Lex *dicit:* Exterminabitur ê populo, qui circumciſus non fuerit, *Geneſ.* 17.

Ergo gentes non ſunt recipiendæ ad ſocietatẽ beneficiorum Chriſti, niſi circumciſæ.

Reſpondeo primum per diſtinctionem ad antecedens. Lex de circumciſione, loquitur de Iudæis, non uniuerſaliter de gentibus, quarum multæ ſeruatæ ſunt ſine circumciſione, ut Naaman Syrus. Deinde nego conſequentiam, quia Chriſtus legem Moſi de ceremonijs ſeu ritibus externis abrogauit, iuxta illud: Lex uſq; ad Moſen. Idem teſtantur omnes Apoſtoli Acto. 15. & Paulus ad Galatas 5. Vbi nominatim de circũciſione inquit: Si circumcidimini, Chriſtus uobis nihil proderit.

DOMINICA III. ADuentus, *Epiſtola Diui Pauli, de officio & dignitate miniſtrorum Eccleſiæ, ſeu Euangelij Ieſu Chriſti. I. Corinth. IIII.*

Tetraſtíchon.

Sancta Dei populo tradit qui uerba miniſter,
Præſtet in officio cum pietate fidem:
Grata gregi quærat commiſſo pabula ſemper:
Non tumeat faſtu, ſchiſmata nulla ſerat.

Argumentum.

Docet initio huius Epiſtolæ D. Paulus, quid ſit iudicandum de ſe et alijs Apoſtolis, qui Euangelium Chriſti uerè docent, uidelicet, ꝙ ſint tantum miniſtri, non dominí ſeu redemptores Eccleſiæ. Et cõmendat ſuam uocationem ſeu Apoſtolatum contra falſos apoſtolos, qui Diuũ Paulum abſentem calumniabantur et contemnebant, ſe uero ipſos magnificè uenditabant apud Eccleſiam Corinthiorum, quam ipſe Paulus rectè inſtituerat. Ideo per antitheſin, cum ſuam et aliorum uocationem et miniſterium commẽdauit, pſeudapoſtolos taxat, ut qui ſui commodi cauſa doceant, diſcipulos ſibi adiungant, unde ſchiſmata & diſſenſiones oriebantur, cum alius auditorum ſe diſcipulum Pauli, alius Cephæ, alius Apollo gloriaretur contra unitatem doctrinæ Chriſti. Ideo in tota ferè Epiſtola monet Eccleſiam, ut unicum redemptorẽ et caput Eccleſiæ agnoſcant filiũ Dei, ſe uero et reliquos ueros Apoſtolos, ſtatuant eſſe tantum miniſtros Euangelij ſeu Chriſti, ſicut inquit cap. 2. Miniſtri eius ſumus, cui credidiſtis. Item, Dei ſumus adiutores.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

EPISTOLA, 1. *Corinth.* 4.

SIc nos æſtimet homo, vt miniſtros
Chriſti, & diſpenſatores myſterio-
rum Dei. Quod ſupereſt autem, illud
requiritur in diſpenſatoribus, vt fidus
aliquis reperiatur. Mihi verò pro mini
mo eſt, vt à vobis dijudicer, vt ab hu-
mano iudicio, imò nec meipſum dĳu-
dico. Nullius em̃ rei mihi cõſcius ſum,
ſed non per hoc iuſtificatus ſum. Cæte
rũ qui me iudicat, Dominus eſt. Pro-
inde ne ante tempus quicquam iudice
tis, donec venerit Dominus, qui et illu
ſtraturus eſt occulta tenebrarum, et pa
tefaciet conſilia cordium, ac tunc laus
erit vnicuiq; à Deo.

EXPLICATIO TEXTVS.

Sic nos æſtimet. *Propoſitio de officio & dignitate doctorum & gubernatorum Eccleſiæ, q̃ tantum ſint miniſtri Chriſti, & quaſi Oeconomi ſeu diſpenſatores bonorum eius, non ipſi domini ſeu redemptores Eccleſiæ. Hoc diſcrimen inter Chriſtum, qui ipſe eſt redemptor, placans ſua morte iram Dei, & inter cæteros miniſtros Eccleſiæ, Prophetas & Apoſtolos, ſignificat etiam Ioannes Baptiſta, Ioannis 1. ubi inquit: Lex per Moyſen*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

data eſt, ueritas autem & gratia per Chriſtum Ie ſum facta eſt. Item ipſe Chriſtus, cum inquit Ioan. 10. Ego ſum paſtor ille bonus, qui pono animam meam pro ouibus. Sic nos. Id eſt, non ueneretur ſeu colat nos tanquam ſemideos, aut numina quædam, propter ſingularia dona, quæ ideo nobis Deus contulit, ut ijs ad ædificationem Eccleſiæ utamur, non ijs ſuperbiamus, non contemnamus alios, aut nobis diſcipulos adiungamus. Miniſtros. Id eſt, ſeruos in prædicando Euangelio, & adminiſtrandis ſacramentis. Hæc enim ſunt officia miniſtrorum Eccleſiæ Chriſti, nō adminiſtrare regna mundana, & condere humanas traditiones. Eſtq; hæc ſumma dignitas Apoſtolorum, et omnium uerè docentium, q. miniſtri ſunt Chriſti. Diſpenſatores. οἰκονόμους. Sicut in familia bene inſtituta ſunt Oeconomi ſeu diſpenſatores, qui rem domeſticam adminiſtrant ex ſententia & uoluntate patrisfamiliàs, non ex ſuo arbitrio, et quærunt familiæ commodum, non propriam utilitatē. Myſteriorum. Id eſt, beneficiorū Dei, quæ in Euangelio proponuntur gratis accipienda fide propter Chriſtum, ut ſunt remiſsio peccatorum, iuſtitia, & uita æterna; quæ myſteria uocat, quia ratio humana ignorat ea, niſi reuelentur in Euangelio, Vnde ad Epheſios 3. ipſum Euangelium uocat ſacramentum abſconditum. Vetus translatio habet, miniſteriorum, id eſt, diuerſorum officiorum ſeu mu

nerum

nerum in Eccleſia. Nam, ut inquit ad Epheſios 4. Chriſtus aſcendens in cœlum, quoſdam dedit Apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios uero Euangeliſtas, alios paſtores & doctores. Myſteriorum Dei. Id eſt, illius arcani & admirandi conſilij Dei, de redimendo humano genere per mortem filij Dei, quod conſilium antè ignotum mundo Deus reuelauit & patefecit per prædicationem Euangelij. Pro hoc inenarrabili beneficio Dei ipſe Chriſtus agit gratias ſuo patri, Matth. 11. ubi inquit: Gratias tibi ago Pater, ꝙ hæc abſconderis à ſapientibus et prudentibus, & reuelaris ea paruulis. Hæc doctrina de inſtituto miniſterio Euangelij duo continet. Primum, admonitionem, mandatum, & uoluntatem eſſe Dei, ut doctrinæ Apoſtolorum aſſentiamur. Deinde conſolationem, pertinere etiam ad nos beneficia Chriſti, qui habemus doctrinam Apoſtolorum, & ei aſſentimur, iuxta illud Chriſti Ioannis 10. Oues meæ uocem meam audiunt. Quod ſupereſt. Hactenus oſtendit, quid ſint Apoſtoli ſeu doctores Eccleſiæ, uidelicet miniſtri tantum Chriſti, inter ſe æquales, etiamſi donis inter ſe diſtent. Iam docet quales eſſe debeant in miniſterio, ſcilicet fideles, hoc eſt, ut diligenter doceant Eccleſiam, non corrumpant ueram doctrinam: quærant auditorum utilitatem, ſeu incrementum in agnitione Dei, non propria ſpectent commoda, ut pſeudoprophetæ. Quod ſu-

 pereſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

pereſt. Tranſitio, quaſi dicat: Quia iam dixi, quid & ego ſum & cæteri Apoſtoli, uidelicet miniſtri ſeu diſpenſatores in domo, id eſt, Eccleſia Chriſti: iam etiam reſtat, ut officium noſtrū Eccleſia intelligat. Vt fidus. Quatuor ſunt officia ſeu proprietates miniſtrorum Eccleſiæ. Primum, ut ſit ſedulus in docendo. Secundo, ut fidelis. Tertio, ut conſtans in confeßione traditæ doctrinæ. Quarto, innocens ſeu nullis ſceleribus contra conſcientiā contaminatus. Vt fidus reperiatur. Ne ſibi uſurpet quæ Domini ſunt, id eſt, ne conſcientiam ſibi ſuis traditionibus obſtringat, ut Vulgarius exponit. Vel, ne mutet aliquid in uerbo Dei, ne quid addat, ne quid corrumpat. Mihi verò pro. Hæc altera eſt pars Epiſtolæ, qua primum commendat et proponit tanquam exemplum imitandum alijs, ſuam fidelitatem in docendo, & uitæ innocentiam. Deinde deterret pſeudapoſtolos à temeritate iudicandi ſeu damnandi. Primū à ſua perſona, quia innocens ſit, et fideliter docuerit Eccleſiam Corinthiorū. 2. à perſona iudicis ſeu Dei, qui ſolus eſt iudex et ſcrutator cordiū. Ideo homo, qui corda non intuetur, non ſumat ſibi partes iudicandi de aliorum factis. Subijcit autem hunc locum de ſua fidelitate et innocentia, tanq̄ exemplum præcedentis admonitionis ſeu doctrinæ, de fidelitate miniſtrorū Eccleſiæ Dei. Q. d. Ego me talem in meo miniſterio profiteor, contra pſeudapoſtolos, calu-

mniatores

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

mniatores, et iudices meos, id eſt, fidelem et diligen
tem. q̃ autem illi diuerſum de me iudicăt, id pro mi
nimo habeo, id eſt, negligo, quia conſcientia mea,
quam pluris facio, q̃ maleuolorum calumnias, mi=
hi teſtis eſt apud Deū, me fideliter functum eſſe in=
ter uos delegato mihi à Deo miniſterio. Mihi. ſ.
qui atteſtante propria conſciētia coram Deo, fide
lis ſum miniſter Ieſu Chriſti, quales et alios omnes
eſſe oportet. Mihi pro minimo eſt. *Id eſt, cō*
temno et negligo, non curo falſa ueſtra de me iudi
cia. Græcum uerbum ἀνακρινϛ ρ, *ſignificat inqui*
rere ſeu examinare uitā ſeu mores alicuius, ut ſo=
let iudex inquirere in reū, et quaſi exprimere con
feßionē culpæ, ut ea agnita, puniatur reus. Eſt igi
tur ſententia: Non impedio quo minus exactißimā
de me cenſurā agatis, cū ſemper inculpatè me geſ
ſerim, et in miniſterio, et reliqua uita, de quo mihi
propria conſcientia teſtimoniū exhibet apud Deū.
Ab humano iudicio. *Id eſt, ab humana pru*
dentia & ſapientia. In Græco eſt: ἢ ὑπὸ ἀνθρωπί
νη ἡμέρας, *id eſt, aut ab humano die, hoc eſt,*
humano iudicio ſeu ſapientia, per Metalepſin.
Quaſi dicat: Ita uerſor in delegato miniſterio, ut
diem non defugiam, ut ſolent, qui malè operan=
tur, & malè ſunt ſibi conſcij. Imò nec. παῤῥη=
σία, *qua amplificat ſuam innocentiam & integri*
tatem à proprio conſcientiæ teſtimonio. Quaſi di=
cat: Ideo contemno ueſtra de me iniqua iudicia &
calumni=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

calumnias,eaſq; facilè patior, quia nullius rei malæ ſum mihi conſcius. **Nónne meipſum iudíco.** Id eſt,nõ inuenio,quod in me ipſo reprehendam ſeu damnem, quãtum ad miniſterium attinet, & exteriorem obedientiam erga legẽ,etiamſi experior in mea corrupta natura reliquias peccati. Eodem modo conſcientiã ſuam appellat,2.ad Cor. 1.ubi inquit:Nam gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ,ꝗ in ſimplicitate cordis,et ſynceritate,et non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei conuerſati ſumus in hoc mundo. **Nullius enim rei.** Aetiologia à ſua innocentia in ſuo miniſterio prædicandi Euangelij, & reliqua uita. **Nullius rei.** Id eſt, nullius uel negligentiæ in miniſterio uel admiſsi ſceleris in uita. **Sed non per hoc.** Correctio,quæ continet illuſtrem confeſsionem Pauli, de immunditie et infirmitate ſuæ naturæ,quæ docet primum, hominem non eſſe iuſtum coram Deo propria munditie & impletione legis,nec eam poſſe,cum ſit imperfecta, opponi iudicio Dei accuſantis & damnantis peccata, ſicut inquit Dauid: Non intres in iudicium cum ſeruo tuo,Quia nõ iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens.Deinde teſtatur hærere etiam in ſanctis reliquias peccati, quæ opus habent gratuita condonatione propter mediatorem. **Per hoc.** Id eſt,ꝗ nullius rei ſum mihi conſcius,hoc eſt,uel ſocordiæ et infidelitatis in miniſterio, uel ſceleris perpetrati con

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ti contra conſcientiam. Iuſtificatus ſum. Id eſt, non ſum propterea acceptus Deo, & iuſtus coram ipſo, qui etiam motus cordis requirit conſentientes legi Dei. Cæterum qui me. Deterret nunc pſeudapoſtolos à temeritate iudicandi, à perſona Dei ueri & unici iudicis, qui ſolus intuetur & iudicat cogitatiões et facta omnium hominum. Proinde ne ante. Concluſio huius loci de non iudicando temerè miniſtros Eccleſiæ, aut alios. Ne iudicetis. Sic & Chriſtus inquit, Matthæi 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite cõdemnare, & non condemnabimini. Donec venerit Dominus. Scilicet in extremo iudicio, in quo omnium hominum facta occulta & cogitationes reuelabuntur, & ijs, qui bene egerunt, dabuntur præmia æterna, qui uero malè, abijcientur in perpetuos cruciatus.

OBIECTIONES *tres.*

I. *De uirtutibus miniſtri Eccleſiæ.*

Paulus in miniſtro Eccleſiæ ſolam fidelitatem requirit.

Ergo cæteras virtutes non requirit.

RESPONSIO.

Nego antecedens. Quia requirit etiã alias uirtutes, innocentiam totius uitæ, humilitatem, caſtitatem. Deinde loquitur hic propriè de ea uirtute, quæ

quæ in miniſtro Chriſti inprimis requiritur, quæ eſt fidelitas & diligentia in docendo. Non igitur excludit alias uirtutes cõmunes, ſeu uniuerſalem obedientiam erga legem.

II. De innocentia Pauli.

Paulus ſeipſum non dijudicat.

Ergo fuit ſine peccato: & per conſequens, propria munditie fuit iuſtus.

Reſpondeo ad antecedens, per diſtinctionem. Seipſum nõ dijudicat, quantum ad miniſterium attinet, quo fideliter functus eſt, non quantum ad infirmitatem naturæ, quam & ipſe ſenſit & agnoſcit, quum inquit ad Rom. 7. Scio, q; non habitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum. Et hic addit correctionem: Sed in hoc non ſum iuſtificatus.

III. De iudicijs Magiſtratus.

Inquit Paulus: Ne iudicetis ante tempus:

Ergo iudicia Magiſtratus prohibet.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia loquitur Paulus, ſicut & Chriſtus Matth. 7. de calumnioſis & priuatis iudicijs, quæ fiunt extra uocationem, non de iudicijs magiſtratus, quæ licita ſunt, Rom. 13.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

DOMINICA IIII. ADuentus, Epiſtola S. Pauli, de uero gaudio piorum in afflictionibus, quia Deum præſentem in ijs adiutorem & conſolatorem habent, Philip. IIII.

Tetraſtichon.

Gaudet in aduerſis, patitur qui nomine Chriſti,
In Domino præſens qui iuuat usq; ſuos.
Concipit hanc meritis Chriſti mens credula pacē,
Quæ ſenſus ſuperat, cunctaq; in orbe mala.

Argumentum.

Adhortatur primum Apoſtolus Philippenſes, et uniuerſam Eccleſiam omnium temporum, ad cōcipiendum et retinendū gaudium ſpirituale in afflictionibus, ꝙ crux ſeu afflictio non ſit ſignum iræ Dei, ut humana ratio iudicat, ſed beneuolētiæ diuinæ teſtimonium erga electos. Deinde, quia in afflictionibus Eccleſia deſtituitur humanis præſidijs, hortatur eam ad pœnitentiam, inuocationem, & expectationem diuini auxilij, et addit uotum, quo afflictis mentibus pacem precatur conſcientiæ, quæ eſt certa perſuaſio de beneuolentia Dei, & futura liberatiōe. Tertio hortatur ad modeſtiam ſeu moderationem, & ſuauitatem morum in ſocietatē hominum præſtandam, qua innouationem totius uitæ complectitur. Sunt igitur tres loci ſeu capi-

ta,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ta. Primus de afflictione Eccleſiæ. Secũdus de gaudio & pace conſcientiæ in afflictionibus. Tertius de inchoata obedientia ſeu nouitate uitæ, quæ in reconciliatis placet Deo, ut fructus fidei.

EPISTOLA Philip. 4.

FRatres, Gaudete in Domino ſemper, & iterum dico, gaudete. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Dominus prope eſt. De nulla re ſoliciti ſitis, ſed in omni precatione & obſecratione cum gratiarum actione, petitiones veſtrę innoteſcãt apud Deum. Et pax Dei, quæ ſuperat omnẽ intellectum, cuſtodiat corda veſtra, & ſenſus veſtros per Chriſtum Ieſum.

EXPLICATIO TEXTVS.

Fratres. *Captatio beneuolentiæ in nomine Fratres, qua primum ſignificat ſuum erga Philippenſes fraternum amorem. Deinde communicationem bonorũ Chriſti, quorum ipſi tanquam fratres ſecum cohæredes ſunt.* Gaudete. *Propoſitio, Gaudete et eſtote bono animo in afflictionibus. Ratio, Quia Deum habetis propitium defenſorem et auxiliatorem in malis.* In Domino. *Primum, quia Dominum habetis reconciliatum propter filium. Deinde quia Dominus præſto uobis adeſt in*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

afflictionibus. Tertio, in Domino, id eſt, in beneuolentia Domini ac fauore erga uos acquieſcentes.

Semper. Id eſt, in omnibus rebus, tum aduerſis, tum proſperis. Indicatur hic diſcrimen inter gaudium mundanum, quod temporale eſt et incertum, & gaudium Chriſtianorum, quod eſt perpetuum ſeu ſolidum. Sicut inquit Chriſtus, Ioan. 16. Gaudiū ueſtrum nemo tollet à uobis. Etſi autem etiam Chriſtianorum gaudiū ſæpe interturbatur uarijs ærumnis, tamen tranquillitas mentis de gratia ſeu fauore Dei retinetur, ut idem inquit: In mundo habetis preſſuram, in me uero pacem. Hanc quaſi uiciſſitudinem & mixturam gaudij & triſtitiæ ſpiritualis piarum mentium D. Martinus Lutherus depinxit in ſuo ſymbolo ſeu inſigni, quod fuit cor poſitum in roſa, & crux in corde, & addit ſignificationem huiuſmodi:

In luctu gaudium,
In gaudio luctus.
Gaudendum in Domino,
Lugendum in nobis.

Germanicè ſic reddidit:

Sünden meiden iſt ein ſchreyn /
Gedult in leiden ligt darein.
Wolthat fur args thu darzu /
Troſt in armut / nu ſchleus zu.

Iterum dico. Repetitio adhortationis, ut ſit uehementior, & efficacius perſuadeat. Eſt autem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

cauſa huius gaudij fides, quæ ſtatuit Deum gratis nobis eſſe placatum propter Chriſtum. **Modeſtia veſtra.** Alia propoſitio, qua adhortatur Philippenſ. ad manſuetudinem et humilitatem, qua in primis retinetur gaudium & pax inter homines. **Modeſtia.** In græco eſt, ἐπιεικὲς, quod humilitatem ſeu æquitatem ſignificat, quæ uirtus eſt, qua multum de iure noſtro remittimus, non perſequentes omnes iniurias cauſa publicæ et priuatæ tranquillitatis retinendæ. **Nota ſit.** Id eſt, innoteſcat & conſpiciatur in uitæ actionibus. **Omnibus hominibus.** Tam fidelibus, q̃ infidelibus, ut illi exemplum ueſtrum imitentur, hi commoditate & patientia ueſtra reuocentur ab errore, & deſinãt maledicere uobis. **Dominus propè eſt.** Conſolatio à præſentia ſeu auxilio Dei in afflictionibus. Loquitur autem de utraq; liberatione, & in hac uita, & extremo die, de qua inquit Luc. 21. Attollite capita ueſtra, quoniã appropinquat redemptio ueſtra. **De nulla re.** Dehortatio à ſolicitudine, quæ cum fide pugnat. Nam fides ſtatuit, nos iuxta promiſſionem, Deo eſſe curæ, & expectat liberationem. Solicitudo & de fauore Dei, & de liberatione dubitat. Locus igitur eſt perſpicuus contra dubitationem de prouidentia Dei, ſicut & hoc Pſal. 49. Iacta curam tuam in Dominum, & ipſe enutriet te. Item 1. Pet. 5. Deo cura eſt de nobis. **Sed in omni.** Præceptum de inuocatione, quæ

unicum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

unicũ eſt præſidium Eccleſiæ in omnibus afflictio-
nibus. Requiruntur autem ad ueram inuocationẽ
quatuor, ut ſit efficax. Primo, Mandatum Dei, cui
omnes obtemperare debẽt, ut: Inuoca me in die tri
bulationis, Pſal. 49. Secundum promiſsio exaudi-
tionis, ut: Si quid petieritis patrem in nomine meo
dabit uobis, Ioan. 15. Tertium, fides generalis de re
conciliatione ſeu remiſsis peccatis propter Chri-
ſtum gratis. Et ſpecialis, de ea re, quã petimus, cer
to impetranda, ſine conditione, ſi eſt ſpiritualis: cũ
conditione gloriæ Dei, et ſalutis noſtræ, ſi corpora
lis. Quarto, tenendum eſt diſcrimen inter inuoca-
tionem Ethnicam, quæ ſine cognitiõe et fiducia fit
mediatoris: et Chriſtianam, quæ nominat mediato
rem filium Dei, et propter eum expectat liberatio
nem. In omni. Datiuus græcus παντὶ, non eſt
epitheton orationis, ut annotat Eraſmus, ſed refer
tur ad rem, qua opus habemus, uel corporali, ut ua
letudine corporis, uel ſpirituali, ut remiſsione pec
catorum. Alij ad ipſam orationem referunt. Pre
catione. Diuerſas ſpecies coniungit inuocationi
ſeu orationi: precationẽ, obſecrationem, petitionẽ
et gratiarum actionem, quas ita diſcernunt docto
res: Precatio, προσευχὴ, Bitte/eſt cũ felicẽ in
rebus agendis ſucceſſum petimus. Obſecratio, δέη
σις, Flehen/qua mala deprecamur. Petitio, αἴ-
τημα, Bitten / eſt uelut genus ad oẽs ſpecies.
Gratiarum actio, εὐχαριστία, Danckſagung/

C 2 eſt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

eſt, qua Deo pro beneficijs et in nos, et in alios collatis gratias agimus. Eſt et alia ſpecies, ἔντευξις, qua nō noſtro, ſed aliorum nomine interpellamus, Vorbitte. Veteres ita diſtinguunt: Oratio eſt pro præteritis exceßibus et delictis. Obſecratio, ꝓ adipiſcendis futuris bonis. Gratiarum actio, pro collatis beneficijs. Lutherus ita uertit: Laſſt ewer bitten im gebet vnd flehen / mit danckſagung fur Gott kundt werdē. Et pax Dei. Conſolatio ſeu promißio de defenſione Dei, qua Philippenſes cōfirmat et certos reddit de beneuolentia Dei erga ipſos, ac defenſione et præſentia in periculis. Pax Dei. Id eſt, conſcientiæ trāquillitas de remißis peccatis, item cōcordia, quarū utriuſq; autor eſt Deus, dans, reſtituens & cōſeruans ea publicè in Eccleſia ac politijs, et priuatim in cuiuſq; mēte. Cuſtodiat. φρουρήσῃ. Tanq̄ præſidium et propugnaculum munitiſſimum. Futuri eſt temporis, ut Eraſmus annotauit. Neq; enim optat hoc illis, ſed animat eos hac fiducia. Verſio germanica Lutheri cōtinet εὔφισμα, id eſt, uotū, nam ſic uertit: Vn̄ der fride Gottes / der da höher iſt / denn alle vernunfft / beware ewre hertzen vnd ſinne in Chriſto Jeſu. Cuſtodiat corda veſtra. Ne deficiatis propter crucem ab Euangelio, aut dubitetis de beneuolentia Dei erga uos, defenſiōe et ſolicitudine. Quæ ſuperat. Id eſt, excellentior

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

lentior & maior eſt, q̃ ut mens humana uim eius intelligere poßit ſine uerbo Dei. Omnem intellectum. πάντα νοῦν. *id eſt, omnem mentem, hoc eſt, cognitionem, ut* Ambroſius *uertit.* Per Ieſum Chriſtum. *Id eſt, propter Ieſum Chriſtum, eius merita, & interceßionem.*

QVÆSTIO. *De gaudio Chriſtianorum perpetuo.*

Eſtne Chriſtianis ſemper gaudendũ? *Reſpon.* Etiam, in Domino, *ut hic inquit Apoſtolus.*

CONTRA.

Idem inquit, Rom. 12. Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus.

Item, 2. ad Corinth. 7. Laudo triſtitiam cordis, vt quæ ſalutem operatur.

Ergo non ſemper eſt gaudendum.

RESPONSIO.

Paulus hic intelligit gaudium conceptum ex fide de reconciliatione cum Deo, quod perpetuum eſſe debet. In dicto ad Romanos, loquitur de triſtitia ſeu mœrore, qui percipitur propter afflictiones proximi, ſeu Eccleſiæ. In Corinthijs laudat triſtitiam, quam affert cognitio peccati, quæ prior pars eſt pœnitentiæ, ſed hanc conſolatio ſeu fides ſuperare debet, qua ſtatuimus gratis condonari nobis peccata propter Chriſtum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

OBIECTIO, *De ſolicitudine.*

Inquit Paulus ad Romanos 12. Qui pręeſt, cum ſolicitudine id faciat. *Hic inquit,* De nulla re ſoliciti ſitis:

Ergo inter ſe pugnant, ſeu contraria docet.

Reſpondeo per diſtinctionem: Loquitur in Romanis de ſolicitudine uocationis, quæ cum fide coniuncta eſt. Hic uero de ſolicitudine, quam parit dubitatio de prouidentia Dei, & beneuolentia erga nos.

IN DIE NATALIS DOMINI,

Epiſtola diui Pauli, de diuina natura & maieſtate Chriſti, qua omnes tũ Prophetas, tum Angelos excellit. Hebræ. I.

Tetraſtichon.

Chriſtus ab æterno ſplendor genitore refulgens,
Eſt Deus ex pura uirgine natus homo.
Poſt docet, ac moritur, uictor ſed morte reſurgit,
Nunc Deus à dextris conſidet ipſe Dei.

Argumentum.

Eſt proſopographia, hoc eſt, deſcriptio et commendatio perſonæ et officij Chriſti, qua per collationem eum omnibus tum Prophetis, tum Angelis anteponit. Primum, quia eſt ipſe Meßias promiſ-

ſus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

*ſus redemptor à Deo humano generi, nō ſolum do-
ctor Eccleſiæ, quales cæteri prophetæ fuerunt,
Moſes. Eſaias, Ioannes Baptiſta, & reliqui. Dein-
de Angelis etiam oſtendit longè eſſe excellentio-
rem, quia eſt filius Dei æternus, creator rerum,
qui æquali cum patre potentia & maieſtate iã re-
gnat, ſedens ad eius dextram in cœlis, quod multis
ſcripturæ teſtimonijs docet. Inſtituit autem ſtatim
in initio Epiſtolæ Apoſtolus hanc collationem ſeu
deſcriptionem perſonæ et officij Chriſti, contra Iu-
dæorum de eo peruerſum ac falſum iudicium, qui
Prophetis eum inferiorem aſſerebant, & filium
Dei negabant, contra conſcientiæ teſtimonia, quã
& miracula Chriſti, eius reſurrectio à morte, &
multi loci ſcripturæ conuincebant.*

EPISTOLA, Hebr. 1.

DEus olim multifariã multisq; mo-
dis, locutus patribus per Prophe-
tas, extremis diebus hiſce locutus eſt
nobis per filium, quem conſtituit hæ-
redem omnium: per quem etiam ſecu-
la condidit. Qui, cum ſit ſplendor glo-
riæ, et expreſſa imago ſubſtantiæ illius,
modereturq; omnia verbo potentiæ
ſuæ, per ſemetipſum purgatione facta
peccatorum noſtrorum, conſedit in
dextera Maieſtatis in excelſis, tan-
tò præſtantior factus Angelis, quantò

excellentius prę illis ſortitus eſt nomē. Nam cui dixit vnquam Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Ac rurſum: Ego ero ei pater, et ille erit mihi filius? Rurſum autem, quū inducit primogenitum in orbē terrarum, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei. Et ad Angelos quidē dicit: Qui creat Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignis flammam. Ad filiū autem: Thronus tuus Deus in ſeculum ſeculi, virga rectitudinis virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiam, et odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis vltra conſortes tuos. Et tu in initio, Domine, terrę fundamenta feciſti, et opera manuum tuarū ſunt cœli: ipſi peribunt, tu aūt permanes, et omnes vt veſtimentum, veteraſcent, ac velut amictum circūuolues eos, & immutabuntur: tu autem idem es, et anni tui non deficient. Ad quem autem Angelorum dixit vnquā: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum?

EXPLICATIO TEXTVS.

Deus olim. *Narratio continens collationē,*

primum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

primum Veteris Teſtamenti et Noui. Deinde Chri
ſti et Prophetarum. Vetus Teſtamentum continet
promißiones de Chriſto futuro, partim expreſſas
claris uerbis, partim figuris adumbratas. Itē legis
promulgationē et explicationem, in Prophetis &
Pſalmis, Luc. 24. Nouum teſtamentū continet im
pletionem promißionum de Chriſto iam exhibito,
et promulgatam prædicationem uniuerſalē de re
mißiōe peccatorum gratuita propter filium Dei.
Deinde Prophetæ tantum fuerunt doctores et gu
bernatores Eccleſiæ ueteris Teſtamenti, per quos
edita et renouata eſt ſubinde promißio de uenturo
liberatore, & politia Iudaica conſtituta et admini
ſtrata. Chriſtus uero eſt ipſe Meßias promiſſus re-
demptor, promerens ſua morte Eccleſiæ remißio-
nem peccatorum, ſpiritum ſanctum & uitam æter
nam, et accendens nouam iuſtitiam et nouam lucē
in mentibus credentium Euangelio. Deus. Qui
mens eſt æterna, inacceſſam, ut inquit Paulus, inha
bitans lucem, ſæpe patefecit ſe humano generi, edi
ta et renouata promißione de filio, quod ſummum
beneficium Dei iudicandum eſt. Olim. Id eſt, in
Veteri teſtamento, in quo ſtatim ab initio conditi
humani generis, edidit promißionem de futura li-
beratione per filium, eamq́; poſtea ſubinde renoua
uit obſcuratam. Multifariam. Nunc per An-
gelos, nunc per uiſiones, per rubum ardentem, ſo-
mnia, internas reuelationes &c. Locutus eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Id eſt, patefecit ſuam uoluntatem Eccleſiæ, edens ac renouans promiſsionem de benedicto ſemine, et legem promulgans in monte Sinai. **Per prophetas.** Eſaiam, Ieremiam, Danielem, et alios, qui miniſtri tantum fuerunt, Chriſtus ipſe filius. **Extremis diebus.** Collatio & perſonæ Meſsiæ & patefactionis, quæ in ueteri Teſtamento obſcurior fuit, clariſsima aũt in Nouo, quod Chriſtum exhibitum docet, et expreſsè proponit remiſsionem peccatorum omnibus gratis, per fidem, ſine conditione legis. **Extremis hiſce dieb.** Id eſt, in plenitudine temporis, quod ab æterno Deus conſtituit ac præuidit, ut in eo humanam naturam indueret filius ſuus, Gal. 4. **Per filium.** Collatio perſonarũ. Prophetæ tantum fuerunt ſerui, ſed Chriſtus eſt ipſe Dominus et filius Dei. Hanc collationem proponit et ipſe Chriſtus in parabola Matt 21 de uinea, in quam paterfamiliàs primum miſit ſeruos ſuos, id eſt, prophetas, quos cum agricolæ occidiſſent, miſit tandem etiam filium etc. **Quem conſtituit.** Collatio, Chriſtum eſſe hæredem ſeu ipſum filium Dei conditorem, Prophetas tantum fuiſſe miniſtros. Diſcernit autem hic naturas in Chriſto, humanam, iuxta quam cõſtitutus eſt hæres omnium, & diuinam, ſecundum quam eſt ipſe conditor rerum omnium, coæternus cum patre. **Secula.** Id eſt, omnes res conditas in tempore. Nam, ſeculum pro rebus conditis in tempore, poſuit per Synecdochen,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

chen,continens ſcilicet pro contento.Eſt autem notatio diuinitatis Chriſti ab ipſo opere conditionis, quod ſolius dei eſt propriũ.Complectitur autẽ conditio etiam conſeruationẽ et gubernationẽ utranque,Generalem omniũ rerum,et ſpecialem, Eccleſiæ Dei. Qui cum ſit. Perſpicuũ eſt hoc teſtimonium de diuina natura,quæ in Chriſto inſeparabiliter humana copulata ſeu unita eſt,in una perſona. Splendor. Primum deſcribit diuinitatem filij Dei,oſtendens patri eſſe coæternũ,et conſubſtantialem. Poſtea aſſumptam humanam naturam, in qua factus eſt uictima placans iram Dei aduerſus peccata. Splendor. Splendorem paternæ gloriæ uocat ipſum filium Dei, primum, quia eſt fulgor & quaſi irradiatio conſubſtantialis procedens ab æterno à patre, ſicut radij ſolares emittuntur à ſole. Secundo,quia in filio tanquam in ſpeculo relucet uoluntas patris, ſicut inquit Chriſtus: Nemo nouit patrem,niſi filius. Item:Filius qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit nobis. Græca uox ἀπαύγασμα, ſignificat non ſimpliciter lucem ſeu ſplendorem, ſed irradiationem, quæ ex alia luce editur, quod in Symbolo ſignificatur, cum inquit: Lumen de lumine. Gloriæ. Primum,eſſentiæ patris admirandæ & glorioſæ,quæ ſe in filium ſplendorem ſeu lucem eſſentialiter transfudit,ſicut inquit Paulus: In quo plenitudo diuinitatis habitat corporaliter,id eſt,uerè.Deinde gloriæ,id eſt,

notitiæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

notitiæ Dei, qua pater in filio uerè cognoſcitur, glorificatur & colitur. Et expreſſa imago ſubſtantiæ. Id eſt, effigies conſubſtantialis cogitatione à patre ſeipſum intuēte, genita ab æterno. Sumpta eſt ſimilitudo à mente humana, quæ ſicut cogitando imagines rerum gignit, ſic æternus pater ſeipſum intuens gignit ab æterno imaginē ſui, quæ filius eius eſt, et dicitur. Sed in hoc diſtat ſimilitudo, q̃ Deus in hanc ſuam imaginem transfudit eſſentiam ſuam, quod mens cogitando nō facit. Nā imagines mentis ſeu intellectus ſunt cogitationes ſubitæ et euaneſcentes. Expreſſa. Id eſt, in qua diuinitas realiter eſt ita, ut hæc imago & pater ſint ὁμούσιοι, id eſt, eiuſdem naturæ et ſubſtantiæ diuinæ. Subſtantiæ illius. Id eſt, in quā imaginem Deus pater uerè transfudit ſuam diuinā eſſentiam. Modereturq́ue omnia. Ab omnipotētia Chriſti, quam æqualem habet cum patre in omnes creaturas, quarum et conditor et gubernator eſt cum patre, ſicut inquit Ioannes: Per ipſum (filium Dei) omnia facta ſunt. Per ſemetipſum. Iam de humana natura filij Dei concionatur, quam aſſumpſit ex uirgine Maria, ut fieret hoſtia pro peccatis noſtris. Quatuor aūt breuiter ordine complexus eſt præcipua opera filij Dei: Diuinitatem eius, Aſſumptionem naturæ humanæ, Aſcenſionem in cœlū, et æternitatem regni. Per ſemetipſum. Id eſt, per paſſionem et mortem ſuam, qua placata

eſt ira Dei aduerſus peccata Purgatione. Duplex eſt purgatio peccatorũ: Imputatiua per mortem filij Dei: et Formalis, qua Deus per ſpiritum ſanctum mortificat in nobis peccatum ſeu ueterẽ Adamum, ut docet Paulus Rom. 6. Sed hæc purgatio eſt imperfecta, nec abſoluitur in hac uita, nam reliquiæ peccati ſunt et manẽt in natura, quas purgat, id eſt, remittit filius Dei fide per ſemetipſum, hoc eſt, per ſuam mortem, paßionem etc Conſedit in dextera. De omnipotentia Chriſti etiam in humana natura, quæ diuinæ ita inſeparabiliter copulata eſt, ut ſit una perſona Chriſtus uerus Deus, et uerus homo. In dextera. Id eſt, in eadem maieſtate et gloria cum patre. In excelſis Id eſt exaltatus eſt filius Dei etiam in humana natura, ſuper omnes creaturas in cœlo & in terra. Tantò præſtantior angelis. Collatio Chriſti cum angelis, quos non ſolum maieſtate diuina, ſed etiã nomine filij antecellit. Eſtq; ſumma collationis: Chriſtus dicitur filius Dei, Angeli tantũ ſunt miniſtri: Ergo angelis longè eſt excellẽtior Antecedẽs probat locis ſcripturæ Factus eſt. Etiam ſecundum humanam naturam ſedẽs iam à dextris Dei, æquali potẽtia et gloria cum patre. Cui dixit: Q d nulli. Filius meus. Primum teſtimonium ex Pſalmo 2. ubi Deus pater filium alloquitur coæternum ſibi et coëſſentialem. Filius. Scilicet naturalis, id eſt, de ſubſtantia patris cogitatione genitus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

nitus. Meus. Scilicet coæternus, cui eſſentiam meam communico natura, non electione. Es. Id eſt, uerè & naturaliter exiſtens æterna generatione. Tu. Emphaſis eſt in particula, Tu, qua Chriſtum à filijs adoptionis diſcernit. Ego. Scilicet Deus pater. Genui. Scilicet intuens meipſum. Te. Scilicet imaginem meam, in quam eſſentiam meam diuinam transfundo. Hodie. Id eſt, ab infinita æternitate. Nam apud deum nihil eſt neq; præteritum neq; futurum, ſed omnia præſentia et immutabilia. Vnde et Moſi, cum interrogaret Deum quis eſſet, reſpondit: Ego ſum qui ſum. Ac rurſum. Secundum teſtimonium 2. Reg. 7. quod ueteres intelligunt de natura humana Chriſti, quia loquitur Deus in futuro: Ero ei pater, uidelicet tum cum humanam naturam induerit. Ero ei pater. Id eſt, paterno amore eum complectar, defendam, et iuuabo in miniſterio et opere redemptionis. Et ille erit mihi filius. Id eſt, mutuo me complectetur amore filij, ſubijciēs ſe meæ uolūtati. Rurſum autem. Tertium teſtimoniū Pſal. 96. quo oſtendit, Angelos inferiores eſſe Chriſto, quia Angeli ipſum tanquam ſuum Dominum & conditorem adorabunt, etiam in aſſumpta humana natura. Cum inducit. Vbi loquitur Deus pater apud Prophetam de filio ſuo in aſſumpta ab ipſo humana natura, ſeu conuerſante inter homines. Et ad Angelos. Altera pars collationis, continēs teſtimo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

teſtimonium de natura et officio angelorum, Pſal. 103 Ad Angelos, Id eſt, de angelis, ut Haymo exponit. Qui creat. Id eſt, filius Dei eſt conditor Angelorum. Sunt igitur diuerſæ naturæ Chriſti et Angelorum. Quia filius eſt ſubſtantia diuina increata, Angeli ſunt ſubſtantiæ ſpirituales conditæ à Deo, natura igneæ & puriſsimæ. Qui creat. Ordo & ſententia duplex eſt. Qui (Deus pater) creat Angelos ſuos ſpiritus, id eſt, ut ſint ſpiritus ſeu creaturæ ſpirituales, et miniſtros ſuos, ſcilicet Angelos, creat flammam ignis, id eſt, naturæ igneæ, hoc eſt, præditos ſumma puritate, claritate, & agilitate. Hæc ſententia loquitur de eſſentia angelorum, ꝙ ſint creaturæ, filius autem ipſe creator. Altera ſententia eſt de officio Angelorum. Qui (Deus pater) creat, id eſt, facit ſpiritus ſuos Angelos, hoc eſt, nuncios & miniſtros, uidelicet electorum. Flammam. Id eſt, ardentes amore Dei. Ergo Angeli inferiores ſunt filio Dei, quia ſunt miniſtri eius, ut, in natiuitate, in deſerto, in paſsione, et annuncianda reſurrectione, in defendenda & gubernanda Eccleſia &c. Ad filium autem. Alterum membrum concionis de regno filij Dei æterno et ſpirituali, ex Pſal. 44. Eſt autē regnum Chriſti eius interpellatio perpetua apud patrem, condonatio peccatorum, defenſio Eccleſiæ, & ſanctificatio in hac uita per miniſterium Euangelij ſpiritus ſancti, uſq; ad nouiſsimum diem,

in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

in quo reſuſcitabit ſuos ad uitam et gloriam æternam. Opponit autem regnum Chriſti miniſterio angelorum, ut oſtendat Chriſtum angelis eſſe excellẽtiorem. **Deus.** Notandũ hic expreſſe Chriſtum uocari Deum, contra hæreticos, Arium et alios diuinitatem Chriſti negantes. **In ſeculũ ſeculi.** Id eſt, regnum Meßiæ, eſt regnum æternum, nõ politia mundana, quæ ad alios ſubinde transfertur. Ergo morietur Meßias, et reſurget, ut perpetuo regnet. **Virga.** Virgam ſeu ſceptrũ uocat adminiſtrationẽ regni Chriſti, quod eſt miniſteriũ Euãgelij, quo efficax eſt ſpiritus ſanctus, accendens in cordibus ueram notitiam Dei, impellens ad inuocationẽ Dei, et cæteros cultus Dei interiores et exteriores. **Dilexiſti.** Expoſitio adminiſtrationis regni Chriſti, quæ conſiſtit in iuſtitia impartienda credentibus Euangelio, & puniendo ei aduerſantes. **Iuſtitiam.** Duplex eſt iuſtitia regni Chriſti: Iuſtitia fidei, qua Deus iuſtos reputat gratis apprehendentes fide mediatorem: et Iuſtitia operum, quæ eſt inchoata obedientia erga legem. Vtramq; diligit filius Dei, illam impartiens gratis credentibus, hanc requirens à iuſtificatis tanquam iuſtitiæ prioris fructum. **Propterea.** Scilicet quia es rex ſpiritualis & æternus. **Vnxit.** Id eſt, regem & ſacerdotem conſtituit. **Deus.** Vocatiui caſus eſt, quo Propheta tanquam per Apoſtrophen filium Dei alloquitur. **Deus tuus.** Id eſt,

Deus

Deus pater,qui eſt Deus Chriſti,ſecundum aſſum-
ptam humanam naturã. **Oleo exultationis.**
Primum,ut ipſe poſt paßionem et mortem exultes
de hoſtibus deuictis,peccato,morte,et Satana.De-
inde ut Eccleſiam reddas etiam exultantem & læ
tam per prædicationem Euangelij etc. **Vltra cõ
ſortes.** Id eſt, donauit te Deus pater maioribus
donis ſpiritus ſancti, quàm alios, ſcilicet ſanctos,
qui eiuſdem hæreditatis cum filio Dei ſunt partici
pes et cohæredes. Nam credentes in Chriſtum ſeu
ſancti ad menſuram tantum accipiũt ſpiritum ſan
ctum,ipſe autem filius Dei non ad menſuram acce
pit,ſed ad plenitudinem,ut inquit Baptiſta,Ioan.3.
Et tu. Redit ad diuinitatem Chriſti,qua eſt condi
tor rerum cum patre. **Initio.** Id eſt,cum incipe-
rent res condi ſeu fieri,Gene.7. **Manuum tua
rum.** Id eſt,potentiæ tuæ. **Ipſi peribunt.** Colla
tio æternitatis filij Dei, et interitus creaturarum.
Omnes. Scilicet cœli & terra, ſeu creaturæ.
Vt veſtimentum. Cõparatio ſumpta à ueſti-
mentis, qua mutabilitatem et defectum creatura-
rũ oſtendit. **Circumuolues.** Id eſt,facile muta-
bis omnia in quamcunq; uoles formam. **Sicut
amictum.** Id eſt, habitum ſeu figuram rerum.
Tu autem. Altera pars collationis de æternita
te ſeu immutabilitate Dei. **Idẽ es.** Id eſt,es æter-
nus & immutabilis. **Anni tui.** Id eſt,æternitas
tua non deficiet, ſed qualis ab infinita æternitate

D fuiſti,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

fuiſti, permanes idem & immutabilis. Ad quē autem. *Redit ad primam collationem de omnipotentia filij Dei, & addit teſtimonium ex Pſalmo 109. quod de eius humanitate intelligendum eſt, quia ſecundum diuinitatem ſemper æqualis patri fuit.* Nónne omnes. *A definitione Angelorū, quam ab ipſorum officio ſumit, quod eſt miniſtrare electis. Sunt igitur inferiores filio Dei, quia ab ipſo emittuntur miniſtri ad ſalutem Eccleſiæ.*

OBIECTIONES *quatuor.*

I. *De diuina eſſentia filij Dei.*

Imago eſt cogitatio tranſiens & euaneſcens.
Filius Dei eſt imago patris:
Ergo eſt cogitatio tranſiens, & non cōſubſtantialis patri.

Reſpondeo ad maiorem, per diſtinctionem: Cogitatio intellectus humani eſt motus ſubitus, et euaneſcens, ſed cogitatio patris ſeipſum intuentis, eſt coæterna patri, in quam pater transfundit ſuam eſſentiam. Sicut inquit Chriſtus: Ego & pater unū ſumus. Et Paulus addit, Chriſtum eſſe expreſſam imaginem Dei patris, hoc eſt, manentem & coeſſentialem patri.

II. *De æternitate filij Dei.*

Omne genitum eſt poſterius ſuo genitore.

Filius

Filius Dei genitus eſt à patre:
Ergo eſt poſterior patre.

Reſpondeo ad maiorem. In naturalibus uerum eſt, quod naſcitur ab aliquo, poſterius eſt gignente, ſed in æterna generatiõe filij Dei nihil eſt poſterius, ſed pater intuẽs ſeipſum ab æterno, gignit imaginem filium ſuum coæternum, cui ſuam eſſentiam cõmunicat. Ideo aũt ex patre gigni dicitur filius, quia pater eſt fons totius diuinitatis, hoc eſt, pater eſt αὐτοούσιος, filius et ſpiritus ſanctus ὁμοούσιοι.

III. *De aſſumpta humana natura à filio Dei.*

Diſparata, id eſt, diuerſæ ſpecies, coniungi non poſſunt.
Natura diuina & humana ſunt diſparata:
Ergo coniungi non poſſunt: & per cõſequens, non hæ duæ naturæ, diuina & humana, vnitæ ſunt in Chriſto, vt ſit vna perſona.

Reſpondeo ad maiorem: Maior uera eſt de naturalibus, ſed coniunctio ſeu unio diuinæ & humanæ naturæ in Chriſto eſt ſupernaturalis, et eſt prædicatio inuſitata, cum dicimus: Deus eſt homo, & homo eſt Deus.

IIII. *De officio filij Dei.*

Deus eſt omnipotens:
Ergo potuit liberare humanum genus ſine miſſo filio.

RESPONSIO.

Non ualet conſequentia à poſſe et uelle. Deinde Deus eſt ſummè iuſtus: ideo uoluit ius diabolo, quod habuit in genus humanum propter peccatũ, non omnipotentia ſua, ſed iure adimere, id quod non potuit fieri ſine reconciliatore filio Dei, quem cum Diabolus innocẽtem occiderit, ius ſuum quod habuit in genus humanum perdidit.

QVÆSTIO.

Nunquid fuerat neceſſe filium Dei induere humanam naturam, etiamſi homo non fuiſſet lapſus? de quo hodie quidam impiè diſputant.

Reſpon. Non. Quia prima promiſsio, Gen. 3. teſtatur propterea mittendum ſemen, hoc eſt, filiũ Dei aſſumpturum humanam naturã, ut caput ſerpentis conterat, hoc eſt, ut Ioan. interpretatur, deſtruat opera diaboli, peccatum et mortem. Idem teſtatur eiuſdem renouatio facta ad Abraham, Gen. 22. ut ſcilicet benedictionẽ amiſſam in Adam, per benedictum ſemen Abrahæ, hoc eſt, Chriſtum, reciperemus. Quin uniuerſa ſacra ſcriptura, Prophetica et Apoſtolica magno conſenſu affirmat, ideò filium Dei factum hominem, ut nos à peccato, morte, et poteſtate ſatanæ liberaret. Vnde Symbolum Nicenum, diſertè cauſam addit incarnationis filij Dei, inquiens: Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlo, & incarnatus eſt &c.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ALTERA EPISTOLA IN die Natali Ieſu Chriſti D. Pauli, de exhibita ineffabili gratia Dei humano generi per filium, et de nouitate uitæ, ſeu bonis operibus, quæ tanquam fructus fidem ſequi debent, in reconciliatis. Ad Titum II.

Tetraſtichon.

Magna Dei bonitas gnatum mittentis in orbem,
Illuxit cunctis, dulce ſalutis opus.
Fide Deo, factisq; fidem teſtare probatam:
Summa breuis ueræ quæ pietatis erit.

Argumentum.

Commendat hic primum D. Paulus immenſam Dei bonitatem & miſericordiam, ꝙ filium ſuum miſit in mundum redemptorem humano generi, quod morte ſua ab æterno interitu liberauit, placauit horrendam iram Dei aduerſus peccata, et iuſtitiam ac uitam æternã nobis reſtituit. Deinde hortatur ad nouitatem uitæ, ſeu ſtudium bonorum operum, quibus gratitudinem noſtram pro ineffabili beneficio redemptionis Deo declaremus. Tertio hortatur Titum & omnes fideles miniſtros Euangelij, ut tantam gratiam Dei exhibitam in filio, diligenter tradant & commendent Eccleſiæ, hortentur ad gratitudinem, pœnitentiam, & nouitatem uitæ, quam Deus à ſuis tanquam fidei ſuæ fructus requirit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

EPISTOLA, *ad Titum* 2.

APparuit enim gratia Dei ſalutiferam omnibus hominibus, erudiens nos, vt, abnegata impietate, & mundanis concupiſcentijs, ſobriè et iuſte, et pie viuamus in præſenti ſeculo, expectantes beatam illam ſpem, & illuſtrationem gloriæ magni Dei, & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret ſibiipſi populum peculiarem, ſectatorem bonorum operum. Hæc loquere & hortare, & argue cum omni præcipiendi ſtudio. Nemo te contemnat.

EXPLICATIO TEXTVS.

Apparuit enim. *Eſt ætiologia præcedentis exhortationis de obedientia ſeruorum præſtanda ipſis dominis, ſumpta ab exemplo ſeu bonitate Dei erga ipſos ſeruos, adeoq́; omnes homines, in hunc modum: Deus exhibuit uobis etiam ſeruis ſuam gratiam, recipiens uos per filium, condonans peccata. Ergo debetis eſſe grati Deo, & obedire dominis ueſtris, ut glorificetur nomen Dei per uos &c.* Apparuit. *Aliter, Illuxit, hoc eſt, conſpicua et illuſtris facta eſt in toto orbe terrarum,*

cum antea eſſet obſcurata & ignota hominibus. Iam autem cõſtat ad uos etiam ſeruos et alias gentes pertinere beneficia Chriſti. **Apparuit.** Præter omnium expectationem, et ſine cuiuſquam merito ſeu dignitate **Gratia.** Gratia ſignificat Paulo beneuolentiam ſeu gratuitum fauorem, quo Deus complectitur gratis humanum genus propter filiũ, ut ad Epheſios 2. Gratia Dei ſaluati eſtis, idq; non ex uobis, Dei donum eſt, ne quis glorietur. **Salutifera.** Id eſt, ſalutem adferens æternam, hoc eſt, remiſsionem peccatorum, ſpiritũ ſanctum, iuſtitiam, & uitam æternam propter filium Dei. **Omnibus hominibus.** Docet hic locus, promiſsionem Euangelij eſſe uniuerſalem, hoc eſt, pertinere ad omnes homines, Iudæos pariter & gentes, cuiuſcunq; ſint uel ordinis, conditionis, uel ætatis. Sicut inquit ad Roma. 3. Iuſtitia Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes, qui credunt. Et ipſe Chriſtus omnes, Matth. 11. ad ſe uocat, inquiens: Venite ad me omnes &c. **Omnibus hominibus.** Id eſt, quæ pertinet ad omnes homines, uel omnibus hominibus offertur in Euangelio. Sed participes tantum fiunt credentes, non aduerſantes Euangelio. **Erudiens.** Id eſt, admonens, inſtituens, ac docens omnes homines. Nam hanc gratitudinem Deus requirit à nobis, ut pro ſua gratia, qua gratis recepit nos propter Filium, doctrinam Euangelij pijs moribus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ornemus, ut ipſe glorificetur inter nos, & notitia eius conſeruetur & propagetu: ad alios. **Abnegata impietate.** Primam inter uitia, quæ abijcere debemus, nominat impietatem, quæ incredulitatem & omnia uitia ſeu peccata contra utranq; tabulam complectitur, & eſt cauſa ſeu fons aliorum peccatorum. **Mundanis concupiſcentijs.** Id eſt, delitijs ac uoluptatibus, quas mundani homines, id eſt, carnales, deſiderant, indulgẽtes uitijs contra conſcientiam, per quæ fides & gratia ſpiritus ſancti amittitur. **Vt iuſtè.** Intelligit iuſtitiam uniuerſalem, quæ eſt obediẽtia erga totam legem, maximè autem particularem commutatiuam, qua cum hominibus agentes & contrahentes ſeruamus æqualitatem, neminem defraudãtes etc. **Sobriè.** Sobrietas eſt moderatio, quæ adhibetur in uoluptatibus corporis moderandis, in uictu, ne crapulæ & ebrietati indulgeamus, quibus & corpus & anima grauantur & redduntur inepta ad inuocationem, & cæteros cultus Dei. **Piè.** Coram Deo: nam pietas complectitur uirtutes interiores, quibus cum Deo agimus, timorem Dei, fiduciã erga ipſum, et dilectionem, etc. **In pręſenti ſeculo.** Nam poſt hanc uitã ſeu in futuro ſeculo nulla erit occaſio agendi pœnitentiam ſeu bene operandi, quod parabola de Epulone diuite, Luc. 16. oſtendit. **Expectantes.** Conſolatio de futura liberatione, pertinens ad totã Eccleſiam, maximè ad ſer

nos.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

nos. Q.d. Vos quidẽ ſerui dura ſeruitia toleratis, ſed ſuſtinete ærumnas patienti animo, ſpe futuræ liberationis, in apparitione ſeu aduentu Domini in extremo die. Beatam illam ſpem. Spes eſt certa de liberatione ſeu mitigatiõe malorum expectatio propter Chriſtum, iuxta promiſsionẽ Dei, etiamſi liberatio aliquãdiu differatur. Beatam. Id eſt, quæ reddit uos beatos, qua beatitudinẽ æternam expectatis, & certo conſequimini. Nam ſpes, ut inquit ad Rom. 5. non confundit. Illuſtrationem gloriȩ Dei. Id eſt, illuſtrem aduentũ Dei, quo Deus oſtendet & declarabit glorioſam liberationem Eccleſiæ, et ſuam maieſtatem in nouiſsimo die. Magni Dei. Id eſt, magnifici, omnipotẽtis, in nouiſsimo die, non ut antea ingrediens in Hieruſalem contemptus ueniet, ſed in magna gloria & maieſtate apparebit, Mat. 24. Magni Dei. Hoc et ad ipſum Deum patrem, et ad filium cõmodè referri poteſt. Qui ſemetipſum. Addit obiter deſcriptionem ſeu cauſam efficientem liberationis noſtræ, quæ eſt mors filij Dei: et cauſam finalẽ, purificationem ſeu emundationem peccatorum noſtrorum, quæ duplex eſt: Imputatiua, quæ fit gratis fide: et formalis, id eſt, inchoatio nouæ uitæ, cui q́d deeſt, condonatur propter fidem. Ab omni iniquitate. Nõ ſolum à peccato originis, ſed etiam à peccatis ſeu lapſibus quotidianis. Et purificaret. Per fidem, qua, ut dicitur Act. 15. Deus purifi-

cat corda. Populum peculiarem. *Deſcriptio Eccleſiæ Dei, quæ primum munda eſt imputatione propter mortem filij Dei fide. Deinde formaliter ſeu nouitate uitæ per ſpiritum ſanctum, quæ in hac uita inchoatur, ſed in futura abſoluitur.* Sectatorem. *Non ocioſum ac indulgentem cupiditatibus contra conſcientiam.* Hęc loquere. *Adhortatio, ut per miniſterium Euangelij gratiã Dei exhibitam mundo in filio, diligenter tradat et commẽdet Eccleſiæ, rudes inſtituat, inſtitutos adhortetur, ut in cognitione Dei & pietate pergant: inobedientes & contumaces arguat, propoſita comminatione pœnarum, corporalium & æternarum.* Nemo te. *De autoritate miniſtrorũ uerbi Dei, qui, ut alibi inquit, ſint miniſteriorum Dei diſpenſatores, ideo contemni non debent propter perſonæ uilitatem, ſed audiri tanquam ipſe Deus ſonans cœlitus, quum ſanam doctrinam proponunt Eccleſiæ. Sicut inquit Chriſtus: Qui uos audit, me audit.*

QVÆSTIO, *De cauſa gratiæ Dei ſeu iuſtificationis.*

Sunt ne bona opera, ſeu nouitas vitæ cauſa impulſiua gratiæ Dei, ſeu cauſa efficiens iuſtificationis?

Reſpon. Non. *Nam gratia, ut inquit Paulus, non eſſet gratia, ſi penderet ex merito.*

CON-

CONTRA.

Inquit Paulus: Ideo illuxiſſe gratiam Dei, vt iuſte, ſobrie, et pie uiuamus:

Ergo futura iuſtitia ſeu obedientia erga legem, quam Deus præuidit, Deum tãquam cauſa impulſiua, mouit ad exhibendam gratiam.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia particula, Vt, non cauſam efficientem ſeu impulſiuam deſignat, ſed cauſam finalem. Sicut igitur cum dicimus: Arbor ſeritur, ut fructus ferat: hortulanus ſeu agricola cauſa eſt ſationis, non fructus, quos editura eſt arbor. Sic cum dicimus: Gratia Dei apparuit, ut bene agamus: non actiones noſtræ ſeu obedientia, ſed Dei uoluntas cauſa eſt exhibitæ gratiæ. Fides autem eſt inſtrumentalis cauſa, qua apprehendimus oblatam gratiam.

OBIECTIO, *De cauſa damnationis multorum.*

Non omnes ſaluantur:

Ergo gratia Dei non omnibus illuxit.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt fallacia conſequentis. Nam dictum Pauli, omnibus apparuit gratia Dei, eſt particulare, quantum ad homines

attinet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

attinet, quia non omnes accipiunt oblatam gratiam fide: uniuerſale eſt, quantum attinet ad Deum offerentem gratiam omnibus, ſine reſpectu perſonarum. Eſt igitur cauſa damnationis non in uoluntate Dei, ſed in uoluntate hominum, quæ liberè repugnat uocationi.

IN DIE NATALI CHRISTI, Epiſtola tertia D. Pauli, de ineffabili amore & φιλανθρωπία Dei erga genus humanum. Ad Titum III.

Tetraſtichon.

Eſt pater æternus magna ui motus amoris,
  Vt Gnatum mundo mitteret ipſe ſuum.
Nil ualet hic ratio, meritum nil iuris habebit,
  Credula ſed capit hæc munera, ſola fides.

Argumentum.

Cõmendat & hic Apoſtolus immenſam Dei miſericordiam & amorem erga perditum genus humanum, q, iuxta arcanum & admirandum ſuum conſilium de redimendo homine per filium, conſtituto tempore, eum miſit in mundum, & ipſe filius obediens patri ex ingenti amore erga nos, humanam naturam aſſumpſit, in qua reconciliauit nos æterno patri, meruit Eccleſiæ ſpiritum ſanctum, quem per prædicationem Euangelij, & Sacramentorum uſum mittit in corda credentium, ut nos de bene-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

beneuolentia & amore Dei certos reddat, accendat in animis nouam lucem ac uitam, ueram notitiam Dei, fiduciam et dilectionem, impellat ad inuocationem & obedientiam erga Deum, conſoletur & confirmet nos in confeßione cœleſtis doctrinæ &c.

EPISTOLA, Ad Tit. 3.

AT poſtquã bonitas & erga homines amor apparuit ſeruatoris noſtri Dei, non ex operibus, quæ ſunt in iuſtitia, quæ faciebamus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiã ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis ac renouationis ſpiritus ſancti, quẽ effudit in nos opulente, per Ieſum Chriſtum ſeruatorẽ noſtrum, vt iuſtificati illius gratia, hęredes efficeremur iuxta ſpem vitæ æternæ. Indubitatus ſermo.

EXPLICATIO TEXTVS.

At poſtquã. *Inſtituit Paulus in 2. cap. exhortationem ad omnes fere hominum gradus, præſcribens ſua cuiq; officia honeſta & pia, ſecundũ uocationem. In 3 cap. primum hortatur ad obedientiam ſubditos præſtandam magiſtratui. Poſtea addit generalem exhortationem de omnibus uirtutibus neceſſarijs in communi uita, maximè uero de humanitate & manſuetudine erga omnes homi-*

nes.

nes. Huius exhortationis addit cauſam in hoc te=
xtu, ſumptam à dei erga nos bonitate & φιλαν=
θρωπία, ꝙ filium indignis miſit ſine noſtris meri=
tis, inquiens: Eramus & nos olim ſtulti, inobedien
tes, errantes &c. ſed deus eſt noſtri miſertus, &
recepit nos in gratiam, condonans nobis errores
noſtros &c. Ideo & nos tales exhibebimus erga
alios, id eſt, humanos & manſuetos. **Boni=
tas.** Hæc appellatio ſeu uirtus oſtendit, quæ ſit na
tura, affectus ſeu propenſio dei erga nos, uideli=
cet benefaciendi omnibus gratis credentibus in fi=
lium, etiamſi ſimus indigni. Elucet autem dei boni=
tas cum in alijs rebus, tum maximè in hoc opere,
ꝙ filium nobis miſit redemptorem, in quo opere
primum & horrendam iram dei aduerſus pecca=
ta perſpicimus, quam nulla creatura placare po=
tuit, ſed tantum filius dei. Deinde ineffabilem mi=
ſericordiam & amorem dei erga genus huma=
num, quod totum perire noluit, ſed miſit filium in
carnem hoſtiam pro peccatis noſtris. **Erga ho=
mines amor.** In Græco eſt φιλανθρωπία,
quod Eraſmus reddit, amorem erga homines, ui=
delicet eum, quo deus complectitur hominem, ei=
uſq́; conſuetudine & conſpectu inprimis delecta=
tur. **Nō ex operibus.** De cauſa bonitatis καὶ
τῆς φιλανθρωπίας dei, quæ non ſunt opera no=
ſtra ſeu merita, ſed dei miſericordia, et ipſo amor,
quo gratis complectitur hominem conditum ad
imagi=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

imaginem ſui,ad hoc,ut ipſe in eo, tanquam templo ſuo,habitet,ut inquit Apoſtolus ad Corinthios. Eſt igitur hic apertus & illuſtris locus contra iuſtitiam operum, et commendatio fidei,quæ tantam bonitatem & φιλανθρωπίαν Dei apprehendit. Per lauacrum. Intelligit Baptiſmum, in quo regeneramur ad uitam æternam, & datur nobis ſpiritus ſanctus,qui renouet mentes, accendens in eis nouos & ſpirituales motus, notitiam Dei,amorem,timorem, fiduciam,inuocationem, & cæteras uirtutes utriuſq; tabulæ. Renouationis. Quæ fit per miniſterium externæ uocis Euangelij,& uſum Sacramentorum, quibus tanquam inſtrumentis datur ſpiritus ſanctus & fides. Per Ieſum Chriſtum. Id eſt,propter Ieſum Chriſtum & eius merita. Vt iuſtificati. Repetit cauſam iuſtificationis,quæ eſt gratia Dei,ſeu gratuitus eius fauor erga genus humanum, non merita noſtra,aut iuſtitia, quæ legi non ſatisfacit propter corruptionem naturæ. Hæredes. Vita æterna uocatur hæreditas, quia debetur credentibus in Chriſtum, qui filij ſunt Dei per fidem. Et iterum excluduntur opera, tanquam meritum, dignum uita æterna,quam ad Romanos 6. donum dei uocat. Iuxta ſpem. Id eſt, quam hæreditatem uitæ æternæ promiſſam expectamus certo propter Chriſtum fide. Eſt autem hic obſeruandum diſcrimen inter ſpem & fidem. Fides eſt motus cordis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

præſentia bona accipiens, ut præſentem gratiam ſeu reconciliationem. Spes expectat futura bona, etiamſi eorum largitio aliquandiu differatur à Deo. Indubitatus ſermo. Aſſeueratio traditæ doctrinæ & conſolationis de bonitate & φιλανθρωπία ſeu amore Dei erga nos, item de cauſa ſalutis noſtræ, & accipienda hæreditate uitæ æternæ, quam ideo in fine addit, ne promiſſionem tantarum rerum in dubium uocemus.

OBIECTIONES *tres.*

I. De iuſtitia & miſericordia Dei.

Deus ſummè eſt iuſtus, puniens peccata:

Ergo peccatum non remittit ſine compenſatione: & per conſequens, non ſaluamur per miſericordiam Dei gratis.

Reſpondeo ad antecedens: Deus eſt ſummè iuſtus, puniens peccata in non obedientibus Euangelio: ſed credentibus in Chriſtum, qui peccatorum in ſe pœnã deriuauit, pœna unà cum culpa remittitur. Deinde concedo conſequentiam. Quia Deus in Chriſto puniuit peccata, & eſt mors Chriſti λύτρον ſeu precium redemptionis. Non igitur Deus pœnam ſine ſatisfactione remittit, quia filius Dei horrendas pœnas ſuſtinuit noſtro nomine.

II. De

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

II. *De iuſtitia formali.*

Adam eſt typus Chriſti.

Adam non ſolum eſt reus propter imputationem, ſed etiam corruptionē naturæ:

Ergo Deus non ſolum imputatione iuſtificat hominem, ſed etiam ſanat naturam corruptam, reſtituens originalem integritatem: *& per conſequens, non ſumus tantum imputatione iuſti, ſed etiam reſtituta integritate, quam formalem iuſtitiam uocant.*

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia plus eſt in concluſione, quàm in præmiſsis. Nam præmiſſæ loquuntur de reſtituenda integritate naturæ, quam Chriſtus per ſpiritum ſanctum in hac uita inchoat, ſed non perficit: quod autem deeſt, non imputatur credentibus ad damnationem. Sicut inquit Paulus ad Romanos 8. Nulla eſt damnatio in his, qui inſiti ſunt Chriſto Ieſu. Et ad Romanos 5. inquit: Gratia ſuperabundat ſuper peccatum.

III. *De bonis operibus.*

Iuſtificamur gratia Dei, abſq; operibus legis:

Ergo opera legis ſunt inutilia.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia iuſtificamur per

gratiam fide, ſine operibus tanquam cauſa iuſti-
tiæ, non tanquam fructibus, quos fides, ut arbor bo
na profert. Et ſunt alij plurimi uſus bonorum ope
rum, ut celebratio Dei, exercitium fidei, certitudo
uocationis &c.

DOMINICA I. POST

Natiuitatem Chriſti, Epiſtola D. Pauli, de ſimilitu
dine ſumpta à paruulo hærede, qua docet creden-
tes in Chriſtum liberatos eſſe à lege, accipe
re ſpiritum ſanctum, & hæredita
tem uitæ æternæ.

Gal. IIII.

Tetraſtichon.

Continet hæredem teneris ut tutor in annis;
Grandior is factus ſeq; ſuumq; regit:
Sic populum Moſes ueterem ſub lege tenebat,
Donec onus Chriſtus ſuſtulit ipſe graue.

Argumentum.

Proponit in hac Epiſtola Diuus Paulus exem-
plum ſeu ſimilitudinem politicam de paruulo hæ-
rede, qui ſub tutelari gubernatione tantiſper co-
ercetur & regitur, donec ipſe adultus hæredita-
ria bona rectè adminiſtrare poteſt. Qua ſimilitu-
dine docet, Iudæos ſub lege Moſi tanquam tutore
& exactore detentos fuiſſe uſq; ad Chriſtum, ſed
eo iam exhibito liberari à lege omnes credẽtes in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Chriſtum, tam Iudæos, quam gentes, & eſſe filios Dei, & hæredes uitæ æternæ, per fidem ſine operibus, propter mediatorem, quod ſuprà cap. 3. quatuor præcipuè argumentis oſtendit. Primum ſumit ab experientia. Secundum ab exemplo Abrahæ. Tertium à locis ſcripturæ. Quartum à circunſtantia temporis, ſeu ordine cauſarum & effectuum, hoc modo:

PRIMVM, *Ab experientia.*

Illud tantum iuſtificat, per quod datur ſpiritus ſanctus.
Ex auditu fidei datur ſpiritus ſanctus, non ex lege:
Ergo non ex lege, ſed ex fide eſt iuſtitia.

Maiorem probat ab experientia, quia Galatæ ſpiritum ſanctum ex prædicatione Euangelij acceperunt. Probant idem multa exempla in Actis Apoſtolicis, ut Cornelij centurionis, et aliorum.

SECVNDVM, *Ab exemplo Abrahæ.*

Abraham eſt iuſtificatus fide:
Ergo & alij fide iuſtificantur, quia Abraham eſt pater omnium credentium.

Antecedens probat dicto Gene. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

TERTIVM, *A loco ſcripturæ, Abacuc* 2.

Iuſtus ex fide ſua viuit:
Ergo fides iuſtificat, non lex.

QVARTVM, *A tempore ſeu ordine cauſarum & effectuum.*

Abraham ante legem annis 430. iuſtificatus eſt fide:
Ergo fides iuſtificat, non lex. *Quia cauſa non ſequitur effectum, ſed præcedit.*

Hæc ſunt præcipua argumenta, quibus Paulus probat cap. 3. fidem iuſtificare, non legem ſeu opera. Initio quarti capitis addit hanc ſimilitudinem de hærede paruulo, qua idem probat, & quaſi occurrit obiectioni, cur Deus legem dederit, ſi non iuſtificet. Ad hoc reſpondet hac ſimilitudine, Ideo datam eſſe legem, ut ſub ea tanquam tutore Iudæi continerentur in obediētia uſq; ad aduentum Chriſti. Idem oſtendit ſuprà ſimilitudine ſumpta à carcere & pædagogo.

EPISTOLA, *Galat.* 4.

DIco autem, quàmdiu hæres puer eſt, nihil differt à ſeruo, cum ſit dominus omnium, ſed ſub tutoribus & actoribus eſt vſq; ad tempus, quod pater præſcripſerit. Sic & nos cum eſſemus pueri, ſub elementis mundi eramus, in ſeruitutem adacti. At vbi venit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

nit plenitudo temporis, emiſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum legi obnoxium, vt eos, qui legi erant obnoxij, redimeret: vt adoptione ius filiorum acciperemus. Quoniam autẽ eſtis filij, emiſit Deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra, clamantem, Abba pater. Itaq; iam non es ſeruus, ſed filius. Quòd ſi filius, & hæres Dei per Chriſtum.

EXPLICATIO TEXTVS.

Dico autem. *Tranſitio ad interpretationem ſeu explicationem propoſitæ cauſæ, per ſimilitudinem de hærede puero, qui ut à tutoribus regitur uſq; ad iuſtam ætatem, ita etiam Iudæi ſub lege occluſi fuerunt uſq; ad Chriſtum, per quem à lege eiuſq; dãnatione liberantur quotquot in ipſum credunt.* Dico autem. *Id eſt, quod dico tale eſt, aut illud eſt, quod dico. Nam ſolet hoc modo loqui Paulus, quoties ingreditur interpretari quæ dixit* Nihil differt. *Id eſt, nullum eſt diſcrimen inter ſeruum & hæredem puerum, quia hæres puer tractatur ut ſeruus, et cogitur obedire tutoribus, et aliorum arbitrio uiuere.* Cum ſit. *Id eſt, etiam ſi ſit* Dominus omnium. *Id eſt, etiamſi pertineat ad eum hæreditas ſeu patrimonium relictũ à patre, tamen non habet ius adminiſtrandi bona*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

paterna ante tempus emancipationis, ut uocant. Tutoribus. Qui dabantur pueris pupillis. Et actoribus. Id eſt, diſpenſatoribus, hoc eſt, rei familiaris procuratoribus, qui dabantur furioſis & adoleſcentibus, ut pro illis rem adminiſtrarent. Tempus. Scilicet emancipationis. Quod pater. Vel ſua uoluntate, uel iuxta legem. Hoc tempus emancipationis erat annus 25. Sic & nos. Accommodatio ſimilitudinis, qua cõparat Iudæos occluſos ſub lege Moſi, paruulo hæredi: ipſam legem, tutoribus & actoribus. Tẽpus procurationis eſt tempus legis uſq; ad Chriſtum. Tempus emancipationis eſt tempus Euangelij ſeu aduentus Chriſti in carnem, qui liberos reddidit nos à lege ceremoniali Moſi, quantum ad obedientiã attinet: à Decalogo ſeu lege Morali, quãtum ad damnationẽ, non obediẽtiam. Sic & nos. Quemadmodum hæres eſt ſub dominio & cura tutorum, uſq; ad tempus emancipationis: ſic & nos Iudæi concluſi fuimus ſub lege Moſi ante Chriſti aduentum, et gratiam Euangelij. Cum eſſemus pueri. Id eſt, cum nondum adueniſſet Chriſtus. Sub elementis. Elementa mundi uocat per Tapinoſin, legem Moſi, primum ceremonialem, de diſcrimine ciborũ & dierum, et cæteris ritibus externis. Deinde ipſum etiam Decalogum, quatenus ſcriptus eſt in libro, q; lex non uiuificet, ſeu in cœlum ducat, ſed relinquat homines in mundo, et mundanam tantum tra

dat iuſtitiam,non cœleſtem. Sub elementis. Id
eſt, lege Moſi de ceremonijs ſeu ritibus externis,
deinde etiam Decalogo, quatenus terret conſcien
tias,metu mortis et æternæ dãnationis Mundi.
Quæ lex tradit tantum iuſtitiam ciuilem,ſeu mun
danam,de diebus feſtis, cibo, ueſtitu, lotione &c.
Adacti Scilicet tyrannide legis,quæ accuſat cõ
ſcientias,terret,premit,& occidit comminatione
pœnarum Addenda eſt etiã hic particula,quæ præ
ceßit in fine ſimilitudinis: uſq; ad conſtitutum tem
pus à patre,ſcilicet Deo,qui præfinito tẽpore mi-
ſit filium in mundum, ut oppreſſos tyrannide legis
redimeret. Dupliciter autem finitur tempus legis,
per duplicem aduentum Chriſti.Primũ finitum eſt
tempus legis,cum Chriſtus ante annos 1551.præfi-
nito à patre tempore natus eſt homo è uirgine,cru
cifixus ac reſuſcitatus à morte, ſemel per propri-
um ſanguinem intrauit in ſancta, æterna redem-
ptione inuenta, Hebr.9. Secundo, finitur quotidie
tempus legis in conſcientijs,cum Chriſtus uenit ſpi
ritualiter ad nos, abolens ac damnans legem accu
ſantem conſcientias propter peccatum.Hoc modo
patribus etiam finitum eſt tempus legis ante Chri
ſti aduentum, id eſt,ſunt liberati à maledicto legis
ſpiritualiter per fidem in reuelandum Chriſtum.
Nam per unum eundemq; Chriſtum, liberantur à
lege,iuſtificantur, & ſaluantur omnes credentes
in ipſum, omnibus temporibus, iuxta illud: Ieſus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Chriſtus heri & hodie, idem eſt in ſeculum. **At vbi venit.** *Addit iam modum emancipationis ſpiritualis, ſeu liberationis à lege, quæ facta eſt per Chriſtum, cuius perſonam et officium deſcribit.* **At.** *Quaſi dicat: Sub lege omnes ante Chriſti aduentum, et gratiam Euangelij fuimus captiui, ſed Chriſtus, qui eſt & uerus Deus, & uerus homo, nos à lege eiusq; maledictione liberauit.* **Plenitudo temporis.** *Plenitudinem temporis uocat tẽpus illud præfinitum à patre, ab æterno, in quo filius Dei indueret humanam naturam, et redimeret genus humanũ à peccato, morte, et æterna damnatione, quod factũ eſt anno à mundo condito, 3944. anno imperij Auguſti 42.* **Miſit Deus.** *In græco eſt, ἐξαπέστειλεν, id eſt, emiſit ſeu ablegauit, uidelicet cum mandato docendi et redimendi humanum genus.* **Deus.** *Obſeruandæ ſunt in hoc dicto circumſtãtiæ, Quis miſerit, uidelicet ipſe æternus Deus. Quem miſerit, coæternum ſuum filium conſubſtantialem. Quomodo miſerit, factum ſeu natum è muliere, uidelicet uirgine. Ad quid miſerit, ut redimeret nos à lege, adoptaret in filios, ac donaret nos ſpiritu ſancto, impellente nos ad ueram inuocationem &c.* **Filium ſuum.** *Quis Chriſtus, uerus Deus, quia filius Dei: & uerus homo, quia factus uel natus eſt ex muliere, homo ex homine, abſq; peccato.* **Ex muliere.** *Scilicet Maria uirgine, quam mulierem uocat, propter primã pro-*

promiſsionem, Gene. 3. Semen mulieris conteret caput ſerpentis: & quia, inquit, natum ex muliere, oſtendit natum eſſe non ex maſculo et fœmina, ſed tantum ex fœmineo ſexu ſine commixtione uirili. **Factum ex muliere.** Id eſt, uerè aſſumpſit carnem ſeu humanam naturam ex carne Mariæ, per operationem ſpiritus ſancti, ſicut inquit Symbolum: Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex Maria uirgine. **Factum legi obnoxiũ.** Aliter, factum ſub lege, idq́; dupliciter: primo obedientia, quia legem totam perfectè impleuit. Secundo damnatione, quia pœnam peccati, mortem, horrores eius, & iram Dei propter nos in ſe deriuauit, & ſenſit. **Vt eos.** Officium Chriſti, quod fuit non condere nouam legem poſt Moſen, ſed legem abrogare, redimere credentes in ipſum à maledictione legis. **Qui legi erant obnoxij** Id eſt, damnati uoce legis, ac rei iræ Dei & mortis æternæ propter peccata. Aliter, qui erant ſub lege, hoc eſt, damnati à lege propter reatum & inobedientiam. **A lege.** Id eſt, à damnatione legis, terroribus peccati & mortis, quos lex in conſcientijs excitat et auget. **Redimeret.** Scilicet ſua obedientia erga legem perfecta, quia ipſe filius Dei, cũ eſſet ſine peccato, ideoq́; legi non ſubiectus, uolẽs tamen ſe legi ſubiecit noſtro nomine, ideo ſatisfecit legi, & liberantur à legis maledictione quicunq; obedientiam ſeu impletionẽ Chriſti fide apprehen-

dunt, atq; ſe hoc beneficio filij Dei conſolantur in pauoribus peccati et mortis. In Græco eſt uerbum ἐξαγοράσῃ quod ſonat, ut dato precio, in libertatem aſſereret. Hoc precium ſeu λύτρον redemtionis fuit mors & ſanguis Chriſti, Rom. 3. Ephe. 1. Vt adoptione. Primus fructus ſeu effectus liberationis à lege, adoptio filiorum Dei. Adoptione ius filiorum. Periphraſis est uocis Græce υἱοθεσίας, quæ ad uerbum ſonat, filiationem, ſcilicet diuinam. Eſt autem interpretatus Paulus uoce adoptionis filiorum Dei, benedictionem promiſſam etiam gentibus in dicto, Gene. 22. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes, ſicut in 3. capite appellauit hanc benedictionem iuſtitiam, uitam, promiſsionem ſpiritus ſancti, redemptionē à lege, & hæreditatem uitæ æternæ. Acciperemus. Aliter, reciperemus, uidelicet amiſſum bonum in paradiſo. Acciperemus. Scilicet fide gratis, propter Chriſtum. Quoniam autem. Secundus fructus liberationis à lege, donatio ſpiritus ſancti, quæ primum fructum, adoptionem in filios Dei, neceſſario comitatur. Et ſic argumentatur Apoſtolus à connexis: Filij Dei habent ſpiritum ſanctum. Vos eſtis filij Dei per fidem: Ergo habetis ſpiritum ſanctum. Miſit. Scilicet per prædicationem Euangelij ſeu uerbum uocale. Nam duplex eſt miſsio ſpiritus ſancti: Altera miraculoſa ſeu corporalis, ſicut deſcendit ſpiritus ſanctus ſuper

per Chriſtum ſpecie columbæ, Matthæi 3. & ſuper Apoſtolos & alios credentes, ſpecie ignis, Actorum 1. Hæc miſsio fuit uſitata, & neceſſaria in primitiua Eccleſia, ad confirmationem nouæ doctrinæ de Chriſto. Alia eſt miſsio ſpiritualis, & quotidiana omnium temporum, cum ſpiritus ſanctus mittitur in corda per uerbum, accendens in eis nouam lucem, & nouos ſeu ſpirituales motus &c. Clamantem. Effectus ſpiritus ſancti, uera inuocatio, quæ fiducia filij mediatoris, dirigitur ad Deum, qui eſt pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſtatuens nos reconciliatos eſſe Deo, & certo impetraturos, quæ petimus. Clamantem. Qui adiuuat, accendit & impellit corda ad ſeriam & ardentem inuocationem. Vnde Zachariæ 12. uocatur ſpiritus gratiæ & precũm. Gratiæ, quia certos nos reddit de gratia & fauore Dei. Precum, quia accendit in cordibus ueram inuocationem. Sic etiam inquit ad Romanos 8. Spiritus adiuuat infirmitates noſtras, Nã quid oremus, ut oportet, neſcimus, ſed ipſe ſpiritus intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Abba pater. Hac formula magis affectum ſeu gemitum ſignificat, quàm externam uocem ſeu clamorem, qualis gemitus fuit Moſi, Exo. 14. Eſt autem Abba uox Hebraica, ſeu Syriaca, idem ſignificans, quod pater, & uſus eſt utraq;, propter duplicem Eccleſiam, ex gentibus & Iudæis congregandam,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

quæ etſi diuerſa quidem lingua Deum appellāt patrem, tamen unus et idem eſt gemitus appellantiū Deum ſua lingua, patrem. Itaq; iam. *Epiphonema ſeu cōcluſio, q.d. Quia accepimus ſpiritum ſanctum, qui certos nos reddit de adoptione in filios Dei, & impellit corda noſtra ad ueram Dei inuocationem.* Non eſt. *Scilicet, qui credit in Chriſtum, & habet ſpiritum ſanctum.* Seruus. *Scilicet legis, hoc eſt, legi nō eſt amplius ſubiectus, ſeu lege damnatus.* Sed filius. *Scilicet Dei, id eſt, liberatus à damnatione legis, accipiens fide adoptionem.* Quòd ſi filius. *Colligit ex præcedentibus filios Dei eſſe hæredes uitæ æternæ, hoc modo: Filij ſunt hæredes bonorum patris. Vos eſtis filij Dei adoptione per Chriſtum: Ergo eſtis hæredes Dei, uidelicet uitæ æternæ, non ueſtro quidem merito, ſed quia eſtis filij. Nam non meritum, ſed natiuitas hæreditatem affert.*

OBIECTIONES *tres.*

I. *De duplici aduentu Chriſti.*

Lex ſine Chriſto accuſat & damnat.
Patres habuerunt legem ſine Chriſto, quia Chriſtus nondum exhibitus fuit:
Ergo patres Veteris teſtamenti non ſunt liberati à lege: & per conſequens, omnes damnati ſunt.

RESP.

RESPONSIO.

Duplex eſt aduentus Chriſti: prior corporalis in carnē, in quo legē ipſe impleuit, in ſua perſona pro tota Eccleſia utriuſq; Teſtamenti. Alter eſt ſpiritualis & quotidianus, cùm in ſpiritu uenit ad nos, liberans conſcientias à damnatione legis. Hoc aduentu Chriſti liberati ſunt patres à lege, & ſaluati, quia in Chriſtum uenturum crediderunt, ſicut nos in exhibitum credimus.

II. De liberatione à lege.

Sumus liberati à lege per Chriſtum:
Ergo non eſt neceſſaria obedientia legis.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia plus eſt in conſequente, quàm in antecedente. Nam antecedēs tantum loquitur de liberatione ſpirituali, ſcilicet à maledicto legis, non de obedientia quæ præſtanda eſt, quia immota & perpetua eſt uoluntas Dei, ut ipſi obediamus.

III. De eadem.

Terret lex etiam credentes in Chriſtum:
Ergo à lege non ſunt liberati.

RESPONSIO.

Terret eos quidem lex, ſed terrores legis uincunt per ſpiritum ſanctum, qui nos reddit certos de beneuolentia Dei in Chriſtum.

QVÆ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

QVÆSTIO.

Poteſt homo certus eſſe, vtrum ſit in gratia Dei?

Reſpon. Etiam. *Quia inquit Paulus, ſpiritũ ſanctum mitti in corda credentium, ut certos reddat, ipſos eſſe filios Dei, hoc eſt, placere Deo propter Chriſtum fide, etiamſi peccati reliquiæ maneant in natura, quibus repugnant. Deinde, quid Chriſtus in ſuo ſpiritu eſt certus ſe placere Deo, Ergo & nos debemus eſſe certi, quia ſpiritũ Chriſti habemus.*

IN DIE CIRCVMCISIO- *nis Chriſti, Epiſtola S. Pauli, de abrogata lege, & Chriſtiana libertate, uidelicet à peccato, morte, & tyrannide Satanæ, per fidem in Chriſtum.*

Galat. III.

Tetraſtichon.

Munus erat legis, Chriſtum monſtrare futurum,
Qui mundo uenit conciliare Deum.
Carcere qui legis iacuit concluſus opaco,
Legis hic in Chriſto carcere liber erit.

Argumentum.

Eſt & hæc Epiſtola generis Didactici, nam docet in ea Apoſtolus, ſub lege fuiſſe Iudæos ante Aduentum Chriſti, quaſi carcere incluſos, ſed liberari ab ea per fidem in Chriſtum exhibitum, et ſu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

iſſe legem quaſi pædagogum ducentem ad Chriſtum, ut per fidem in ipſum liberentur à legis execratione, & iuſtificentur omnes quicunq; credunt in Chriſtum, & inſeruntur per Baptiſmum Eccleſiæ, & fiunt membra Chriſti, ſemen Abrahæ, et hæredes uitæ æternæ etiam gentes, abſq; obſeruatione legis, iuxta promiſſionem Gene. 22. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes, hoc eſt, accipient gratis fide remiſſionem peccatorum, iuſtitiam, & uitam æternam, propter Chriſtum.

EPISTOLA, *Galat. 3.*

ANtequam veniſſet fides, ſub lege cuſtodiebamur, concluſi in eam fidem quæ erat reuelanda. Itaq; lex pædagogus noſter fuit ad Chriſtum, vt ex fide iuſtificaremur. At poſtquam venit fides, non amplius ſub pædagogo ſumus, omnes enim filij Dei eſtis, eò q credidiſtis Chriſto Ieſu. Nã quicunq; baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Non eſt Iudæus, neq; Græcus, non ſeruus, neq; liber, non eſt maſculus ac fœmina. Omnes enim vos unus eſtis in Chriſto Ieſu. Quòd ſi vos eſtis Chriſti, igitur Abrahæ ſemen eſtis, & iuxta promiſſionem hæredes.

Oeconomia ſeu cohærentia huius textus, cum ſuperiore.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Confirmat Paulus in 3.capite ad Galatas hanc propoſitionem: Iuſtificamur gratis per fidem,ſine operibus legis,propter Chriſtum. Obijci hic poterat Apoſtolo:Ergo lex inutilis eſt, & non neceſſaria. Hanc obiectionem ut diluat,inſtituit diſſerere de utilitate legis, & dixit ſuprà,additam eſſe promiſsionem propter transgreſsiones, hoc eſt, ut oſtenderet peccatum & eius pœnam. Sicut ad Rom.3. Per legem eſt agnitio peccati. Nunc addit aliam utilitatem ſeu cauſam promulgatæ legis, uidelicet,ut ea tanquam carcere incluſi Iudæi expectarent tanto ardentius aduentum Chriſti, promiſsi liberatoris, ad quem ipſa lex tanquam pædagogus Iudæos perduxit, ut per ipſum conſequerentur promiſſam benedictionem Abrahæ. Exhibito igitur iam Chriſto, diſputat abrogatam eſſe legem ceremonialem totã,& moralem etiam, quantum ad damnationem attinet.

EXPLICATIO TEXTVS.

Antequam veniſſet. De ſecundo uſu legis, qui eſt, ut ſub ea Iudæi cuſtodirentur tanquam in carcere, nõ quidem perpetuó,ſed uſq; ad Chriſtũ, ſeu tempus Euãgelij & gratiæ,quod cum iam aduenerit,Iudæi ſunt liberati à lege, Ergo nec gẽtes ea ſunt onerandæ. Antequam. Id eſt,ante aduentum Chriſti in carnem, ſeu promulgationem Euangelij. Fides. Id eſt,Euangeliũ,ſeu promiſsio

de uenturo Chriſto,requirens in ipſum fidem, qua liberantur à lege, & eius maledicto. Sub lege cuſtodiebamur. Id eſt, ſub legis execratione & damnatione, nam lex omnes ad obedientiam obligat,et inobedientibus cōminatur æternas pœnas Concluſi. Id eſt,detenti,tanq̃ in carcere,repugnantes et inuiti,quia legi nemo uolens obedit, & natura odimus deum,exigentem quæ carni diſplicent. Sicut inquit ipſe de ſe Paulus Rom.7. Inuenio aliam legem in membris meis,repugnantem legi mentis meæ. In eam fidem. Id eſt,uſq; ad illud tempus, quo Chriſtus eſt exhibitus, per quem à lege ſumus liberati. Quæ erat reuelanda. Duplex eſt reuelatio fidei ſeu aduētus Chriſti:Corporalis, quo ſemel uenit in mundum,implens legē & annuncians ipſe remiſsionem peccatorum. Altera,cum quotidie ſpiritualiter uenit Chriſtus, & reuelatur fides,hoc eſt,accēditur in cordibus perterrefactis agnitione peccati, & mortis metu, & tantiſper ſub lege ſumus ſpiritualiter,terrente & condemnante nos, donec fides reuelatur nobis, id eſt, credimus nobis remitti peccata gratis fide propter Chriſtum. Itaq; lex. Altera ſimilitudo de pædagogo, qua priorem de carcere quaſi explicat. Eſt autem ſententia, ꝙ, ſicut pædagogus puerum docet & coercet, ita etiam lex cohibet nos & perducit ad Chriſtum,non legiſlatorem,ſed ſaluatorem noſtrum,ut fide in ipſum iuſtificemur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Lex fuit pædagogus. Id eſt, ducit nos ad Chriſtum ſua damnatione, quam nobis oſtendit pro pter tranſgreſsionẽ legis. Vt ex fide. Id eſt, pro pter Chriſtum, in quẽ credimus. Nam eſt fides cer ta fiducia apprehendens Chriſtum, qui eſt finis le gis, ad iuſtificationem omni credenti. Iuſtifica remur. Id eſt, iuſti reputaremur à Deo propter Chriſtum gratis, etiamſi in nobis hæreãt reliquiæ peccati, & legi non perfectè ſatisfaciamus. At poſtquam. Argumentatur à præſentia ſeu ad uentu Chriſti abrogatam eſſe legem, quia præſens iam adſit Chriſtus, ad quem lex tanquam pædago gus, Iudæos perduxit. Poſtquam venit. Quia tempus exhibiti Meſsiæ adeſt, & promulgationis Euangelij & gratiæ Dei, etiã inter gentes. Non amplius ſub pædagogo. Id eſt, ſub lege co ercente & flagellante conſcientias, ſicut pædago gus pueros. Lex non amplius damnat credentes in Chriſtum, qui nos à legis maledictione redemit. Omnes enim. Aetiologia præcedentis ſenten tiæ de ſublato pædagogo, id eſt, abrogata lege per fidem, ſumpta ab effectu fidei, uidelicet adoptio nis. Nam hoc modo argumentatur: Filius iam adul tus non amplius eſt ſub pædagogo. Vos eſtis iam fi lij Dei. Ratio: Quia crediðiſtis Chriſto. Ergo non eſtis amplius ſub pædagogo, id eſt, lege damnante. Omnes. Scilicet uos, qui antè eratis filij iræ & Diaboli. Omnes. Tam Græci quàm Iudæi.

Nam non eſt diſtinctio, quia omnes peccauerunt,
et iuſtificantur gratis per miſericordiam Dei, Ro
ma.3. Eſtis filij. Adoptione dilecti propter dile
ctum, Ephe.1. per fidem omnium bonorum Dei co
hæredes cum Chriſto. Eo quòd. Id eſt, per fi-
dem in Chriſtum, non per legem. Credidiſtis
Chriſto. Id eſt, certo ſtatuitis uos eſſe filios Dei,
& placere Deo gratis propter Chriſtum. In Ie-
ſu Chriſto. Id eſt, propter Ieſum Chriſtum. Er-
go filios Dei non facit lex, neq; traditiones huma-
næ, ſed fides in Chriſtum. Sicut dicitur Ioan.1. De-
dit poteſtatem filios Dei fieri his, qui credũt. Nã
quicunq;. Ratio præcedentis dicti uniuerſalis,
omnes eſſe filios Dei per fidem in Chriſtum, et Iu-
dæos & Græcos, ſine ullo perſonarum reſpectu.
Quicunq;. Siue Græci ſiue Iudæi, nam benefi-
cia Chriſti ad omnes pertinent. Baptizati. Id eſt
qui per baptiſmum inſerti eſtis Eccleſiæ Dei, et fa
cti membra Chriſti. Eſt hic locus obſeruandus de
dignitate & efficacia baptiſmi, qui non ſolum eſt
nota profeßiõis, ſed ſignum gratiæ Dei, qua rege
neramur & efficimur membra Chriſti. Chri-
ſtum induiſtis. Induimus Chriſtum dupliciter:
natiuitate, ſeu noua creatione, cum eius iuſtitiam,
ſapientiam, & innocentiam apprehendimus fide,
quibus tanquam ornatu ſpirituali conſiſtimus in
cõſpectu Dei. Secundo imitatione, cum Chriſti ex-
emplum imitamur, patientiæ, lenitatis, charitatis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

& aliarum uirtutum. Vt ad Romanos 13. Induami ni Ieſum Chriſtum, id eſt, imitamini eius exemplũ, et uirtutes. De priori indumento hic loquitur Apoſtolus. Induiſtis. Id eſt, fide in Chriſtum eſtis facti filij Dei, ornati ipſius iuſtitia, et innocentia. Non eſt Iudæus. Congeries perſonarum & graduum ſeu officiorum uitæ, qua oſtendit nullum prorſus eſſe diſcrimen, aut reſpectum perſonarum apud Deum, ſed omnibus pariter afferri ſalutem propter Chriſtum gratis per fidem, ſine operibus legis, & quibuſcunq; officijs uitæ. Non eſt Iudæus. Nihil cõferunt ad ſalutem opera legis, ſeu obſeruatio circunciſionis aut aliorum cultuum, q in lege præcepti ſunt. Non Græcus. Id eſt, nõ gentium ſapientia ſeu iuſtitia. Non ſeruus. Id eſt, non ſerui oedientia & fidelitas in ſeruiendo. Non liber. Id eſt, non hominis liberi gubernatio, uel publica uel priuata. Non maſculus. Id eſt, non uiri officia & uirtutes. Neq; fœmina. Id eſt, non uxoris caſtitas, obedientia erga maritum, & diligentia adminiſtrandi domum. Quaſi dicat Apoſtolus: Non hæc aut ulla alia opera & iuſtitia iuſtificant hominem, non liberant à peccato, aut morte, quia ſunt imperfecta & immunda, ſed tantũ fides apprehendens Chriſtum, et eius merita. Omnes enim. Ratio præcedentis ſententiæ, ſumpta ab æqualitate ſeu communione bonorũ Chriſti, pertinentium pariter ad omnes, qui ea per

fidem

fidem apprehendunt. Omnes, Iudæi & Græci, ſerui & liberi, maſculi & fœminæ, omnesq́; alij cuiuſcunq; ſunt uel ordinis, uel conditionis, uel ætatis. Vnus eſtis. Id eſt, eadem habetis dona in Chriſto per fidem, ſine ulla perſonarum diſtinctione, unum ſpiritum, unam ſpem uocatiōis omnium, unum et idem Euangelium, unam fidem, unum Baptiſma, unum Deum et patrem omnium, unū Chriſtum, dominū omnium, ut inquit Paulus Epheſ. 4. In Chriſto Ieſu. Hoc addit, ut diſcernat regnū Chriſti et mundi, in quo ſunt officiorum et perſonarum diſtinctiones, ſeu diuerſi ordines dignitatum ac graduum, ſine quibus ſocietas humana conſeruari non poteſt. In Chriſto Ieſu. Id eſt, in regno Chriſti, et communicatione beneficiorū eius quæ æquè ad omnes pertinent. Quòd ſi. Ex præcedentibus ratiocinando infert, non ſolum Iudæos, ſed etiam gentes eſſe ſemen Abrahæ, id eſt, poſteritatem in Chriſto, et pertinere ad gentes quoq; benedictionem ſpiritualem, promiſſam Iudæis in ſemine Abrahæ, hoc eſt, in Chriſto, Gene. 22. Et ſic argumentatur: Quicunq; credunt in Chriſtum, ſunt ſemen Abrahæ, qui pater eſt omnium credentium. Vos gentes creditis in Chriſtum: Ergo eſtis ſemen Abrahæ, & per conſequens, eſtis hæredes uitæ æternæ, et aliorum bonorum ſpiritualium Dei, quæ promiſſa ſunt Abrahæ, & eius poſteris, quia & uos incluſi eſtis promiſſioni: In ſemine tuo benedi-

centur omnes gẽtes. Quòd ſi vos. Id eſt, Quia benedictionem promiſſam in Chriſto, & uos accipitis fide, qua filij facti eſtis. Abrahæ ſemen. Filij ſpirituales Abrahæ, ſeu poſteri, etiamſi iuxta carnem non eſtis ab Abraham prognati. Hæredes. Id eſt, participes unà cum Iudæis promiſſæ benedictionis, hoc eſt, iuſtitiæ, & uitæ æternæ. Iuxta promiſsionem. Geneſ. 22. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes: non ſolum Iudæi circumciſi, hoc eſt, ſeruãtes legem Moſi, ſed etiam gentes. Diſputantur autem hæc omnia ab Apoſtolo, ut probet, contra pſeudapoſtolos, generalem totius Epiſtolæ propoſitionem, Non eſſe neceſſariam circumciſionem, ſeu obſeruationem cultuum legis Moſaicæ, ad conſequendam uitam æternam, Quia omnes ſint hæredes & filij Dei, qui credunt in Chriſtum, ſiue gentes ſiue Iudæi.

OBIECTIONES *tres.*

I. De lege.

Lex non eſt iuſtis poſita, 1. ad Timotheum 1.

Chriſtiani ſunt iuſti:

Ergo lex non obligat Chriſtianos: & per conſequens, ſumus etiam liberati ab obedientia Decalogi, & omnibus legibus.

RESP.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia maior loquitur de iuſtis, hoc eſt, iuſtificatis per fidem, qui primum liberi ſunt à lege, hoc eſt, terroribus legis. Deinde ſpiritus ſanctus impellit eos ad uoluntariam obedientiam, ad quam alij pœnis cogendi ſunt. Deinde reſpondeo ad minorem, Chriſtiani ſunt iuſti, ſcilicet imputatione, ſed quia adhuc hæret in illis peccatum, opus habent & ipſi inſtitutione & diſciplina ad carnem coercendam.

II. De gradibus perſonarum in mundo.

Omnes ſumus vnum in Chriſto Ieſu, ut inquit Paulus: Non eſt Iudæus, neq; Græcus:

Ergo nulli erunt gradus, aut perſonarum diſtinctiones inter homines.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia Paulus loquitur de æqualitate ſpirituali, ſeu communicatione bonorum Chriſti, quæ pariter ad omnes pertinent, non de gradibus ſeu diſtinctionibus perſonarum in mundo.

III. Anabaptiſtarum contra efficaciam Baptiſmi.

Res externa ſeu corporalis non confert ſpiritum ſanctum, neque ef-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ficax eſt in cordibus.

Baptiſmus eſt res externa ſeu corporalis, quia eſt aqua:

Ergo baptiſmus non confert ſpiritum ſanctum, neq; eſt efficax in mentibus.

RESPONSIO.

Nego maiorem. Quia baptiſmus non ſolum eſt aqua, ſed aqua promißionem et mādatum Dei adiunctum habens, Vnde Paulus uocat lauacrum regenerationis, ad Titum 3. Et hic ait, Chriſtum indui in Baptiſmo, hoc eſt, omnia eius beneficia conferri baptiſatis, iuſtitiam, innocentiam, ſpiritum ſanctum, & uitam æternam &c.

IN EPIPHANIIS DOMINI, *Epiſtola Eſaiæ, de Eccleſia colligenda ex Iudæis & gentibus per prædicationem Euangelij in toto mundo,*

Cap. LX.

Tetraſtichon.

Surge, uenit, Solyma, tua lux & gloria Chriſtus.
Fulgida ſis, tanto lumine clara tuo.
Ecce, tuæ conſors populus uenit, aſpice, lucis,
In tenebris cæcus, qui modo mortis erat.

Argumentum.

Vaticinatur hic propheta Eſaias de regno

Chriſti,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Chriſti, ſeu Eccleſia cõgreganda per miniſterium ſeu prædicationem Euangelij (quam lucem appellat) tum ex Iudæis, tum ex gentibus tempore exhibiti Chriſti & Apoſtolorum. Inprimis autem hortatur populum Iudaicum, cui Chriſtus promiſſus fuit, ut hunc ſuum redemptorem tot annis expectatum, præſentem iam obuijs (ut dicitur) ulnis ſuſcipiant, & amplectantur eius doctrinam, per quam conſequentur ueram Dei cognitionem, remiſſionem peccatorum, & uitam æternam. Deinde oſtendit amplitudinem Eccleſiæ Chriſti, q̧ etiam gentes ex omnibus regionibus terræ adiungent ſe Eccleſiæ Chriſti, & crediture ſunt Euangelio, unde & ipſæ, quæ antea in tenebris ſederunt peccati & mortis, conſequentur notitiam ueri Dei, inuocabunt Deum, & celebrabunt miſericordiam eius, qua motus eſt Deus, ut etiam gẽtes ad regnum ſui filij uocarit.

EPISTOLA, Eſaiæ 60.

SVrge, illuminare Hieruſalem, quia venit lux tua, & gloria Domini ſuper te orta eſt. Quia ecce tenebrę operient terram, & caligo populos: ſuper te autem orietur Dominus, & gloria eius ſuper te videbitur. Et ambulabũt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui. Tolle in circuitu ocu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

los tuos, & vide: omnes iſti congregati ſunt, & venerunt ad te. Filij tui à longinquo venient, & filiæ tuæ ad latus portabuntur. Tunc videbis & illuſtraberis, & mirabitur ac dilatabitur cor tuum, quũ conuerſa fuerit ad te multitudo maris, potentia gentium venerit tibi. Abundantia camelorũ operiet te, cameli minores Madian & Epha. Omnes de Saba veniẽt, aurum & argentum, & thus portabunt, & laudes Domini annunciabunt.

EXPLICATIO TEXTVS.

Surge. *Propoſitio exhortationis. Quæ hactenus ſediſti oppreſſa in mœrore & tenebris, exurge, libera à peccato, morte & tyrannide Satanæ, à quibus te Chriſtus lux tua & redemptor redemit.* Illuminare. *Duplex beneficium commemorat: Prius conſolationis & defenſionis in mœrore & afflictionibus: Alterum illuminationis in tenebris, hoc eſt, ignorantia Dei & eius uoluntatis, per Euangeliũ.* Illuminare. *Id eſt, ſis fulgida ac clara, apprehẽde Euangelium tibi oblatum, per quod illuminaberis, hoc eſt, conſequeris illuſtrem & ſalutarem notitiã Dei, & eius uoluntatis in Chriſto.* Hieruſalem. *Alloquitur primum Eccleſiam Iudaicam, quæ collecta eſt Hieroſolymis per Chriſtũ*

&

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

et Apoſtolos, ubi prædicatio Euangelij primum inchoata eſt, et promulgata poſtea in uniuerſum mūdum, Sicut inquit Chriſtus Ioan. 4. Salus ex Iudæis eſt. Conſolatur igitur propheta Apoſtolos, & eorum auditores, qui cœtus exiguus et contemptus initio exorientis Euāgelij fuit, ne de ſucceſſu, propagatione, & conſeruatione Eccleſiæ dubitent. Quia venit. Aetiologia exhortationis ſeu cōſolationis, à præſentia Chriſti, & eius Euangelij ſeu doctrinæ. Nam utrunq; lumen ſeu lucem uocat, ab effectu ſeu officio: Chriſtū, iuxta illud Ioan. 1. Chriſtus ſeu λόγος erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Euangelium, iuxta illud 1. Pet. 2. Qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen ſuum. Venit. Scilicet ultro, ex gratia, ſine tuis meritis. Tua. Emphaſin habet pronomen Tua, ſignificans primum Chriſtum Iudæis propriè promiſſum fuiſſe. Deinde, ꝙ uera Eccleſia lumen Euangelij ſola amplectitur, & ſequitur, per illud Deum eiusq́; uoluntatem cognoſcens, quam alij, contempto Chriſto & uerbo eius, ſcrutari conantur humana ratione. Gloria Domini. Gloriam Domini uocat res glorioſas, quibus ornatur Eccleſia, ut ſunt, remiſsio peccatorum, iuſtitia, & uita æterna, ita mirabilis liberatio & defenſio Eccleſiæ, propter quæ ingentia & æterna beneficia Eccleſia celebrat Deum, & agit ei gratias. Super te orta eſt. Sumpſit

Prophe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Propheta allegoriam à ſole oriente, cui Chriſtum et Euangelium comparat, propter effectum, hoc eſt, illuminationem. Orta eſt. Id eſt, ultro ad te uenit Dominus, te exaudit, recipit & liberat glorioſè. Quia ecce. Amplificat gloriam & felicitatem ueræ Eccleſiæ per collationem. Q. d. Omnes aliæ gentes, præter te, denſiſſimis ignorantiæ tenebris ſunt oppreſſæ, carentes uera Dei cognitione, inuocatione, & ueris cultibus, quia Chriſtum & eius Euangelium non habent. Sicut inquit Paulus de gentibus, Ephe. 2. Eratis illo tempore ſine Chriſto, alienati à conuerſatione Iſrael, & hoſpites teſtamentorum promiſſionis, ſpem non habentes, & uiuentes ſine Deo in hoc mundo. Nunc autem in Chriſto Ieſu, qui aliquando eratis longè, facti eſtis propè in ſanguine Chriſti. Item cap. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: ut filij lucis ambulate, probātes, quid ſit beneplacitum Deo. Tenebræ & caligo. Id eſt, ignorātia & cæcitas mentis, quæ Deum ſine Chriſto non uere agnoſcit, inuocat & colit. Sicut inquit Chriſtus, Matth. 11. Nemo nouit patrem, niſi filius, & cui filius reuelare uoluerit. Terram & populos. Id eſt, totū genus humanum, præter Eccleſiā. Eſt igitur generalis concio pœnitentiæ, accuſans oēs homines impietatis, ignorantiæ & contēptus Dei &c. Super te autem Dominus orietur. Id eſt, Meſſias ex te naſcetur, te defendet et exau

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

dicet. Et gloria. Id eſt, glorioſæ liberationes in te edentur à Meßia, contra peccatum, mortem et infernum, de quibus et in ſua perſona, et in Eccleſia ſeu membris triumphauit glorioſè et mirabiliter. Et ambulabunt. Altera pars Prophetiæ de uocatione gentium ad regnum Chriſti, et communicationem beneficiorum eius per prædicationẽ Euangelij cum Eccleſia dei, quæ ex Iudæis colligetur per Apoſtolos. Ambulabunt. Id eſt, cõſequentur ex prædicatione Euangelij ueram notitiã Dei, liberabuntur ex tenebris ſeu ignorãtia ſpirituali. In lumine tuo. Id eſt, in Chriſto et doctrina eius ſeu Euangelio, unde cognitionem Dei ueram et ſalutarem conſequentur, qua caruerunt antea colentes idola, Ephe. 2. Tuo. Id eſt, quod tibi fuit promiſſum, & quod tu ſola ſequeris. Leua oculos. Alloquitur iterum Propheta Apoſtolos et Eccleſiam eorum collectam ex Iudæis, quæ initio ualde exigua fuit, & quaſi ante oculos poſitas uideat regiones, ex quibus multitudo gentium utriuſq; ſexus conueniet, & amplificabitur Eccleſia, demonſtrat eas Apoſtolis, & conſolatur, ne deſperent aut dubitent de amplificatione ſui cœtus. Leua. Id eſt, ſuſpice circumquaq; ad omnes partes ſeu regiones mundi, ex quibus ſe multi adiungent ueræ Eccleſiæ. Congregati ſunt & venerunt. Id eſt, futura eſt una Eccleſia ſeu cœtus credentium ex Iudæis & gentibus. Cõgregati ſunt.

Scilicet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Scilicet eadem uoluntate & fide, etiamſi diuerſis locis habitent De longe. Explicatio per circũſtantiam loci et perſonarum, ꝙ ex remotiſsimis regionibus, et utriuſq; hominis ſexus, uiri et fœminæ, ueræ Eccleſiæ ſeſe adiungent, neq; enim eſt diſtinctio, ut Paulus inquit: Nõ eſt Iudæus, neq; Græcus, neq; maſculus, neq; fœmella, Rom. 1. & Galat. 3. De latere. Id eſt, ab omni parte ad te confluent. Tunc videbis. De ſpirituali lætitia propter gentium multitudinem, quæ accedet ad Eccleſiam, & ſaluabitur. Afflues. Deſcriptio gaudij ſeu lætitiæ, de amplificata Eccleſia ex gentibus. Afflues. Id eſt, ſatiaberis, iuxta illud: Beati, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Mirabitur. Id eſt, miraberis tantum, tã breui tempore, numerum ſola prædicatione Euangelij acceſsiſſe Eccleſiæ ex gentibus idololatris. Dilatabitur. Id eſt, effundet ſe in lætitiam contrictum antea mœrore. Quando. Cauſa gaudij ſpiritualis. Ad te. Id eſt, Apoſtolos, et Eccleſiam eorum, quæ initio exigua et contempta fuit Multitudo maris. Multitudinem maris uocat multitudinem gentium, quæ colunt maritima loca, ad Occidentem, & inſulas maris Mediterranei. Multitudo maris. Id eſt, populorum habitantium iuxta mare Mediterraneum, & in eius medio, id eſt, inſulis. Fortitudo. Id eſt, potentia. Eſt expoſitio eius, quod ſuprà dixit: Venerunt tibi, id

eſt,cum adiungent ſe cœtui tuo contempto & exi
guo,per prædicationem Euangelij. Inundatio
camelorum. Hactenus dixit de gentibus occi-
dentalibus & mediterraneis, iam uaticinatur de
gentibus,quæ habitant in Oriente,quas per Midi-
an,Epha & Saba intelligit. Inundatio. Id eſt,
abundantia,copia Camelorum. Animalium,
quibus utuntur populi orientales in portandis ſar
cinis. Dromedarij. Animalia miræ uelocita-
tis,quos Hebræi minores camelos uocant. Midi-
an. Midian filius fuit Abrahæ ex Cetura. Epha
eius nepos ex Madian, quibus Abraham plagam
orientalem habitandam aßignauit,Geneſ.25.Vn-
de hic per Metonymiam accipiuntur à propheta
pro regionibus orientalibus,ſeu populis. Lutherus
per Madian intelligit mare rubrum,per Epha A-
rabiam felicem. Omnes de Saba. Erat & Sa
ba nepos Abrahæ ex Iexan filio,qui partem orien
talem dextram incoluit, pro qua & poſteris eius
accipitur. Nominat autem præcipuè filios & ne-
potes Abrahæ, propter promißionē ipſi factam de
ſemine Chriſto, in quo omnes gentes benedicendæ
erant,Gene.22. Aurum & thus. De gratitu-
dine gentium erga Eccleſiam, quam primum mu-
neribus ſuæ terræ,ſicut Magi Matthæi 2.declara-
bunt Eſt enim fides operoſa & efficax per chari-
tatem, Deinde celebratione bonitatis Dei,ut glo-
ria eius innoteſcat, & Eccleſia propagetur apud
multos.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

multos. Deferentes aurum. Ex Arabia. Thus. Ex Saba, quæ thure optimo abundat, ſicut auro Arabia felix. Laudem Domino. Id eſt, celebrabunt miſericordiam & bonitatem Dei immenſam, q͂ non ſolum filium miſit redemptorem Iudæis, ſed etiam gentes, quæ antea in mũdo ſine Deo uixerant, Ephe. 2. ad regnum ſui filij uocauit per prædicationem Euangelij.

OBIECTIONES tres.

I. De regno Chriſti.

Prophetæ loquuntur de regno corporali Meſsiæ:

Ergo hæc prophetia Eſaiæ non pertinet ad Apoſtolos, ſeu eorum Eccleſiam, ſeu Hieruſalem ſpiritualem, ſed terrenam. Antecedens probo: quia inquit alibi, Meßiam ſeſſurum eſſe ſuper ſolium Dauid. Erat autem regnum Dauidis corporale.

RESPONSIO.

Vtuntur Prophetæ figuris ſumptis de regnis mundanis, ut regnum Chriſti, eius maieſtatem & beneficia depingant. Eſſe autem regnum Chriſti ſpirituale, hinc probatur: quia eſt æternum. Sicut inquit Angelus, Lucæ 1. Et regni eius non erit finis. Morietur igitur Meßias, & reſurget, ut regnet perpetuo.

II. De

II. De Circumciſione.

Voluntas Dei eſt immutabilis.
Circumciſio eſt voluntas Dei.
Exod. 17.
Ergo circumciſio eſt immutabilis, nec recipi debent gentes ad Eccleſiam, niſi circumciſæ.

Reſpondeo ad maiorem: Voluntas Dei eſt immutabilis in ijs, quibus ipſe finem non præſcripſit, nec aliud determinauit. De circumciſione autem uoluntas Dei eſt mutabilis, quia ipſe finem conſtituit circumciſioni, & alijs ritibus Leuiticis. Iuxta illud: Lex uſq; ad Ioannem.

III. De dictis uniuerſaliter, reſtringendis ad ſpeciem.

Non omnes de Saba venerunt. Iuxta illud: Non omnes obediunt Euangelio.
Ergo hæc prophetia non eſt vera.

RESPONSIO.

Eſt fallacia conſequentis, quia uniuerſalis reſtringenda eſt ad particularem, per Synecdochen, ſicut illa: Tota Iudæa ad Ioannem egreſſa eſt. Item: Tota urbs Hieroſolymorum perturbata eſt cum Herode, id eſt, magna ſeu præcipua pars.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

DOMINICA PRIMA

poſt Epiphania Domini, Epiſtola S. Pauli de ſpiri tuali cultu Chriſtianorum, ſeu nouitate uitæ. Romanos XII.

Tetraſtichon.

Quem gnati meritis iuſtum clementia patris
Reddidit, eſt gratus pro bonitate fide.
Nanq; Deo cultus offert pietate placentes,
Et præſtat fratri, quæ tulit ipſe bona.

Argumentum.

Adhortatur in hac Epiſtola Apoſtolus, iuſtificatos ſeu reconciliatos Deo gratis per fidem, primum ad ſpiritualem cultum, qui eſt obedientia totius legis, et patientia in afflictionibus, quibus offerimus corpora noſtra Deo, mortificantes concupiſcentias, quæ militant cõtra ſpiritum. Deinde hortatur ad modeſtiam et humilitatem, monens, ne qui donis excellunt, inferiores præ ſe contemnant, ſed illis utantur ad utilitatem Eccleſiæ. Tertio hortatur ad mutuam communicationem officiorum, propter quam Deus uaria impartitur dona ſingulis, quod oſtendit ſimilitudine ſumpta à mẽbris in uno corpore, quorum ut diuerſæ ſunt actiones, & miniſteria ad mutuam inter ſe conſeruationem ordinata, ita etiam alius prodeſſe alijs debet ſuo dono, ad conſeruandam pacem & tranquillitatem in Eccleſia, & ſocietate uitæ humanæ, ut in ea De-

us re-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ut rectè agnoſcatur & celebretur.

EPISTOLA, Rom. 12.

OBſecro vos, fratres, per miſerationes Dei, vt præbeatis corpora veſtra, hoſtiam viuentem, ſanctam, acceptam Deo, rationalem cultum veſtrũ. Et ne accõmodetis vos ad figuram ſeculi huius, ſed transformemini per renouationem mẽtis veſtrę, vt probetis quę ſit volũtas Dei, quod bonum eſt, acceptumq́ꝫ & perfectum. Dico enim per gratiam, quę data eſt mihi, cuilibet verſanti inter vos, ne quis arroganter de ſe ſentiat, ſuprà q̃ oportet de ſe ſentire, ſed ita ſentiat, vt modeſtus ſit & ſobrius, vt cuiq; Deus partitus eſt menſurã fidei. Quemadmodũ enim in vno corpore membra multa habemus, mẽbra verò omnia nõ eundem habent actum, ſic multi vnũ corpus ſumus in Chriſto, ſingulatim autem alij aliorum membra, ſed tamen habentes dona, iuxta gratiam datam nobis, varia.

Cohærentia huius textus cum ſuperiore parte Epiſtolæ ad Romanos.

Orditur hic Paulus præcepta ſeu exhortationẽ ad nouitatem uitæ, ſeu ſtudium ac diligentiã bono

rum operũ, quæ ſequi tanq̃ fructus iuſtitiam fidei debent, quam in præcedentibus undecim capitibus copioſè tractauit, ꝙ ſcilicet gratis iuſtificamur, hoc eſt, iuſti reputamur & accepti ſumus Deo fide propter Chriſtum, ſine impletione legis. Hæc doctrina præcipua & propria eſt Euangelij, quæ tribuit Chriſto debitum honorem, et conſolatur et reddit tranquillas conſcientias in pauoribus peccati & mortis. Nunc autem quia fides eſt efficax per bona opera, addit præcepta de inchoanda obedientia, ut ſciant reconciliati fide, quæ opera præſtare debeant, & quomodo placeat obedientia Deo, ſcilicet cum perſona eſt reconciliata fide. Cæterum in duodecimo hoc capite tradit præcepta ἠθικά, quorum alijs monet, quomodo priuatos mores regere debeamus: alijs, quomodo conuerſari cum hominibus in ciuili ſocietate. In decimo tertio tradit politica de obedientia erga magiſtratus. In decimoquarto Eccleſiaſtica ſeu ſacra de ceremonijs ſeu ritibus externis Eccleſiæ.

EXPLICATIO TEXTVS.

Obſecro. Primum præceptum ſeu parænesſis de operibus ſeu cultib. quos proprie deo præſtare debemus, ad propagationem eius gloriæ, et agnitionem uoluntatis eius perfectam cõparandam. Itẽ ad tolerandas afflictiones, et coërcendos prauos affectus, ſeu concupiſcentias carnis. Obſecro vos. Obteſtatio, qua admonitionis grauitatem & neceßita-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

neceßitatē indicat, item officiū Apoſtolicum quod
non eſt imperare crudeliter, ſed obſecrare et admo
nere cum manſuetudine animi, et ſignificatione be
neuolentiæ ac fauoris. Fratres. Fratres uocat o=
mnes credētes in Chriſtum, utpote filios æterni pa
tris, et eiuſdē hæreditatis participes in Chriſto Ie=
ſu. Conciliat aūt hac appellatione beneuolentiam.
Propter miſerationes Dei. Id eſt, miſericor
diam et gratiam, qua Deus nos ad uitam æternam
prædeſtinauit, uocauit, et iuſtificauit gratis pro=
pter filium: ꝑ hoc ſummo beneficio poſtulat Deus
hanc gratitudinem, ut corpora noſtra exhibeamus
hoſtias etc. Docet aūt Paulus hic efficacißimā eſſe
adhortationem ad bona opera præſtanda, quæ ſu=
mitur ab exemplo miſericordiæ et dilectionis Dei
erga nos. Sic et Chriſtus Lu. 6. inquit: Eſtote miſe=
ricordes, ſicut et pater ueſter miſericors eſt &c.
Vt prębeatis. Propoſitio exhortationis. Eſt
aūt ordo: Obſecro ut præbeatis rationalem ueſtrū
cultum, corpora ueſtra, hoſtiam uiuentē. Prębea
tis corp. veſt. Hic nominat cultum, et deſcribit
qualis eſſe debeat, ſcilicet rationalis, hoc eſt, per
quē ipſe deus agnoſcitur, apprehēditur, et colitur,
ut ſunt timor et fiducia Dei, cōfeßio in cruce, ſeu
tolerantia. Et pertinēt hæc opera ſeu cultus ad pri
orem tabulam Decalogi. Hoſtiā. Id eſt, ut ſint de
ſtinata ad mortem, et tolerantiā in confeßione ue
ræ doctrinæ, et ad mortificationem prauorū affe=

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ctuū. Reſpexit autem ad hoſtias ueteris teſtamentī abrogatas, quæ unū Chriſti ſacrificium adumbrarunt: et ſpirituales hoſtias populi Noui teſtamēti, quæ ſunt teſtimonia et ſigna fidei coram mundo, quibus alij etiam ad credendū inuitantur. Sunt autem duplicia ſacrificia, ἱλαστικὸν, id eſt, propiciatorium unicū, uidelicet mors Chriſti, quæ alijs meretur remiſſionē peccatorum, et recōciliationem: Et εὐχαριστικὰ, id eſt, gratiarum actiones, qualia ſacrificia ſunt omnia opera reconciliatorum, quibus fidem ſuā teſtantur, agunt gratias deo, et alios inuitant ad amplectendum Euangelium, ſuo exemplo. Hinc D. Petrus credētes uocat ſacerdotes, inquiens, 1. Pet. 2. Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus qui in lucrum acceſſit, ut uirtutes prædicetis illius, qui è tenebris uos uocauit in admirabilem ſuā lucem. Itē, Sacerdotium eſtis ſanctum, ut offeratis ſpirituales hoſtias acceptas deo per Ieſum Chriſtum. **Corpora veſtra.** Id eſt, uos ipſos non pecudes, ut in Veteri teſtamento. **Viuentem.** Id eſt, in qua concipiatis fidem, et uiuificationem per ſpiritum ſanctum. **Sanctam.** Quæ ſit deſtinata ad uſum Dei, hoc eſt, ad gloriam eius propagandam. Nam ſanctum uocatur, quod ad uſum dei deſtinatū eſt. **Placentem Deo.** Id eſt, quam hoſtiam, uidelicet confeſſionem ueſtram, tolerantiam in cruce, et cæteros cultus, ſtatuatis placere Deo per miſericordiam fi-

de propter Chriſtum, nõ propter propriam operis dignitatẽ,ſeu,ut uocãt,ex opere operato. Ratio nalem. Id eſt,cultũ mentis ueſtræ,quo agnoſcitis et colitis deũ mente,iuxta eius uerbũ,timore et fiducia. Et ne. Dehortatio à mundanis concupiſcẽtijs,qua præcedens præceptum de hoſtijs ſpiritualibus explicat,per contrariũ. Ne accõmodetis. Id eſt,ne imitemini mundanorum hominũ uitia,cõtra utranq; tabulam : contra primam, ignorantiã et contemptum dei,negligentiã in inuocando deo, et audiendo uerbum eius,item impiam doctrinam, et impios cultus: contra ſecundam,inobedientiam erga magiſtratum,ſeditiones,odia, cædes,uoluptates,libidines,rapinas,mẽdacia,etc. Nam figuram ſeu geſtus huius ſeculi, uocat hos et ſimiles motus diſſentientes à lege dei, et externa uitia,quæ ex illis motibus ſequuntur. Sed transformemini. Ab antitheſi monet,ut exutis ſeu abiectis uitijs,ornemus nos uirtutibus omnis generis utriuſq; tabulæ, maximè uero ut augeatur et creſcat in nobis cognitio dei,timor et fiducia, quæ ſunt uerus mentis ornatus,et renouatio ſpiritualis. Transformemini. i. induite et cõcipite nouos et ſpirituales motus, notitiã dei,amorẽ et fiduciã,obedientiã iuſtitiã,caſtitatem,liberalitatem,ueritatẽ etc. Vt prob. Id eſt, agnoſcatis uere uoluntatem Dei in Chriſto Ieſu quæ eſt hæc,q, omnes uult recipere in gratiam reſipiſcentes. Item, q, ideo permittit nos

affligi Deus,ut intelligatis uos ei eſſe curæ,cū exaudit et eripit uos. Dico autē. Tertia exhortatio,qua prohibet arrogantiam, qua uel alienas uocationes occupamus, uel temerè iudiciū de rebus non intellectis nobis ſumimus,doni modū aut uſum non conſiderantes,iuxta uoluntatem Dei. Dico. Id eſt,præcipio uobis. Per gratiam. Id eſt,uocationem,ſeu delegatum mihi à Deo miniſterium docendi Euangelium inter gentes. Ne quis. Id eſt, ne in alienas uocationes temerè irruat, & contemnat alios propter ſui doni præſtantiā. De ſe. Id eſt,de ſuis donis ſeu uirtutib. quibus excellit alios. Sed ita ſentiat. Id eſt,maneat intra metas ſuæ uocationis,eamq́; diligenter ornet, agnoſcens ſui doni modum. Menſuram fidei Id eſt,menſurā ſeu modum ſui doni,quod ei cōtulit Deus ad uſum aliorum. Quemadmodum. Aetiologia præcepti, à ſimilitudine ſumpta à membris in humano corpore, ubi ſingula membra ſuum habent officium,quod ſedulo unumquodq; exequitur ſine arrogantia,contentione,& contemptu aliorum,etiam ſi præſtantius miniſteriū habeat. Multa membra. Vt caput, oculos,manus, pedes, & ſimilia, quorum ſuum cuiuſq; eſt certum officium,ſeu opus neceſſarium, & ad ipſorum mutuam ſuſtentationem,& totius corporis. Non eundem. Eſt enim alius actus, ſeu aliud munus manuum, aliud pedum,aliud oculorum. Sic multi. Accommoda-

tio

tio ſimilitudinis ad communicationem officiorum mutuam in Eccleſia & humana ſocietate neceſſariam. Vnum corpus. Caput eſt ipſe Chriſtus, corpus Eccleſia, membra ſunt ſinguli credentes in Chriſtum, audientes et amplectentes Euangelium. Alij aliorum. Id eſt, alter alterius indiget opera et officijs, quæ humaniter ac facilè quiſq; præſtare alteri debet. Sed tamen. Addit correctionem, qua diſcrimen facit inter membra Eccleſiæ ſuæ, à donorum diuerſitate, quibus alius alium excellit, non ut contemnantur inferiores, ſed iuuentur. Argumentatur igitur, primum à cauſa efficiente ſeu autore donorum, qui eſt Deus. Deinde, à cauſa finali ſeu uſu, quia Deus ideo maiora dona confert alijs, ut ijs ad gloriam Dei, & utilitatem Eccleſiæ utantur.

OBIECTIONES, De ſacrificijs.

I. De bonis operibus piorum.

Sacrificia ſeu hoſtiæ Veteris teſtamenti merentur remiſsionem peccatorum.

Exercitia ſeu bona opera piorum, ſunt ſacrificia ſeu hoſtiæ:

Ergo exercitia ſeu bona opera merentur remiſsionem peccatorum.

Reſpondeo primum ad maiorem, per diſtinctionem: Sacrificia Veteris teſtamenti merebantur re

miſsionem peccatorum coram Eccleſia, in quam excluſi propter peccata, recipiebantur ſecundum externam conuerſationem, non coram Deo. Nam inquit Epiſtola ad Hebræos cap. 9. Impoſsibile eſt ſanguinem hircorum & taurorum auferre peccata. Nego igitur ſecundo maiorem, quia apud Deum peccata tantum tollit unicum ſacrificium Chriſti, cuius figuræ fuerunt ſacrificia Leuitica, & propter hoc placent etiam hoſtiæ, ſeu bona opera piorum Noui teſtamenti.

II. *De Miſſa.*

Sacrificia Noui teſtamenti placent Deo.
Miſſa eſt ſacrificium Noui teſtamenti:
Ergo Miſſa placet Deo.

Reſpondeo primum ad maiorem, per diſtinctionem: Sacrificia ἐυχαριστικὰ placēt Deo, quia ſunt gratiarum actiones pro accepto beneficio. Miſſa autem peragitur ut ſacrificium propiciatorium, quod mereatur remiſsionem peccatorum alijs, ex opere (ut uocant) operato, & quidem ſine bono motu utentis. Nego igitur ſecundo minorem, Miſſam eſſe ſacrificium placens Deo, quia unicum eſt tantum ſacrificium ἱλαστικὸν, uidelicet, mors Chriſti. Cœna autem Domini rectè eſt & uocatur ſacrificium ἐυχαριστικὸν, quia aguntur in ea gratiæ Deo pro redemptione, & editur confeſsio

fidei.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

fidei. Neq; fit applicatio fidei in Miſſa, quia tantũ fide accipimus reconciliationem, non opere ſacrifi culi.

III. *Quales ſacerdotes Chriſtiani.*

Chriſtiani omnes ſunt ſacerdotes:
Ergo omnibus licet adminiſtrare ſacramenta, & concionari publicè.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt amphibologia in nomine ſacerdotis, quod interdum ſignificat, ut hoc loco, eum, qui habet ius placandi Deum et inuocandi, interdum miniſtrum Eccleſiæ, uocatum ad publicum miniſterium.

IIII. *De bonis operibus Ethnicorum.*

Bona opera placent Deo.
Ethnici, vt Pompeius, Atticus, & alij, habuerunt bona opera:
Ergo ea placuerunt Deo.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt diſsimilitudo et in cauſa efficiente, & finali. Nam ethnicorum opera caruerunt fide, propter quam placet obediẽtia. Deinde referebantur non ad gloriam Dei, ſed ad inanem oſtentationem, aut ſalutem patriæ.

V. *De applicatione in Miſſa.*

In oratione fit applicatio pro alijs:
Ergo etiam in Miſſa.

RESP.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt diſsimilitudo. Nam in oratione applicatur beneficium alijs, non propter noſtrum opus ſeu meritum, ſed propter promiſsionem Dei, quam habet oratio pro alijs. In Miſſa fit applicatio propter opus ſeu meritum ſacrificuli, contra mandatum Dei, et promiſsionem de remiſsione peccatorum, quæ ſola fide accipienda eſt.

DOMINICA II. POST

Epiphania Domini, Epiſtola Diui Pauli, de uarijs donis ac miniſterijs ſpiritis ſancti, quibus conſeruatur Eccleſia in mundo. Roma. XII.

Tetraſtichon.

Das tua, quæ nobis conſeruent dogmata Chriſti,
Spiritus, in mundo, Chriſmata multa, Deus.
Et ſociet mentes dulcis dilectio noſtras:
Quem profert fructum non ſimulata fides.

Argumentum.

Primum admonet hic Apoſtolus Eccleſiam de uarijs donis ſpiritus ſancti, quibus Deus eam exornat ad hoc, ut conſeruetur inter homines miniſterium docendi & adminiſtrandi Sacramenta. Deinde hortatur, ut ſuis quiſq; dotibus ſit contentus, ijsq; utatur diligenter et rectè ad commoditatem, & ædificationem Eccleſiæ. Tertio addit præcepta

ſeu

ſeu paræneſes de uarijs uirtutibis, de dilectione, patientia in cruce, precatione, beneficentia erga hoſpites, humilitate ſeu modeſtia, & id genus ſimilibus, quibus fides relucet coram mundo, ut alij noſtro exemplo inuitentur ad ſtudium doctrinæ, & celebrationem Dei.

EPISTOLA, Roma. 12.

HAbentes, fratres, dona iuxta gratiam datam nobis, varia. Siue prophetiam, iuxta portionē fidei: ſiue miniſterium, in adminiſtratione: ſiue qui docet, in doctrina: ſiue qui exhortatur, in exhortatione: qui impertit, in ſimplicitate: qui præeſt, in diligentia: qui miſeretur, in hilaritate: Dilectio ſit nō ſimulata, ſitis odio proſequentes, quod malum eſt, adhærētes ei quod bonum eſt, per fraternā charitatem, ad mutuô vos diligendos propenſi, honore alius alium præuenientes, ſtudio non pigri, ſpiritu feruentes, tempori ſeruientes, ſpe gaudentes, in afflictionibus patientes, precationi inſtantes, neceſſitatibus ſanctorum communicātes, hoſpitalitatem ſectātes. Bene loquimini de ijs, qui vos inſectātur, bene loquimini, inquā,

&

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

& ne malè precemini. Gaudete cũ gaudentibus, & flete cum flentibus, eodẽ animo alij in alios affecti, non arroganter de vobis ipſis ſentientes, ſed humilibus vos accommodantes.

EXPLICATIO TEXTVS.

Habentes. *Propoſitio admonitionis uniuerſalis de donis ſpiritus ſancti multiplicibus in Eccleſia, quam ſubiecta diſtributione explicat, aliquot dona enumerans. Monet autem initio de autore donorum, qui eſt Deus exornans ijs Eccleſiam, ut miniſterium docendi conſeruetur, et Eccleſia, quæ Chriſti eſt corpus myſticum.* Iuxta gratiam. *Gratia hic, ut aliàs, ſignificat non ipſa dona ſpiritus ſancti, ſed fauorem Dei, quo gratis complectitur nos propter filium, & tribuit unicuiq; pro ſua uoluntate dotes proprias ad utilitatem Eccleſiæ.* Siue prophetiam. *Enumeratio donorum, quorum primum ponit Prophetiam, quæ duo complectitur: prædictiones de futuris, & interpretationem ſcripturæ, quæ etiam reuelatione diuina opus habet, ut intelligatur quæ ſit uera agnitio Dei, quid fides, quæ conſolatio conſcientiarũ, quis Chriſtus, & quæ eius beneficia &c. Eſt autem oratio Ecliptica, quæ ſic abſoluetur: Siue quis habet prophetiam, iuxta portionem, ſcilicet eam inſtituat: uel repetendum eſt ex præcedentibus: Non plus quàm oportet ſapere, ſapiat.* Iuxta portionem.

nem. In Græco eſt uocabulum ἀναλογία, quod ſignificat proportionem & conuenientiam. Vult igitur Apoſtolus, ut Prophetia, hoc eſt, prædictiones & interpretatio ſcripturæ, inſtituatur iuxta fidem, id eſt, analogiam, & regulam fidei, ne quid ſcilicet tradatur contra doctrinam ueræ & Catholicæ Eccleſiæ, aut contra articulos fidei, & uerbum Dei antè reuelatum Eccleſiæ, ut eſt doctrina de iuſtitia operum, de inuocatione ſanctorum, de Miſſæ ſacrificio, & applicatione pro alijs, de altera ſpecie Sacramenti: Item omnes omnium hæreticorum opiniones, de perſona Chriſti, diſſentientes à uerbo Dei. Iuxta portionem fidei. Id eſt, nihil tradatur in Eccleſia, quod diſſentiat à fide, unde 1. Pet. 4. Si quis loquitur, loquatur ut eloquia Dei. Siue miniſterium. Scilicet, ſi quis habet. In adminiſtratione. Sit ſedulus, fidelis, & diligens. Intelligit autem miniſtros, qui ſeruiunt Eccleſiæ, omnes, præter uerbi doctores, quales ſunt curatores, & diſpenſatores rerum Eccleſiaſticarum. Siue qui docet. Scilicet indoctos & rudes. In doctrina. Sit diligens & fidelis. Eſt autem doctrina certa fidei confirmatio, ſeu exacta diſputatio, qua de fide, id eſt, articulis Chriſtianæ doctrinæ redduntur rationes ex ſcriptura Dei, non ex humanis opinionibus. Siue qui exhortatur. Scilicet doctos iam, & inſtitutos in doctrina pietatis.

In

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

In exhortatione. *Scilicet ſit diligens. Eſt aũt exhortatio ſpecies doctrinæ, cum eruditos hortamur & conſolamur in cruce, & confirmamus, ut in confeßione ueræ doctrinæ ſint cõſtantes.* Qui impertit. *Id eſt, qui largitur eleemoſynas pauperibus, uel ſuas, uel collectas ab Eccleſia, ut Diaconi & præſides ærarij Elceeſiaſtici.* In ſimplicitate. *Scilicet id faciat, id eſt, non ſpectet reſtitutionem aliquam, non inanem quærat gloriam uulgi, non largiatur ex gratia & fauore, ſed pro cuiuſq; neceßitate.* Qui præeſt. *Id eſt, alijs præfectus eſt, ut eos regat uel inſtituat.* In diligentia. *Scilicet præſit.* Qui miſeretur. *Id eſt, iuuat alios, largitur egenis: uel, ut quidam exponunt, condonat offenſam.* In hilaritate. *Scilicet id faciat, hoc eſt, cum gaudio, non grauatim, iuxta illud: Hilarem datorem diligit Deus, poſteriori ad Corinthios 4. Item: Remittite alij aliorum delicta ex corde, Matth. 15.* Dilectio ſit non ſimulata. *Hactenus monuit de diligentia, fide & ſedulitate præſtanda in publicis miniſterijs Eccleſiæ. Sequuntur iam præcepta de priuatis uirtutibus & officijs, quibus mutuo ſe Chriſtiani proſequi debent in communi uita.* Dilectio ſit non ſimulata. *Generalis monitio de dilectione, quæ complectitur omnia officia erga proximum.* Nõ ſimulata. *Quatuor modis ſimulatur dilectio: Primum, cùm erga eos, quos ex animo odimus,*

in ſpeciem ſimulamus amorem ac ſtudium. Secundo, cùm in diligendo noſtrum quærimus commodum. Tertio, cum errãtes amicos non admonemus candidè, neq; emẽdamus, quæ ſpecies aſſentatio uocatur. Quarto, cum non iuuamus egentes, etiamſi nullum ſentiamus erga eos aut odium, aut maleuolentiam, quos Ioannes homicidas uocat, 1. Ioan. 3. **Sitis odio proſequentes.** Eſt hæc explicatio præcedentis ſententiæ: Nam monet, ut fugiamus auaritiam & maleuolentiam, & præſtemus candorem in colenda amicitia. Poteſt etiam accipi in genere de fugienda omni turpitudine, & amplectenda honeſtate. **Per fraternam charitatem.** Admonet hoc præcepto, qualis amor ſeu dilectio eſſe debeat Chriſtianorum inter ſe, uidelicet fraterna charitas, & amor mutuus. **Propenſi.** Græcè φιλόσοργοι, id eſt, uos mutuo proſequentes tali affectu beneuolentiæ, ſtudij & amoris, qualis eſt aut parentum affectus erga liberos, aut fratrum inter ſe amoris uehementia. **Honore alius alium.** Id eſt, alius alium maiore ſe honore dignum exiſtimet. Sicut inquit ad Philip. 2. Per humilitatem animi alium quiſq; ſe exiſtimet præſtantiorem. **Studio non pigri.** Id eſt, præſtate alacritatem & ſolicitudinem in beneficiendo alijs. **Spiritu feruentes.** Id eſt, non frigide, ſed ardenti impetu ac ſerio ſtudio agite ea, quæ Deus uult, & iubet: quem feruorem ſeu impetum ſcri-

ptura Zelum uocat in Prophetis & alijs ſanctis. **Tempori ſeruientes.** Id eſt, præſentia uel commoda uel incommoda boni conſulentes, utcunque temporis ratio poſtulat, & hominum mores non corrupti. Vetus lectio eſt: Domino ſeruientes, id eſt, referentes omnia, quæ præſtatis proximo, ad gloriam Domini, cuius uoluntati obtemperatis. Nam, cùm hoc fine præſtantur officia charitatis, cultus fiunt placentes Deo. **Spe gaudentes.** Id eſt, in aduerſis rebus expectantes à Deo liberationem, aut mitigationem malorum. **In afflictionibus patientes.** Id eſt, non obmurmurantes Deo affligenti uos, ſed agnoſcite in ærumnis iram Dei aduerſus peccata, & petite & expectate liberationem, quam Deus promiſit ſuis, etiamſi aliquandiu differatur. **Precatione inſtantes.** Id eſt, perſeuerantes in oratione, etiam ſi non ſtatim, quod petitis à Deo, impetretis, ad exemplum uiduæ, quæ iudicem durum & immiſericordem petendi improbitate tandem euicit, & quod uoluit impetrauit, Lucæ 18. **Neceſsitatibus.** Præceptum de liberalitate erga ſanctos, ſeu membra Eccleſiæ. **Neceſsitatibus.** Id eſt, facultatibus ſeu bonis ueſtris adiuuate pauperes ſanctos in hac uita. **Hoſpitalitatem.** Id eſt, non ſolum domeſticos ſeu membra eiuſdem Eccleſiæ & ciuitatis iuuate, ſed etiam peregrinos & hoſpites, qui omnium maximè ſubſidio indigent in alienis locis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

locis. Bene loquimini. Hactenus monuit,quo modo nos erga amicos ſeu membra Eccleſiæ gerere debeamus,iam docet quomodo erga hoſtes & inſectatores noſtros præſtemus. Bene loquimini. Id eſt,nolite regerere maledicta,ſeu benedictis compenſate maledicta, exemplo Chriſti, Ioannis 20. & Stephani, Actorum 8. Bene loquimini. Repetit præceptum,ut efficacius perſuadeat, & dehortetur à maledicentia. Gaudete. Generale præceptum, quo præcipuè prohibet inuidentiam, quæ eſt, aliorum commodis dolere. Gaudete. Id eſt, gaudium ueſtrum teſtamini conceptum ex aliorum rebus proſperis, & nolite inuidere aliorum felicitati. Flete. Id eſt,aliorum mala ſuſtinete & tolerate,adiuuate alios & conſolamini in rebus aduerſis. Eodem animo. Id eſt,ita affecti eſtote, uel læti uel triſtes, quomodo alios uidetis affectos eſſe. Non arroganter. Præceptum de humilitate & modeſtia, quæ oritur ex agnitione propriæ infirmitatis, & timore Dei. Eſt autem arrogantia, ſuperbire de donis, occupare alienam uocationem, & contemnere alios,qui ſunt inferiores nobis. Non arroganter. Id eſt,nolite ſuperbo & elato animo contemnere alios,& alienas uocationes inuadere. De vobis. Id eſt, de ueſtris donis excellentioribus. Sed humilibus. Iuxta parabolam Chriſti, de inuitandis ad prandium ſeu cœnam, qua iubet

inferiorem locum occupare, ut altiorem cum honore obtineamus, Lucæ 14.

OBIECTIONES *tres.*

I. De Prophetijs.

Prophetijs ſeu reuelationibus eſt credendum.

Inuocatio ſanctorum & Miſſæ priuatæ pro mortuis, confirmatæ ſunt apparitionibus mortuorum:

Ergo inuocatio ſanctorum & Miſſæ ſunt diuinitùs traditæ, & retinendę in Eccleſia.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam, & reſpondeo ad maiorem, per diſtinctionem: Prophetijs credendum eſt, quæ ſequuntur analogiam fidei, ut inquit Paulus, & conformes ſunt doctrinæ fidei, non illis quæ pugnant cum fide, ut reuelationes de inuocandis mortuis, & applicandis Mißis, Quia detrahunt honorem Chriſto: & prohibet Deus, ne ueritatem quæramus à mortuis, Deutero. 18.

II. De Vindicta.

Vindicta eſt prohibita. *Sicut inquit Paulus: Non uoſmetipſos ulciſcentes. Item Deute. 32. inquit Dominus: Mihi uindictam, & ego retribuam.*

Ergo

Ergo prohibitus & magiſtratus & eius pœnæ.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia antecedens loquitur de uindicta priuata, non de uindicta publica, quam magiſtratus legitimè exercet contra latrones, & alios. Nam hæc eſt ordinatio diuina, ſicut ipſe magiſtratus à Deo eſt ordinatus, ut docet Paulus ad Romanos 13.

III. De defenſione, ſeu refutandis conuitijs.

Iubet Paulus, vt de obtrectantibus nobis, bene loquamur:
Ergo maledicta & vituperationes hoſtium Euangelij, non ſunt refutandæ.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt fallacia à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter. Nam antecedens loquitur de maledictis, quæ ad noſtram perſonam pertinent, quæ diſsimulanda ſunt: non de conuitijs hoſtium Euangelij, quibus gloriam Dei deformant, & calumniantur ueram doctrinam. Hæc conuitia ſunt refutanda exemplo Chriſti, Ioan. 8. Sunt autem conuitia priuata refutanda modeſte ſine recriminatione, propter retinendum bonum nomen, quo nobis opus eſt apud alios.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

DOMINICA III. POST

Epiphania Domini, Epiſtola Diui Pauli, de fructibus fidei, de humilitate, de fugienda uindicta, et de beneficentia erga inimicos.

Romanos XII.

Teтraſtíchon.

Non tibi donatis placeas uirtutibus ullis:
Non mala redde malis, ſed mala uince bonis,
Da læſus ueniam facilis, pacemq; tuere:
Sunt fidei fructus, talia facta, tuæ.

Argumentum.

Eſt et hæc pars exhortationis ſeu παραινέσεως Pauli, qua, poſteaquam diſputationẽ de iuſtitia fidei abſoluit, exhortatur reconciliatos fide, ad nouitatẽ ſeu inchoationem nouæ obedientiæ, & ſtudium omniũ uirtutum, quibus fidem ſuam uerã et efficacem teſtentur, & declarent corã hominibus. Præcipuè aũt hoc textu hortatur eos ad humilitatẽ ſeu modeſtiã, ad ignoſcentiam ſeu beneficiendi ſtudiũ ijs, à quibus læſi ſunt, ut hac noſtra commoditate et beneficẽtia admoniti hoſtes deſinant nobis maledicere, & ipſi quoq; ad pietatẽ inuitẽtur, & hoc modo tranquillitas & pax retineatur in Eccleſia, et humana ſocietate, in quibus doctrina Euangelij, & aliæ artes utiles & neceßariæ, commodè tradi, diſci, & retineri poßint.

EPI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

EPISTOLA, *Roma.* 12.

NE ſitis arrogantes apud voſmetipſos, neq; cuiquam malum pro malo reddatis. Prouidè parantes honeſta in conſpectu omnium hominum: ſi fieri poteſt, quantum in vobis eſt, cum omnibus hominibus in pace viuentes, nō voſmetipſos vlciſcētes dilecti, quin potius date locum irę. Scriptum eſt enim: Mihi vltio: ego rependam, dicit Dominus. Si igitur eſurit inimicus tuus, paſce illum: ſi ſitit, da illi potū. Hoc enim ſi feceris, carbones ignis coaceruabis in caput illius. Ne vincaris à malo, imò vince bono malum.

EXPLICATIO TEXTVS.

Ne ſitis. *Præceptum primum de fugiēda arrogantia, quæ uitium eſt, cum propter excellentiora dona ipſi nos admiramur, contēnimus cæteros, qui tantas dotes non habent, et ijs confiſi uel maiora uiribus tentamus, uel uocationes alienas inuadimus, unde multæ exiſtunt diſſenſiones in Eccleſia, & communi uita.* Ne ſitis. *Id eſt, modeſtè quiſque ſentiat de ſe & ſuis donis, agnoſcat ſuam imbecillitatem, & donis utatur ad gloriam dei, et utilitatem proximi.* Apud voſmetipſos. *Id eſt, in animis ueſtris, uel in collatis donis, ueſtro iu-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

dicio. Neq; cuiquam. Secundum præceptũ de uitanda uindicta, quæ oritur ex impotentia animi cupientis ulciſci illatã iniuriam. Præcipit autem duo, Primum ut remittamus iniuriã, Sicut inquit Chriſtus Matt. 7. Remittite, et remittetur uobis. Deinde, ne leuiores iniurias nimiũ exaggeremus, ſed diſsimulemus, & extenuemus etiã grauiores offenſiones, memores & nos eſſe reos corã Deo, & opus habere condonatione multipliciũ, & grauium lapſuũ in tota uita, quibus ſi Deum cupimus ignoſcere, certè erga alios etiã nos lenes ac miſericordes eſſe oportet. Malum. Id eſt malefactum ſeu iniuriam Pro malo. Id eſt, malefacto ſeu iniuria. Prouide parantes. Explicatio præcepti a contrario, ut erga oẽs ſimus benefici, amicos & inimicos, bene de nobis meritos, & malè, ut hoc modo concordiã, & pacem retineamus noſtra lenitate, & beneficentia, quibus inprimis animi deuinciũtur et placãtur. Prouide, Id eſt, prudenter & cautè, ne impatientia ueſtra ſeu ulciſcendi cupiditate magis irã inimicorũ in uos cõcitetis, quã quacunq; ratione placare oportuit. Parantes honeſta. Id eſt, honeſta agentes, et beneficia conferentes in oẽs homines, ſine diſcrimine perſonarum & meritorum. In conſpectu omnium. Græcorum & Iudæorum, firmorum & infirmorũ, bene & ſecus meritorũ de uobis. Cũ omnibus hominibus. Addit exhortationem

de

de pace ſeu concordia erga omnes homines, quam imprimis conſiliat, conſeruat, & alit ignoſcētia & ſtudiū benefaciēdi alijs. **Si fieri poteſt.** Addit conditionē, qua partem eam, quæ innocens eſt, & ſtudet paci, excuſat, & defenſionem legitimā concedit ijs, qui iniuria opprimuntur atrociter ab aduerſario, ita ut opus ſit defenſione. **Non uoſmetipſos.** Repetitio præcepti, de non iudicando, cui addit præcepti cauſam, quia uindicta eſt opus diuinum, quod homo uſurpare ſibi nō debet, quod loco Deuteronomij 32. probat. **Non uoſmetipſos.** Id eſt, nolite eße uindictæ cupidi, ſed remittite offenſionē, ſi non eſt atrox iniuria, in atrocib. defenſionē magiſtratus, ſi opus eſt, legitime expetite, ſine malo affectu nocēdi aduerſario. **Vlciſcentes.** Sic ſuprà dixit: Ne cuiquam malum pro malo reddatis. Item infra: Ne uincaris à malo. **Dilecti.** Captat beneuolentiam, qua uelut eblandiri cupit, quod alioqui durum erat, laceßitum iniuria, remittere uindictam. **Quin potius.** A contrario adhortatio ad tolerandam & dißimulandā iniuriā, ne uideantur Deo uero & iuſto iudici quaſi præripere occaſionē ulciſcēdi & puniēdi hoſtes ſeu inimicos noſtros. **Date locum iræ.** Scilicet diuinæ, ut Deus ueſtro nomine ulciſci iuſtè poßit lædentes uos. **Scriptum eſt enim.** Cōfirmatio à loco ſcripturæ, quo oſtēdit Dei opus eſſe ultionem, quod non liceat homini

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſibi uſurpare, qui modum uindictæ ſeruare non poteſt. Scriptum eſt. Scilicet Deutero. 32. Mihi vltio. Scilicet eſt, ſeu debetur, non homini læſo: id eſt, meum eſt ulciſci, qui ſum iudex Ego rependam. Teſtatur hic locus, Deum curam et defenſionem Eccleſiæ habere, et ſuſcipere. Nō igitur eſt Deus ocioſus, nec ab opificio ſuo, hoc eſt, humano genere, ut architectus, deceßit, ſed uerè adeſt nobis, curat res humanas, punit impios, et uiolentos, defendit oppreſſos &c. Ego rependam. Emphaſis eſt in Pronomine, Ego, quo poteſtas uindicandi omnibus adimitur, quibus eā uel Deus, uel leges non concedunt, Deterret autē his uerbis Deus etiam partem lædentem, et monet, ut ab iniurijs deſiſtat, quia ipſe ſit inſpector et iudex iniuriarū. Sicut et Paulus 1 ad Theſſ. 4. inquit: Ne quis ſupergrediatur: ne quis circumueniat in negocio fratrē ſuum, quoniā uindex eſt Dominus de omnibus his. Rependam. Id eſt, Ego ulciſcar ueſtram uicē, ſeu ſumam pœnas ueſtro nomine de ijs, qui uos iniuria afficiunt, & reddam uobis æterna et corporalia præmia. Rependam. Hanc promißionem confirmat Chriſtus Luc. 18. cum inquit: Deus autem non faciet uindictam electorū ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte, et patientiam habebit in illis? Dico uobis, cito faciet uindictam illorum. Eſt igitur opus fide quæ credat auxilium: & inuocatione, quæ petat: & ſpe, expectante liberatio-

nem

nem & mitigationem malorum propter Chriſtũ.
Si igitur. Concluſio, qua præcipit beneficentiã
erga inimicos, ut hac commoti deſinãt maledicere
nobis, et conuertantur, ut unà nobiſcum glorificẽt
Deum. Intelligit aũt per cibum & potũ omnis ge
neris beneficia, quæ uult non ſolum in amicos, ſed
etiã in inimicos conferri. Sicut & Chriſtus inquit
Matt. 5. Diligite inimicos ueſtros, benefacite his,
qui oderunt uos. Hoc enim. Ratio præcepti
ab utili, ut hac noſtra beficentia & lenitate ini-
mici ſeu hoſtes quaſi carbonibus accenſi & uſti, in
cipiant nos uiciſsim diligere, & deſinant ab iniu-
rijs. Carbones ignis. Carbones ignis, ſeu igni
tos & ardentes, uocat beneficia, quibus inimicus
quaſi accenditur & emollitur, ut mutuo amore
benefacientẽ complectatur, quem antea eſt perſe-
cutus. Nemo enim eſt tam improbus, quẽ non bene
ficia aliquo modo commoueant ad placabilitatem.
Alij intelligũt de pœnis æternis quibus hoſtes ſeu
perſecutores Eccleſiæ & piorũ, afficientur poſt
hanc uitam. Ne uincaris. Epiphonema, quo cõ
cludit exhortationem de fugienda uindicta, &
præſtandis beneficijs etiam inimicis ſeu hoſtibus
noſtris. Ne uincaris. Scilicet, ut impatientia
animi uictus, ipſe te ulciſcaris ſed perfer iniuriã
patienti animo, agnoſcens tuã ipſius culpam, pro-
pter quã Deus interdum permittit, ut alij nos per
ſequãtur, & iniurijs afficiant. Sicut inquit Dauid
de

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

de Semei, 2. Regum 16. Dimitte eũ, ut maledicat, Deus enim præcepit ei, ut malediceret Dauid. Malo. Id eſt, malefacto, ſeu iniuria. Sed uince bono malum. Exẽplo Dauidis, 1. Reg. 24. ubi prohibet ne Saul interficiatur. Bono. Id eſt, beneficio, quo inimicus placatur, ne pergat lædere innoxios & in ſe beneficos.

OBIECTIONES QVATVOR.

I. De uindicta, quam uide in præcedenti Epiſtola. Prohibet enim Paulus priuatam uindictam, non publicam, quam exercet Magiſtratus, qui eſt miniſter & ordinatio Dei, Roma. 13.

II Cur Deus non ſemper, & ſtatim ulciſcatur uicem ſuorum.

Deus non ſemper uindicat uicem iuſtorum, quia non ſemper liberat eos, & punit uicem iuſtorum.

Ergo non eſt uera hæc promiſſio: Ego rependam &c.

RESPONSIO.

Nego conſequentiã, Quia promiſsiones corporales habent conditionẽ, & liberat Deus non eodem modo oẽs, ſed quoſdam ſinit in hac uita ab impijs opprimi, quia uult Eccleſiam in hac uita ſubiectã eſſe cruci, ut ipſa irã Dei aduerſus peccata agnoſcat, exerceat fidem et inuocationẽ in periculis:

culis:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

culis: liberat tamen ſæpe Deus ſuos, & benefacit iјs qui deponunt odia, & quærunt occaſiones ſanandi offenſiones, quod & Salomon cap.21. unde hæc admonitio ſumpta eſt, teſtatur, inquit enim: Si eſurit is qui odit te, paſce eum, & Dominus reddet tibi.

III. De talione ſeu uindicta.

Ius naturæ eſt ius diuinum.

Lex de talione eſt ius naturæ, quia defenſio eſt naturalis, conceſſa omnibus.

Ergo lex de talione, eſt ius diuinum. Exod.22. Deutero.19. & per conſequens, talio ſeu uindicta eſt licita.

Reſpondeo ad maiorem: Lex de talione ſeu defenſione eſt ius naturæ, & conceſſa diuinitus, quatenus fit legitimè à magiſtratu, non à priuatis perſonis, quæ ſententiæ ſe iudicis ſubijcere debent, & ab ipſo petere defenſionem legitimè, quam ſacra ſcriptura concedit & approbat, Rom.13.

IIII. De pace retinenda cum omnibus.

Iubet Paulus pacem habere cũ omnibus hominibus.

Ergo pax & conſenſus eſt retinendus cum hæreticis, turbatoribus Reipublicæ, & cæteris facinoroſis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

RESPONSIO.

Loquitur Paulus de pace, quæ bona conſcientia retineri poteſt, quæ nõ lædit gloriã Dei, et tranquillitatẽ Reipublicæ nõ perturbat, Vnde alibi iubet, ut fugiamus idololatriã, Igitur hic addit particulas cõditionales: Si fieri poteſt, et: Quantum in uobis eſt, id eſt, quantum patitur doctrinæ ſynceritas, & tranquillitas publica.

DOMINICA QVARTA post Epiphania Domini, Epiſtola D. Pauli, de dilectione, Romanos XIII.

Tetraſtichon.

Verus amor patris gnati conceptus amore,
Et fratris rebus conſuluiſſe ſui:
Iuſticiam fidei ſunt hæc teſtantia ſigna,
Quîs ſine mortis erit nomen inane, fides.

Argumentum.

Hortatur hac Epiſtola Diuus Paulus, ut ſæpe alibi, Eccleſiã ad mutuam dilectionẽ, cuius appellatione omnis generis officia cõplectitur, quæ uult ideo præſtari, non ꝗ ijs iuſtificemur coram Deo, mereamur remiſsionẽ peccatorum, iuſticiam, & uitam æternã, ſed ut fidem noſtram his operibus, tanquã fructibus iuſtitiæ, teſtemur, & ſocietas humana conſeruetur officiorũ mutua communicatione,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

tione, ſine qua nec Eccleſia, nec Reſpub. conſeruari poſſunt inter tot odia & perſecutiones impiorum. Vnde & Chriſtus ſuos ad dilectionem hortatur multis locis, ut Ioan. 15. ubi inquit: Hoc eſt præceptum meum, *ut diligatis uos inuicem, ſicut ego dilexi uos &c.*

EPISTOLA, Rom. 13.

NEmini quicquã debeatis, niſi hoc, vt inuicem diligatis. Nam qui diligit alterum, legem expleuit. Siquidem illa: Non adulteraberis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces, & ſi quod aliud præceptum, in hoc ſermone comprehenditur, nempe: Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. Dilectio proximo malum non operatur. Conſummatio itaq; legis eſt dilectio.

Cohærentia huius textus cum præcedentibus.

In capite duodecimo Epiſtolæ ad Romanos, concionatus eſt Apoſtolus de uirtutibus, quibus priuatam uitam & mores moderamur, et conuerſamur cum æqualibus. In decimo tertio præcipit de obedientia erga magiſtratũ, cui tria uult in genere tribui, tributum, timorem et honorem. In hoc uero te

xtu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

xtu quaſi in ſumma complectitur omnia præcepta de uirtutibus priuatis & publicis, & refert ad unum caput, uidelicet ad dilectionem, quia hæc complectitur omnia officia ciuilia, quæ exigit ſecunda tabula. Nam utitur hoc loco nomine dilectiõis. quemadmodum Philoſophi iuſtitia uniuerſali pro obedientia erga omnes leges, unde inquit: Qui alterum diligit, legem impleuit, hoc eſt, præſtat hoc ipſum, quod lex exigit, etiamſi imperfecta ſit dilectio, propter naturæ immunditiem, qua fit, ut mẽs non perfectè legi obediat, nec, quanto debet, amoris incendio ardeat, uel Dei, uel proximi.

Methodus dilectionis.

EST autem dilectio uirtus ſeu motus uoluntatis, quo Deum primum diligimus, obedientes ei in omnibus præceptis, in uera fide, hac fine principaliter, ut eum honore afficiamus. Deinde etiam complectimur proximum, & ei benefacimus propter Deum, ut ipſi obediamus. Eſt igitur duplex dilectio: Dei & proximi, utriuſq; cauſa efficiens eſt ipſe Deus, ſeu Spiritus ſanctus, qui eam accendit in mentibus per uerbum Dei, quod docet, Deum nos diligere in filio, recipere & ſaluaturum eſſe. Ex hac cognitione miſericordiæ Dei, ſine qua Deum tanquam ſeuerum iudicem fugimus et odimus, mens uiciſsim accenditur dilectione Dei & proximi. Cauſa formalis eſt ipſa obedientia. Sicut Ioannes inquit: Dilectio Dei, eſt mandata eius ſeruare.

Sed

Sed hæc obedientia ſeu dilectio eſt infirma, & inchoatio tantum obedientiæ, quia natura eſt immunda, unde non perfecte ſatisfacit legi. Cauſa finalis eſt, primum, ut obediamus Deo, & afficiamus eum honore. Deinde, ut iuuemus proximum, ſicut Deus iuuit & recepit nos in Filio. Cognatæ ſunt omnes uirtutes ſecundæ tabulæ, quarum cauſa eſt dilectio. Sicut hic inquit Apoſtolus: Dilectio eſt legis impletio, item, fides, quæ cauſa eſt dilectionis. Pugnantia ſeu contraria ſunt odium & contemptus Dei, item proximi, aſſentatio, hypocriſis, deſertio proximi in periculis, & omnia peccata contra primam & ſecundam tabulam. Dilectionis Dei, qua ipſe nos complectitur gratis in Filio, cauſa eſt ipſe Deus, ſeu miſericordia Dei, de qua inquit Apoſtolus, Roma. 5. Dilectio Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum. Item Ephe. 1. Dilecti ſumus in dilecto. Et ipſe Chriſtus, Ioannis 3. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat uitam æternam.

EXPLICATIO TEXTVS.

Nemini quicquam. Breuiter concludit, quæ ſuprà dixit per diſtributionem, de præſtandis proximo diuerſis officijs, & de obedientia erga magiſtratum. Quaſi dicat, Quæ hactenus dixi de officijs erga proximum, & obedientia erga ma-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

giſtratum, hoc breui dicto ſeu ſumma continetur, uidelicet, ut diligatis uos inuicem. Nam dilectio, quæ nihil grauatim facit, impellit uos, ut tribuatis cuique, quod debetis, & publicè & priuatim. Nam qui. Aetiologia præcedentis dicti, ſumpta à natura ſeu proprio opere dilectionis, quod eſt, implere legem, ſi dilectio eſſet perfecta. Qui diligit. Scilicet perfectè, ſicut ſeipſum. Nam Paulus loquitur de idea ſeu perfecta dilectione, quæ uerè eſt impletio legis. ſicut perfectè canere, eſt idea ſeu impletio Muſices, & ſi non omnes perfectè canunt. Legem impleuit. Id eſt, hoc ipſum fecit, quod lex exigit, ſed quia in hac immunda natura nemo perfectè diligit uel Deum, uel proximum, ideo nemo uere implet legem, nec poteſt dilectio opponi iudicio Dei. Siquidem. Confirmatio, qua enumeratione quinque præceptorum Decalogi oſtendit, & hæc præcepta & cætera omnia comprehendi dilectione, & obedientiam cauſam eſſe dilectionis Dei & proximi. Nam qui alterum uerè diligit, is nihil agit quod obſit ei, quem amore complectitur. Et ſi quod. Quia longum erat enumerare ſingula præcepta, formula uſitata in inductione utitur, ne aliquam legem excludat à dilectione. Diliges proximum. Præcipue agit de ſecunda tabula, quæ de dilectione proximi præcipit. Sed Chriſtus etiam priorem tabulam ad dilectionem refert, quum

inquit:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

inquit: In his duobus mandatis (de dilectione Dei & proximi) tota lex & omnes prophetæ pendent. **Dilectio proximi.** Probat antecedens Enthymematis ab effectu ſeu natura dilectionis, legem implere eum, qui alterum diligit. Eſt autem Enthymema huiuſmodi: Qui alterum diligit, legem impleuit. Ratio: Quia dilectio malum proximo non operatur. Ergo ſi uos inuicem diligitis, legem impleuiſtis: & per conſequens, nemini quicquam amplius debetis: Quia per dilectionem unicuique præſtatis, quod ſuum eſt. **Conſummatio itaq;.** Concluſio, qua iterum docet, ſummam totius legis comprehendi dilectione. Loquitur autem, ut dictum eſt, de perfecta dilectione ſeu idea, qualem lex requirit, ſed hanc quia nemo præſtat, iuſti coram Deo dilectione non ſimus, ſed fide, quæ mediatorem filium Dei apprehendit, propter quem condonatur nobis, quod impleioni legis deeſt. **Conſummatio.** Id eſt, impletio, ſeu proprium opus, quod lex requirit. **Dilectio.** Scilicet Dei & proximi ardens & perfecta. Sicut inquit Chriſtus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. & proximum tuum ſicut teipſum. Et Diuus Paulus ad Timotheum, 1. Timoth. 1. Finis præcepti eſt charitas, ex puro corde, conſcientia bona, & fide non ſimulata.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

OBIECTIO, De dilectione.

Impletio legis eſt iuſtificatio,
Dilectio eſt impletio legis:
Ergo dilectio iuſtificat.

Reſpondeo ad maiorem: Dilectio eſt impletio legis, quatenus eſt perfecta dilectio, quia Paulus loquitur de ſpecie, ſeu idea, qualis eſſe debet dilectio, uidelicet, perfecta & ardens. Talis dilectio uerè eſt impletio legis, quia eſt ipſum opus quod lex requirit: & iuſtificaret dilectio, ſi eſſet integra, ſed quia procul abeſt à perfectione, ideo non iuſtificat coram Deo, ſed opus eſt alia iuſtitia, uidelicet Chriſti, quam fides apprehendit, & inchoat impletionem legis, ſed non ſumus iuſti hac inchoata dilectione, ſed propter Chriſtum. Placet tamen inchoata dilectio propterea, quia ſumus in Chriſto. Eſt igitur fallacia conſequentis, cùm argumentamur hoc modo: Dilectio eſt impletio legis. Paulus diligit Deum & proximum: Ergo Paulus implet legem, & iuſtus eſt dilectione. Eſt igitur neganda conſequentia, quia eſt æquiuocatio, nam maior loquitur de perfecta dilectione ſeu idea, minor de dilectione noſtra imperfecta, qualis in hac corrupta natura præſtari poteſt. Neganda eſt igitur minor, quia Paulus non perfectè diligit. Sicut ipſe inquit: Inuenio legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, Rom. 7.

DOMI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

DOMINICA V. POST Epiphania Domini, Epiſtola Diui Pauli, de comitate & manſuetudine inuicem, exemplo Chriſti, exhibenda, & de exercitio uerbi Dei, & Pſalmodia Eccleſiæ. Ad Coloſſenſes III.

Tetraſtichon.

Multa reis Chriſtus clemens errata remittit,
Quiſq; pari fratrem commoditate ferat:
Atq; opulenta ſonent in nobis dogmata Chriſti:
Et dicat laudes turba redempta Deo.

Argumentum.

Hortatur & hic Apoſtolus reconciliatos Deo per miſericordiam fide gratis propter Chriſtum, ad nouitatem uitæ, et inprimis ad manſuetudinem et lenitatem animorum, qua alter alterius infirmitatem, offenſiones mutuas, et errata humaniter tolerat & condonat, exemplo Chriſti, quotidie condonantis nobis multiplicia et magna peccata, qui uult ut proximo quoq; ignoſcamus. Sicut inquit Matth. 7. Eſtote miſericordes, ſicut & pater ueſter miſericors eſt. Deinde hortatur Eccleſiam ad ſtudium & tractationem uerbi Dei aſsiduam & diligentem. Tertio ad Pſalmodiam ſpiritualem, qua immenſa beneficia Dei exhibita nobis in filio, quotidie commemorentur & celebrentur in Ec-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

cleſia, & rudiores exerceantur & aſſueſiant ad pietatem & ueros cultus Dei*, agnitionem eius, inuocationem, & gratiarum actionem in publicis congreßibus.*

EPISTOLA, *Ad Coloſſ.* 3.

SItis igitur induti tanquã electi Dei, ſancti ac dilecti, viſcera miſeratio-nũ, comitatem, modeſtiam, manſuetu-dinem, lenitatem, ſufferentes vos inui-cem, & condonantes vobis mutuò, ſi quis aduerſus aliquem habuerit quere lam, quemadmodũ Chriſtus condona uit vobis, ita et vos: ſuper omnia autẽ hæc, charitatem, quæ eſt vinculum per fectionis. Et pax Dei palmam ferat in cordibus veſtris, in quã et vocati eſtis in vno corpore, & grati ſitis. Sermo Chriſti inhabitet in vobis opulentè cũ omni ſapientia. Docete et commonete vos inuicem cantionibus & laudibus, & cantilenis ſpiritualibus, cum gratia canentes in corde veſtro, Domino.

EXPLICATIO TEXTVS.

Sitis igitur. *Propoſitio exhortationis, ut ui tam agamus piam & dignam* Chriſto*, ſeu* Deo*, à quo ſumus per gratiam electi ad uitam æternam,*

ſanctificamur ſpiritu ipſius, & diligimur ad hoc, ut gratitudinem noſtram teſtemur operibus charitatis erga proximum. Primum autem in genere monet, ut ſimus miſericordes, & ex animo afficiamur aliorum calamitatibus. Hanc generalem propoſitionem diſtributione ſeu enumeratione quarundam uirtutum explicat. Induti. Metaphora ſumpta à ueſtibus, quibus ut corpus tegitur & ornatur, ita uirtutes ſeu bona opera ſunt ornamentum uitæ, & ſymbolum ſeu nota, unde iuſtitia fidei interna cognoſcitur. Simili forma loquendi uſus eſt 2. Corinth. 5. ubi inquit: Superindui deſiderantes, ſi tamen induti, & non nudi reperiemur: quibus uerbis idem quod hic monet, ut nouitas uitæ inchoëtur, & quaſi induatur à iuſtificatis fide, quæ ſi uera eſt, non poteſt non eſſe efficax bonis operibus. Tanquam electi. Tacitas addit rationes ſtatim initio exhortationis, ſumptas à Dei electione gratuita, ſanctificatione eius & dilectione erga nos, pro quibus immenſis beneficijs uult, ut Deo grati ſimus, & præſtemus ipſi debitam obedientiam. Eodem argumento utitur & ad Epheſios 1. capite, inquiens: Elegit nos in ipſo (Chriſto) ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti & immaculati, in conſpectu eius, charitate. Electi. Scilicet ad uitam æternam, ſeu hæreditatem cœleſtem. Sunt autem electi tantùm in cœtu uocatorum, hoc eſt, eorum qui

audiunt & amplectuntur uocem Euangelij. *Sicut teſtatur* Chriſtus *, cum inquit* Ioan. 8. *ad* Iudæos: Ideo *non eſtis ex* Deo*,quia uerbum* Dei *non audi-tis.* Sancti. Id *eſt, ſanctificati fide per ſpiritum ſanctum, &* Deo *quaſi conſecrati ad uſum ipſius.* Ac dilecti. *Scilicet in filio ipſius. Sicut inquit ad* Ephe. 1. Dilecti *ſumus in dilecto,hoc eſt,* Deus *diligit nos,exaudit, iuuat & defendit propter fi-lium,in quem credimus.* Viſcera miſeratio-num. *Vocat uiſcera miſerationum intimum & uerum affectum commiſerationis,cum non ſimula tè,ſed ex animo,&,ut ita dicam,cordaliter & ue rè afficimur, & quaſi tangimur aliorum malis, perinde ut proprijs calamitatibus: nam hoc pro-priè ſignificat* Græcum *uocabulum,*σπλάγχνα*, quo uſus eſt &* Zacharias *in ſuo* Cantico Lucæ 1. *inquiens:*Per *uiſcera miſericordiæ* Dei *noſtri , in quibus uiſitauit nos* Oriens *ex alto.*Hoc *eſt,* Deus *motus eſt,& quaſi tactus uera & cordali miſeri-cordia erga humanum genus,ut mitteret nobis fi-lium.*Regitur *autẽ accuſatiuus, uiſcera,à* Partici *pio,induti,ſicut et ſequentes:comitatem, modeſti-am,manſuetudinem,lenitatem: item,qui in fine pe riodi additur,charitatẽ.Sicut dicimus:*Indutus *eſt ueſtem,togam,chlamydẽ.* Miſerationum. Mi*ſeratio actio eſt commiſerantis et adiuuantis cala mitoſum.* Miſericordia *eſt affectus , quo aliorum miſerijs ſeu calamitatibus afficimur.* Comitatẽ.

Re-

Recenſet iam aliquot uirtutes cognatas, quibus generalem admonitionem de induẽdis uiſceribus miſerationum explicat. **Comitatem.** Comitas ſeu lenitas, Græcè χρηστότης, ſpecies eſt ἐπιεικείας, et eſt uirtus, qua commodè & humaniter uiuimus cũ alijs, non ſumus aſperi, moroſi, aut intractabiles, facilè aliorum erratis ignoſcimus, toleramus homines iracundos, cõcedimus aliorum affectibus, non tuemur ius noſtrum uiolenter ubiq;, ſed cedimus de iure noſtro, tranquillitatis publicæ cauſa, quæ uirtus in omni uita, tum publica, tũ domeſtica ualde neceſſaria eſt. **Modeſtiam.** Modeſtia ſeu humilitas, eſt quaſi mater ceu fons comitatis ſeu lenitatis. Nam lenitas non cadit in homines ſuperbos, qui ſoli regnare, ſoli ſapere uolunt. Eſt autem modeſtia ſeu humilitas (Græcì ταπεινοφροσύνη) uirtus, qua noſtram imbecillitatem agnoſcentes primum Deo nos ſubijcimus, petentes ab ipſo auxiliũ in rebus agẽdis, nec maiora uiribus conamur, non illis confidimus. Deinde proximo, qui maiores dotes nobis habet, libenter & facilè cedimus, eumq; ueneramur propter Deum, et publicam tranquillitatẽ. Superbia contrà eſt, qua admiramur noſtras dotes, et uiribus noſtris confidimus in ſuſcipiendis rebus extra uocationem, & alios homines contemnimus. **Manſuetudinem.** Manſuetudo (Græcè πρᾳότης) uindictæ cupiditati opponitur, nam eſt lenitas in puniendo, & uindictæ moderatio, de

hac inquit Chriſtus Matth.5.Beati mites,quoniam ipſi poßidebunt terram. **Lenitatem.** Lenitas (Græcè μακροθυμία)dicitur patientia,qua quis moderatur iræ affectum ſeu indignationem,nec facilè prouocatur ad uindictæ cupiditatem, ſed patienter tolerat iniurias & afflictiones, primùm, quia ſcit afflictiones accidere nobis conſilio & uoluntate Dei.Deinde,afflictiones non eſſe ſigna iræ Dei,ſed amoris, iuxta illud Prouerb.3 Quem diligit Deus,hunc caſtigat. Tertio, ꝙ Deus promiſit auxilium,id eſt,liberationem, ſeu mitigationē malorum, quam fides expectat. Contraria uitia ſunt impatientia,deſperatio in aduerſis,& puſillanimitas,quæ oriuntur ex infidelitate et dubitatione de uoluntate Dei,& promiſſa liberatione. **Sufferentes.** Effectus ſeu cauſa finalis dictarum uirtutum omnium,quæ eſt, ut alter alterius offenſionibus et erratis ignoſcat, exemplo Chriſti,qui nobis omnia peccata, quibus ipſum quotidie multipliciter et grauiter offendimus,gratis condonat,et hoc unum pro ſua indulgentia erga nos requirit à nobis,ut mutuo et nos alius alijs ignoſcamus. **Sufferentes.** Id eſt,tolerantes. **Vos inuicem.** Id eſt infirmitates,et errores ueſtros communes,ſeu offenſiones mutuas **Condonantes.** Id eſt,remittentes mutuas offenſiones,ſeu iniurias,non exaggerantes leues calumnioſa interpretatione,non ꝓſequentes duriter grauiores. **Si quis.** Id eſt,ſi alius

lius alium offendit,aut iniuria aliqua affecit.Hu-
ius mutuæ & Chriſtianæ cōdonationis cauſæ ſunt
quatuor præcipuæ.Prima mandatum Dei. Secun-
da propria cuiuſq; infirmitas, et errata multipli-
cia, quæ et ipſa condonatione diuina opus habent.
Tertia, promiſsio diuinæ condonationis delictorū
noſtrorum, Matt.7.Remittite,et remittetur uobis.
Quarta comminatio pœnarum aduerſus duros et
implacabiles, Matth.18.Sic et pater meus cœleſtis
faciet uobis,ſi nō remiſeritis unuſquiſq; fratri ſuo
de cordibus ueſtris. Quemadmodum. Ab
exemplo Chriſti noſtra delicta nobis condonantis
gratuito,quod & nos imitari decet.Nam proponi
tur nobis Chriſtus dupliciter: Primum, ut donum
ſeu redemptio & ſanctificatio noſtra per fidem.
Deinde,ut exemplum uirtutum omnium,imprimis
uero manſuetudinis,ignoſcentiæ & lenitatis.Sic-
ut ipſe inquit Matth.11. Diſcite à me, quia mitis
ſum & humilis corde. Et 1. Petri 2.Chriſtus paſ-
ſus eſt pro nobis,relinquens nobis exemplum,ut ſe
quamur ueſtigia eius. Super omnia. Expoſitio
præcedentis admonitionis de comitate, et cæteris
uirtutibus. Quaſi dicat: Officia hæc ex charitate
præſtari uolo,id eſt,uerè,non ſimulatè,non ueſtrā
utilitatem ſpectantes,ſed uoluntatem Dei,& utili
tatem proximi, atque ſic de officiorum cauſa ſeu
uirtutum dictarum monet, quæ eſt ipſa charitas,
tum Dei tum proximi. Referendus eſt autem, ut
antè

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ante dictum eſt, accuſatiuus charitatē, ad uerbum præcedens, ſitis induti. **Quæ eſt vinculum.** Commendatio charitatis ab effectu, ꝙ uniuerſam Eccleſiam, et ſingula eius membra quaſi uinculum cōiungat inter ſe mutuis officijs et concordia, ſine quibus Eccleſiam diſsipari neceſſe eſt, ſicut corpus ſine ſpiritu et neruorum compagine, collabitur & interit. **Et pax Dei.** Admonitio de pace dei ſeu Chriſti, quæ eſt tranquillitas conſciētiarum de gratia, et fauore Dei erga nos, etiam cum affligimur. Hanc uult palmam ferre, hoc eſt, regnare in cordibus noſtris, et gubernare ea in certaminibus, ne de Dei erga nos paterna uoluntate dubitemus in malis. **In quam (pacem) vocati ſumus.** Id eſt, Ideo Deus uocauit nos in conſortium Eccleſiæ, ut ſtatuamus nōs ipſi placere propter filium, et condonare nobis peccata, ut conſolationem ac pacem retineamus erga ipſum. Deinde ut cum alijs etiam in pace uiuamus, tanquam membra in uno myſtico corpore compaginata, & coniuncta. **Vt grati ſitis.** Præceptum de gratitudine erga Deum pro beneficijs æternis & corporalibus, quam inprimis uult declarari officijs charitatis erga proximum, tolerando eius errores, et ignoſcendo offenſionibus, ut hac ratione pax conſeruetur in humana ſocietate, in qua tradi poſsit cœleſtis doctrina de beneficijs Dei, unde commodè exhortationem addit de ſtudio et tractatione uerbi Dei. **Sermo Chri ſti.**

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſti. Exhortatio ad frequentem & piam tractationem doctrinæ Chriſtianæ, & beneficia Dei perpetua commemoratione conſeruentur & celebrentur in Eccleſia, docendo, commonendo, precando, & pſallendo in publicis cœtibus. Sermo Chriſti. Id eſt, doctrina Chriſti reuelata per Chriſtum, Prophetas, & Apoſtolos, de gratuita remiſsione peccatorum, de pœnitentia, de fide, de inuocatione & præſentia Dei, de ueris cultibus Eccleſiæ, conſeruatione, & propagatione eius, de legitimo ac ſalutari uſu Sacramentorum, & reliquis locis ac articulis Chriſtianæ doctrinæ. Inhabitet. Id eſt, tractatio uerbi Dei ſit inter uos frequens, & quaſi domeſtica ac quotidiana. Opulentè. Id eſt, uarijs modis proponatur & exerceatur uerbum Dei, ut ſentiatis conſolationem & præſentiam ſpiritus ſancti, qui per uocem externam eſt efficax. Omni ſapientia. Id eſt, prudentia, ut tractatio uerbi Dei rectè inſtituatur, iuxta ſacram ſcripturã, ne ab analogia fidei diſcedat. Doceteq;. Expoſitio præcedentis præcepti, qua uarios modos tractandi doctrinam cœleſtem tradit, & Pſalmodiam Eccleſiæ præſcribit, commendat, & approbat. Docete. Id eſt, qui ſunt doctiores inſtituant, & doceant indoctos & rudes de omnibus articulis fidei. Et commonete. Alius alium ad ſtudium, ſeu exercitium uirtutis exhortamini. Cantionibus ſpiritualibus. Quæ

tradita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

traditæ & præſcriptæ ſunt in ſacris literis à ſpiritu ſancto per Dauidem, & alios, & ſpirituales affectus ſeu motus excitant in cordibus, ueram notitiam Dei, fiduciam erga ipſum, amorem & timorem. Spiritualibus. *Non mundanis, carnalibus, impudicis, & obſcœnis.* Cum gratia. *Id eſt, affectu cordis, ne ſit inane ac prophanum murmur, ſine uero motu cordis ac ſtudio ueræ pietatis.* In corde. *Id eſt, ut ſentiatis primùm ueros terrores ex agnitione iræ Dei aduerſus peccatum. Deinde ut concipiatis rurſum conſolationem per fidem ex hac tractatione uerbi Dei, iuxta illud: Fides eſt ex auditu.* Domino. *Addit cauſam pſalmodiæ Eccleſiaſticæ finalem, quæ eſt, ut in ea agnoſcatur & celebretur Deus, id eſt, omnipotentia eius, ſapientia & miſericordia exhibita humano generi in miſſo Filio. Commendat igitur hic & exigit Apoſtolus exercitium, & curam doctrinæ Dei in ſingulis, & conſeruationem publici miniſterij in Eccleſia, & Scholarum, in quibus rectè ac piè educatur iuuentus ad uſum Eccleſiæ. Idem monet dictum, quod apud Paulum ſequitur, ualde memorabile: Omne quodcunque facitis in uerbo, aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite, gratias agentes Deo patri per ipſum.*

OBIECTIONES QVATVOR.

I. *De uirtutibus Ethnicorum.*

Ethnici Philoſophi etiam tradiderunt præcepta de patientia, & cæteris virtutibus, de quibus hoc loco & alibi præcipit Paulus, easq́ multi præſtiterunt in vita, vt Socrates iniurias forti animo tulit &c.

Ergo doctrina & obedientia Chriſtianorum & Ethnicorum eadem eſt, & placuit Deo obedientia Ethnicorum.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia, primum magnum diſcrimen eſt inter uirtutes Ethnicas & Chriſtianas, quod ſumitur partim à cauſa efficiẽte, partim à cauſa finali. Quia uirtutũ Ethnicarum cauſa efficiens eſt ratio humana: finalis, propria utilitas & gloria. Virtutum Chriſtianarum cauſa efficiẽs eſt ſpiritus ſanctus, & charitas Dei & proximi. Cauſa finalis, uoluntas Dei, quam intuentur Chriſtiani, & præſtant obedientiam, ut Deo ſint grati. Deinde, Ethnici caruerunt fide in Chriſtum. Ideo obedientia eorum nõ placuit Deo, quia perſona placet tantum propter fidem & obedientiam. Sicut dicitur de Abel, Geneſ. 4. Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Tertio, diſcrimen eſt inter doctrinam Apoſtolorum & Ethnicorum,

quantum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

quantum ad materiam ſeu ſubiectum attinet, quia ethnici Philoſophi nihil tradunt de Euangelio, hoc eſt, de pœnitentia, de fide in Chriſtum, de patientia in cruce, de inuocatione, & expectatione diuini auxilij, de quibus omnibus diſertè præcipiunt libri Prophetarum & Apoſtolorum.

II. *De dilectione.*

Paulus vocat dilectionem vinculum perfectionis:

Ergo dilectione ſumus perfecti & iuſti coram Deo, non fide: aut certè partim fide, partim dilectione, quã fidem formatam vocant.

RESPONSIO.

Nego cõſequentiam. Quia eſt fallacia amphibologiæ. Paulus enim uocat charitatem uinculum perfectionis, id eſt, integritatis, non ſingulorum ſeu perſonæ, ſed uniuerſæ Eccleſiæ, quæ concordia & mutuis officijs charitatis conſeruatur, ne, ut corpus ſolutum neruis, labefactata dilabatur & intereat. Sola autem fide, & non dilectione ideo ſumus iuſti, quia fides apprehendit Chriſtum, non dilectio, quæ tamen iuſtitiam fidei, tanquam fructus, neceſſariò ſequitur.

III. *De certitudine uerbi* Dei.

Incerta non ſunt docenda.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Sacra ſcriptura eſt incerta, quia alij aliter eam poſſunt exponere: ſicut Arius aliter intellexit dicta de diuinitate Chriſti, quàm vera Eccleſia intellexit: et Papiſtæ aliter intelligunt dictum Pauli: Fide iuſtificamur, quàm nos illud intelligimus:

Ergo ſcriptura ſacra non eſt tradenda.

RESPONSIO.

Nego minorem. Quia ſcripturæ ſacræ eſt euidens certitudo, & perſpicuitas promiſſionis de filio Dei, & uoluntas Dei expreſſa eſt in lege & filio miſſo, ut de ipſa dubitari non poſſit, et ſi alicui uidetur incertitudo eſſe, ea dextra interpretatione & collatione aliorum locorum ſcripturæ facilè tollitur. Fit igitur per accidens, quòd quidam perſpicua & certa dicta ſcripturæ deprauant, & non rectè intelligunt, quia Diabolus multorum corda captiua tenet, & ſenſus excæcat, ut Euangelium (ut inquit Paulus) eis non illuceſcat, 2. ad Corinthios 4.

IIII. *De pſalmodia ſeu cantionibus Eccleſiaſticis.*

Paulus approbat & præcipit pſalmodiam ſeu cantiones Eccleſiæ:

Ergo approbat Turcarum & Papiſtarum cantiones, et horas (*ut uocant*) Canonicas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt fallacia à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter, quia Paulus non approbat in genere omnem pſalmodiam, ſed eam tantum quæ fit in ſpiritu, ſeu fide, hoc eſt, agnitione filij Dei. Sicut inquit Chriſtus: Veri adoratores Deum adorabunt in ſpiritu et ueritate, Ioan. 4 Non igitur approbat Deus Turcicas & hypocriticas cantiones, quas primũ non intelligunt. Deinde ſunt contumelioſæ in Deum, quia arbitrãtur ſe ijs mereri ex opere operato (ut uocant) remiſsionẽ peccatorum, contra doctrinã de iuſtitia fidei. Tertio, quia fiunt ſine uero motu cordis, de quibus inquit Chriſtus: Hic populus labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me, Matth 15. Eſai. 29.

DOMINICA SEPTVAgeſima, Epiſtola D. Pauli, de conſtantia retinenda in profeſsione doctrinæ Euangelij, et de exercitijs pietatis, quibus fides & cætera dona Dei conſeruantur & augentur in Eccleſia. I. Corinth I X. & X.

Tetraſtichon.

Abſtinet à cunctis, ſtadio qui currit, agendis,
Virtutis palmam, quo ferat ipſe, ſuæ;
Omnia ſic linquet, ueræ pietatis amore,
Qui ſibi conferri cœlica dona cupit.

Argumentum.

Hortatur hic Paulus Eccleſiam Corinthiorum, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

& omnes alias ad conſtantiam in profeßione do-
ctrinæ Euangelij, & diligentiam exercendi dona
Dei, q, nihil facilius ſit, quàm à uera doctrina rela
bi ad errores & uitia, uel per Diaboli aſtutiam,
uel ſecuritatem carnalem, & multiplicia mundi
delectamenta, unde & alibi monet, ne gratiam
Dei fruſtra acceperimus. Et Chriſtus Matt. 13. pa
rabola de quadruplici ſemine. Primum autem pro
ponit Apoſtolus exemplum in currẽtium ſtadio, q
quemadmodum illi omnibus reb. relictis, quæ impe
dire curſum poterũt, intentißime hoc unum agũt,
ut præmium propoſitum conſequantur: ita ad præ
mia cœleſtia obtinenda omnes ſeduli et uigilantes
eſſe debent. Deinde proponit exemplum ſuæ dili-
gentiæ, et exercitiorum in coercenda carne, quod
uult intueri & ſequi omnes in refrenandis car-
nalibus concupiſcentijs, quæ ſtudium pietatis im-
primis impediunt. Tertio deterret à ſecuritate &
peccatis, ab exemplo Iſraelitarum, quorum cum
tot millia ex Aegypto liberati exierint, duce Mo-
ſe, duo tamen ſolum, Caleb & Ioſue, in terram pro
miſſam peruenerunt, cæteri omnes interfecti ſunt
à Deo propter incredulitatem, inobedientiam, ido
lolatriam, ocium, libidinem, & cætera peccata,
quæ Apoſtolus ordine recenſet in accommodatio-
ne exempli.

EPISTOLA, 1. Corint. 9. & 10.

AN neſcitis, quod qui in ſtadio cur-

 runt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

runt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit præmium? Sic currite, vt cõprehẽdatis. Omnis autem qui certat, per omnia temperans eſt. Illi quidem igitur, vt perituram coronam accipiant, Nos autem, ut æternam. Ego itaq; ſic curro, vt non in incertum, ſic pugilem ago, non velut aërem feriens: Verum ſubijcio corpus meum, & in ſeruitutẽ redigo, ne quo modo fiat, ut cum alijs prædicarim, ipſe reprobus efficiar. Nolim autem vos ignorare fratres, ꝙ patres noſtri omnes ſub nube erant, et omnes per mare tranſierunt, & omnes in Moſen baptizati ſunt in nube & in mari, & omnes eandem eſcam ſpiritualem comedebant, et omnes eundẽ potum ſpiritualem bibebãt, Bibebant enim de ſpirituali, quę illos comitabatur, petra, petra verò fuit Chriſtus. Sed plures illorum non approbauit Deus, proſtrati enim ſunt in deſerto.

EXPLICATIO TEXTVS.

An neſcitis. *Propoſitio exhortationis. Incepiſtis quidem credere Euangelio, ſed eſtote nunc conſtantes & diligentes in eius profeſſione, nec ſinite uos ullo modo a uera doctrina abduci, uel pe-*

ricu

*ricula,uel mundanis concupiſcentijs,perſuaſi,re-
ſtare nobis æterna præmia ueſtri certaminis, quæ
per fidem in Chriſtum certo conſequimini, modo
perſeuerabitis in tradita doctrina, et exercitijs
pietatis. Sumit autem occaſionem huius generalis
exhortationis ex commẽdatione ſeu ꝓfeßione ſuæ
fidei ac ſedulitatis in prædicando Euangelio,et ex
pectatione promißi præmij, Vbi inquit inter cæte
ra:* Omnibus factus ſum omnia, ut omnino aliquos
ſeruem, hoc autem facio propter Euangelium , ut
particeps illius fiã,hoc eſt,ut cõſequar et ipſe præ
mia æterna,propoſita ijs in Euangelio,qui in com
miſſa uocatione ſunt ſeduli ac fideles. **An neſci
tis,** *Communicatio,qua ab uſitato et noto omnibus
id temporis more,celebrandi certaminis Olympia
ci,attentos reddit & dociles. Q.d.Non ignota uo
bis præcipio ac propono de ſedulitate et cõſtantia
præſtanda in confeßione Euangelij,ut præmia ꝓ-
miſſa conſequamini,nam ipſi ſcitis conſuetudinem
certaminum ueſtrorum,in quibus nemo coronatur
niſi legitimè certauerit.* **Quòd q in ſtadio.**
*Comparatio ſumpta à ludis Olympiacis ab Hercu
le inſtitutis in Græcia , in quibus certare curſibus
ſolebant, propoſito uictori præmio, quod qui pri-
mus metam attigerat,conſequebatur. Vt autem a-
giliores eſſent,uarijs ſeſe exercitijs præparabant
ad futurum certamen, moderatione cibi ac potus,
unctionibus , et abiectione omnium impedimento-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

rum. Earum ſedulitate, cura et ſtudio uult ut piſ utantur in ſua uocatione, ut præmia uera & æterna conſequantur. In ſtadio. Stadium ſpacium uocatur ſexcentorum pedum, uel (ut Gellius ſcribit) paſſuum quingentorum & uiginti quinq;, hoc eſt, circiter octauam partem miliarij, quantum ſpacium dicitur Hercules uno ſpiritu ſeu anhelitu celerrimo curſu quaſi tranſuolaſſe: ita dictum à ſtando, q; eo ſpacio confecto Hercules ſubſtiterit. Hic autem Apoſtolus per ſimilitudinem ſtadium uocat curſum cuiuſq; uitæ ſeu uocationis. Præmium intelligit promiſſa bona corporalia, ut felices ſucceſſus: & ſpiritualia, ut remiſsionem peccatorum, iuſtitiam & hæreditatem uitæ æternæ, quibus ornabuntur, qui ſtadium ſeu curſum ſuæ uitæ ac muneris ſedulo & piè confecerint. Currit in hoc ſtadio, qui diligens eſt in præſtandis officijs, & exequendis miniſterijs, difficultates ſuſtinet ac tolerat in uocatione patienter. Indicat autem Apoſtolus uerbo currendi duo. Primum ſedulitatem & laborem in uocatione. Secundo progreſſum, quorum utrunq; et Chriſtus requirit in Euangelio Matth. 13. cum inquit: Habenti dabitur. Item: Videte quomodo audiatis. Et Luc. 10. Qui poſuit manum ſuam ad aratrum, non reſpiciat. Sed Vnus. Hic eſt diſsimilitudo in præmio, quod unus tantum in certamine Olympiaco accipiebat, etiamſi alij quoque honeſtè cucurriſſent. Sed in hoc ſpirituali certami

ne

ne præmium accipiunt omnes,qui ſuo loco diligentes ſunt pro uirili in uocatione. Sic currite. Propoſitio exbortationis. Currite. Id eſt,uigilantes ac ſeduli eſtote in uocatione ueſtra,& profeßione Euangelij conſtantes, proficite in agnitione Dei,& alijs exercitijs uirtutum omnium. Vt comprehendatis. Scilicet præmium ſeu remunerationem , ne ſubſiſtite in curſu diffidentia & difficultatibus ſuccumbentes. Omnes autem. Admonitio de præparatione ad certamen , hoc eſt,ad tolerandas difficultates,quæ multiplices cuique occurrunt in ſuo munere. Reddūtur autem tolerabiliores cogitatione futuri præmij,et inuocatione.Sicut dicitur in Pſalmo:Commenda Domino uias tuas,& ipſe faciet. Per omnia temperans eſt. Id eſt,perfert et ſuſtinet omnia,uel præparat ſe ad certamen ſobrietate,et alijs exercitijs ut ſit ad curſum ſeu pugnam melior et agilior. Sic etiam opus eſt diſciplina,ut caro ſpiritui ſubijciatur,et ad intentionem mentis, inuocationem et alios cultus Dei ſimus aptiores . Illi. Antitheſis ſeu collatio præmij, quod certātibus in ludis Olympicis terrenum & caducum proponebatur . Sed ijs, qui ſunt diligentes in uocatione ſua, et conſtantes in profeßione Euangelica , proponuntur æterna præmia,remißio peccatorum,iuſtitia,et uita æterna. Ego itaq; ſic. Ab exemplo ſui curſus ſeu ſedulitatis , & certitudine ſibi propoſiti præmij,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

hortatur alios ad ſimilem ſedulitatem, & exercitia pietatis Q. d. Me intuemini, et exemplum ſumite à me et diligentiæ et conſtantiæ, et præmia expectate à Deo promiſſa. Itaq;. Quia certo ſcio æterna præmia reſtare mihi poſt hanc uitam, et in hac uita etiam multa commoda, felicitatem, ſuc‑ceſſum bonum, defenſionē etc. Curro. Id eſt, fungor meo miniſterio docendi Euangelij. Vt non in incertum. Quaſi dubitem de præmio, et præſentia et auxilio Dei in uocatione, ſcio me certo conſequuturum hæreditatem uitæ æternæ promiſſam perſeuerantibus in profeßione ueræ doctrinæ & pijs exercitijs. Iuxta illud: Beatus qui perſeuerauerit uſq; ad finem. Hac promißione auxilij & cōſolationis ſuſtento me in ærumnis, quarum portum proſpicio in uita æterna Sic pugilē ago. Id eſt, ita certo, pugno ſeu dimico, et annitor in uocatione mea. Significat hic opus eſſe magna dimicatione, et diligentia in uocatione, cum tot ſunt impedimenta et illecebræ, quæ homines à ſtudio pietatis auocant, et Diabolus in hoc imprimis ſit intentus, ut ſecuros reddat et negligentes: ſicut Chriſtus teſtatur de domo ocioſa ſeu purgata, quam ſeptē mali ſpiritus peiores priori occuparunt, Lucæ 11. Velut aerem feriens. Prouerbialis locutio, pro eo, quod eſt, inanem operam ſumere, et fruſtra conari. Teſtatur autem Deum laboribus ſeu conatibus piorū adeſſe, dare bonos ſucceſſus, cum ſunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

diligentes in uocatione, et auxilium Dei implo-
rant et expectant fide. Verum. Expoſitio ſuæ
diligentiæ et exercitiorum, quibus ſeipſum ad pie-
tatem aſſuefacit. Eſt igitur locus de diſciplina, quæ
etſi uitam æternam nõ meretur, tamen neceſſaria
eſt et utilis ad diligentiam in uocatione præſtan-
dam, et reprimendam ferociam carnis reluctantis
contra ſpiritum. Subijcio. Id eſt, cohibeo et re-
primo carnales concupiſcentias, et adigo ad obedi
entiam carnem exhibendam ſpiritui, refreno libi-
dinem et prauos affectus uarijs exercitijs, ieiunio,
laboribus, precibus, lectione & meditatione uerbi
Dei, et ſimilibus. Ne quo. Ratio ſumpta à cauſa
finali, uidelicet à profectu & propagatione Euan
gelij. Ne quo. Id eſt, ne miniſterium meum præ-
dicandi Euangelium uituperetur, propter uitã diſ
ſentientem à doctrina, iuxta illud: Turpe eſt docto
ri, cum culpa redarguit ipſum. Vnde ad Titum 1.
recenſens uirtutes Epiſcopi, inquit: Oportet Epi-
ſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem,
non ſuperbum, non iracundum, non uinolentũ etc.
Nolim autem. Ab exemplo Iſraelitarum, qui
in deſerto defecerunt à uerbo Dei, & uarijs ſeſe
contaminarunt peccatis, hortatur et gentes et Iu-
dæos ad perſeuerantiam in uera doctrina Euange
lij, et ad uerum ſtudium pietatis, et ualet argumen
tum à minori ad maius: Si Deus ſuum populum ele
ctum reiecit propter peccata & inobedientiam:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Quantó magis gentes reijciet, qui populus Dei nō fuerunt, ſed ijſdē ſe peccatis, quibus Iſraelitæ, polluerint. Sicut & ad Roman. 10. inquit: Si Deus naturalibus ramis (Iudæis) non pepercit, nec inſititijs (gentibus) parcet. **Nolim.** Reddit attentos, & excitat ad conſiderationem exempli, quo Deus tā horribiliter puniuit peccata etiam in ſuo populo. **Fratres.** Conciliat beneuolentiam appellatione fratris, qua fraternum ſuum amorem teſtatur & erga gentes, & Iudæos, quorum ſalutem omnium communiter expetit, ſicut inquit ad Romanos capite 10. de Iudæis: Voluntas cordis mei & obſecratio ad Deum ſit pro illis (Iudæis) in ſalutem. **Patres.** Id eſt, Iſraelitæ ſeu Iudæi, qui ab Abraham et duodecim Patriarchis, filijs Iacob, originem duxerunt, & nati ſunt iuxta carnem **Sub nube.** Exodi 13. & Nume. 9. **Sub nube.** Id eſt, deſenſi ſunt à Deo, & quaſi obumbrati nube, & ducti à nube, ſicut inquit Moſes, Exod. 13 Dominus autem præcedebat eos, ad oſtendendum uiam per diem, in columna nubis, et per noctem in columna ignis, ut dux eſſet itineris utroque tempore. **In Moſen baptizati.** Exod 14. ubi Angelo ſequente, Iſraelitæ gradiuntur per medium maris, duce Moſe. **In Moſen.** Id eſt, in legem Moſaicam, & eius obſeruationem. Nam legislatorem pro lege poſuit, per Antonomaſiam. **Baptizati ſunt.** Significat hic Paulus egreſſum Iſraelitatarum

tarum per mare rubrum, fuiſſe figuram noſtri Baptiſmi. Nam ſicut nubes & cætera miracula exhibita in deſerto Iſraelitis, teſtantur hunc populũ eſſe Deo curæ, defendi & diligi à Deo: ita etiam noſter Baptiſmus ſignaculum eſt gratiæ Dei erga nos. Eſt igitur ſacramentorum Veteris & noui teſtamenti eadem ſignificatio, energia, & finis. Eandem eſcam. *Id eſt, Manna, Exod. 17. & Numeri 20. Præfigurabat autem Manna conſolationem ſpiritualem, & corpus Chriſti in Cœna, cuius collationem Chriſtus facit, Ioannis 6.* Spiritualem. *Id eſt, quæ ſignificabat Chriſtum uenturum.* Bibebant. *Id eſt, conſolabantur ſe fide in promiſsionem de uenturo Meſsia, & ſuſtinebant patienter ærumnas itineris longi & difficilis.* Quæ illos comitabatur. *Id eſt, Chriſtus ſeu filius Dei adfuit Iſraelitis in egreſſu, defendit eos, & dux & gubernator totius itineris fuit, & periculorum, quod Iacob teſtatur in ſua benedictione, Geneſis 48. ubi inquit: Angelus, qui me eruit de cunctis malis (qui fuit filius Dei omnipotens) benedicat pueris iſtis.* Petra autem fuit. *Id eſt, ſignificauit Meſsiam uenturum, in quem promiſſum redemptorem crediderunt patres Veteris teſtamenti, atq; hac ſua fide in exhibendum Meſsiam ſaluati ſunt, ſicut nos ſaluamur per fidem in exhibitum iam, crucifixum & reſuſcitatum à morte, ſedentem nunc & regnantem ad de-*

xteram

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

xteram patris. Sed plures. Addit cauſam reie-ctionis maximæ partis populi Iſraëlitici, quæ fuit eorum inobedientia, idololatria, libidines, & alia peccata, quæ Deus in ſuo populo horribiliter puniuit. Ergo etiam in cæteris gentibus puniet, quæ nõ agent pœnitẽtiam. Nam Deus (ut inquit Pſalmus) non eſt uolens iniquitatem, unde addit Apoſtolus, non fuiſſe probatos à Deo, hoc eſt, Deum non habuiſſe uoluntatem ſeu delectationem in peccatis, non approbaſſe eorum ſtudia & mores.

OBIECTIONES quatuor.

I. De exercitijs, & incrementis donorum.

Inquit Paulus: Deus dat vnicuiq; dona, vt ipſe vult, iuxta menſuram fidei. Ergo exercitijs ſeu diligentia non augentur dona.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt fallacia à non ſufficiente cauſa. Nam etſi Deus eſt principaliter autor donorum, tamen requiritur etiam noſtra uoluntas accipiens dona, & diligentia & exercitia, ut audiamus uerbum Dei, exerceamus et tueamur dona, ſicut inquit Paulus: Videte, ne gratiam Dei fruſtra acceperitis. Et Chriſtus: Habenti, id eſt, exercenti dona, dabitur, hoc eſt, augebuntur dona. Et Diuus Auguſtinus rectè dixit: Dilectio mere-

tur

tur augeri dilectione; & in genere habitus firmantur, & augentur exercitijs, iuxta uerſiculum Ouidij:

Vidi ego quaſſatas mota face, creſcere flammas:
Et uidi, nullo concutiente, mori.

II. *De præmijs.*

Deus gratis dat nobis ſua beneficia:
Ergo pręmium non eſt expectandum propter obedientiam, quam Deo debemus.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt fallacia à non ſufficientibus cauſis, quia gratuita donatio non excludit expectationem bonorum, quæ Deus promiſit obedientibus, ſed opinionem meriti: quia obedientia non eſt integra, dat tamen Deus nobis remunerationem, quia obedientia placet propter fidem, & uult Deus exerceri in nobis expectatione corporalium bonorum, fidem, & excitari inuocationem.

III. *De dicto Pauli: Omnes in Moſen baptizati ſunt.*

Baptizari in aliquem, eſt propter eum iuſtificari, & expectare uitam & cõſolationem. Sicut inquit Paulus, Nos baptizatos eſſe in Chriſtum, *Galat. 3.*

Iſraeli-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Iſraelitæ baptizati ſunt in Moſen:
Ergo per Moſen ſaluati ſunt.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt fallacia æquiuocationis. Nam baptizari in Moſen, hic ſignificat, Iſraelitas fiducia uerborum ſeu promißionis Moſi ſeſe aquis commiſiſſe, et mare rubrum tranſiſſe incolumes, qui tranſitus mortificationem & uiuificationem, quæ fit in baptiſmo & pœnitentia, ſignificauit.

IIII. *De dicto: Omnes eandem eſcam ſpiritualem comedebant.*

Credentes in Chriſtum ſaluantur.
Iſraelitæ omnes in Chriſtum crediderunt. Quia Apoſtolus inquit: Omnes eandem eſcam ſpiritualem comediſſe:
Ergo omnes ſaluati ſunt.

Reſpōdeo ad maiorem, per diſtinctionem: Vſq; ad finem perſeuerantes, non deficientes à confeſſione doctrinæ, ſaluantur. Iſraëlitæ autem defecerunt à fide, ideo reiecti ſunt. Teſtatur igitur hoc exemplum excuti et amitti ſpiritum ſanctum, gratiam Dei, & fidem, per peccata, quæ fiunt contra teſtimonium conſcientiæ. Vnde inquit Apoſtolus: Qui ſtat, uideat ne cadat.

DOMI-

DOMINICA SEXAGE-
ſima, Epiſtola S. Pauli, de uarijs eius periculis, laboribus, ærumnis & perſecutionibus, quas propter confeßionem Euangelij ſuſtinuit.
II. Corint. XI. & XII.

Tetraſtichon.

Quanta Dei ó miles toleras certamina, Paule,
Vt Chriſti paßim dogmata præco ſones?
Sancta tua eſt falſos contra iactantia fratres,
Dum mala fers, Chriſti nomine, tanta, tui.

Argumentum.

Narratio eſt perpetua hiſtorica, qua Diuus Paulus primum generis ſui nobilitatem et uocationem ad Apoſtolatum commendat. Deinde pericula ſua, & uarias ærumnas ac perſecutiones, quas in miniſterio docendi Euangelij tum inter gentes, tum Iudæos perpeſſus eſt, pluribus commemorat, ut autoritatem & fidem ſuæ doctrinæ conciliet, contra calumnias & uituperationes pſeudapoſtolorum, qui Paulum abſentem apud Corinthiorum Eccleſiam contemptum & exoſum reddere conabantur, & derogare autoritati eius doctrinæ, quod Apoſtolus non eſſet ab ipſo Chriſto uocatus, ut alij duodecim, ideo eius doctrinæ non eſſe aſſentiendum de gratuita iuſtitia fidei propter Chriſtum, ſine circumciſione & operibus legis. Nam pſeudapoſtoli contenderunt, præter fidem

in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

in Chriſtum, requiri etiam ad ſalutem obſeruatio-
nem legis Moſaicæ, et gentes non eſſe recipiendas
in Eccleſiã dei, niſi circumciſas. Hanc calumniam
& falſam doctrinam pſeudoapoſtolorum ut diluat
Apoſtolus, et oſtendat ſe uera docere, & uocatum
eſſe ad munus Apoſtolicum diuinitus, recenſet lon
ga commemoratione ſua pericula & ærumnas, tã
quam certiſsima teſtimonia cœleſtis ſuæ doctrinæ
et uocationis, propter cuius confeſsionem tanta pe
ricula, tot labores ac ærumnas ſuſtineat.

EPISTOLA, 2 Corinth. 11. & 12.

LIbenter enim ſuffertis inſipientes,
cùm ſitis ſapiẽtes. Suffertis enim ſi
quis vos in ſeruitutẽ adigit, ſi quis ex
dit, ſi quis accipit ſi quis attollit ſeſe, ſi
quis vos in faciem cædit, iuxta contu
meliã loquor: perinde quaſi nos infir
mi fuerimus. Imo in quocũq; audet al
quis (per inſipiẽtiam loquor) audeo &
ego. Hebræi ſunt, ſum & ego. Iſraelitæ
ſunt, ſum & ego. Semen Abrahę ſunt
ſum & ego. Miniſtri Chriſti ſunt (de
piens loquor) excellentius ſum ego, in
laboribus copioſius, in verberibus ſu
pra modũ, in carceribus abundantius
in mortibus frequẽter. A Iudęis quin
quies

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

quies quadragenas plagas,vna minus, accepi: Ter virgis cæſus fui, ſemel fui lapidatus, ter naufragiũ feci, noctem ac diem in profundo egi, in itineribus ſæpe, in periculis fluminum, periculis latronum,periculis ex genere, periculis ex gentibus,periculis in ciuitate, periculis in deſerto,periculis in mari,periculis inter falſos fratres, in labore & moleſtia,in vigilijs ſæpe,in fame & ſiti,in ieiunijs ſæpe, in frigore & nuditate,præter ea,quæ extrinſecus accidũt, incumbens mihi quotidiana cura omnium Eccleſiarũ.Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Quis offenditur, & ego non vror? Si gloriari oporteat, de his quæ infirmitatis meæ ſunt, gloriabor. Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt laudandus in ſecula, nouit, quòd non mentiar. In Damaſci ciuitate gentis præfectus,nomine Aretæ regis, excubias poſuerat in Damaſcenorum urbe, cupiens me comprehendere, ac per feneſtram in in ſporta demiſſus fui per mœnia: effugiq; manus eius. Gloriari ſanè non expedit mihi. Veniam enim ad viſio-

nes et reuelationes Domini. Noui hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, an in corpore, neſcio: an extra corpus, neſcio, Deus nouit: raptũ huiuſmodi in tertium uſque cœlum. Et ſcio huiuſmodi hominem (an in corpore, an extra corpus, neſcio, Deus nouit) raptum fuiſſe in Paradiſum, & audiſſe arcana uerba, quæ fas non ſit homini loqui. Super huiuſmodi homine gloriabor, de meipſo uerò non gloriabor, niſi ſuper infirmitatibus meis. Nam ſi uoluero gloriari, non ero inſipiens, veritatem enim dicam, ſed parco uobis, ne quis de me cogitet ſupra id quod uidet eſſe me, aut quod audit ex me. Et ne excellẽtia reuelationũ, ſupra modũ efferrer, datus fuit mihi ſtimulus per carnem, nuncius Satanæ, ut me collaphis cæderet, ne ſupra modũ efferrer. Super hoc ter dominũ rogaui, ut diſcederet à me: & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nam uirtus mea per infirmitatẽ perficitur. Libẽtiſſime igitur gloriabor potius ſuper infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Chriſti.

EXPLICATIO TEXTVS.

Liben-

Libenter enim. *Inſinuatio eſt ad ſequentem ſui commendationem, & carnalem, ut uideri poterat, & inanem gloriationẽ de nobilitate generis, de periculis et ærumnis, quas ſuſtinuit propter cõfeßionem Euangelij. Hac inſinuatione, quaſi ironia, ideo utitur, ut ſe quoq; æquo animo de ſuis uirtutib. gloriantẽ ferant Corinthij, cum pſeudapoſtolos tanta patientia tolerent, idq; uanè gloriantes de ſe ipſis, falſè docentes & defraudantes Corinthios, ſua querentes cõmoda, non Eccleſiæ. Eſt aũt addendus proximè præcedens textus, nam ex hoc intelligitur inſtitutũ & cauſa finalis, cur Apoſtolus de ſuis uirtutibus, uocatione, cõfeßione, et ærumnis glorietur, uidelicet ut inanẽ gloriationem pſeudapoſtolorũ refutet, & ſuam uocationem & fidelitatem in miniſterio Euangelij Corinthiorum Eccleſiæ commendet. Eſt aũt hic textus:*

Iterum dico, ne quis me putet inſipientem eſſe, alioquin & iam ut inſipientem accipite me, ut paululum quiddã & ego glorier. Quod dico, non dico ſecundum Dominum, ſed uelut per inſipientiam in hoc argumento gloriationis. Quãdoquidẽ multi gloriantur ſecundum carnem, & ego gloriabor.

Libenter enim ſuffertis. *Id eſt, toleratis patiẽter inter uos pſeudapoſtolos, qui multis modis uos grauant, decipiunt & illudunt, ſua impu-*

denter iactantes, ergo etiam me ueſtrum Apoſto-lũ ferte uera prædicantem, quæ & geßi & paſſus ſum propter Euangelium. Videtur autem alludere ad regum, potẽtum, et ſapientum hominum morẽ, qui homines ſtultos et moriones apud ſe alũt oble-ctandi cauſa. Q. d. Quia uultis haberi ſapientes, ideo pſeudapoſtolos ſtultè & ineptè gloriantes to leratis, ergo etiam me ferte, illorum exemplo glo-riantem. Auguſtinus intelligit ironicè in eandem ferè ſententiam: Quia putatis uos eſſe ſapientes, cũ ſitis inſipientes, ideo non eſt mirum, ſi ſuſtinetis pſeudapoſtolos, qui ſtultè partim lege, partim fide hominem iuſtificari docent. Nam ſimiles ſimilium commercio et præſentia delectantur. Suffertis enim. Aetiologia, qua exponit per enumeratio-nẽ, quæ indigna Corinthij patiẽter tolerent à pſeu dapoſtolis, non aliter ꝙ reges morionum illuſiones æquo animo ferunt, et riſu excipiunt. Si quis vos in ſeruitutem adigit. Primo taxat im-piam doctrinam pſeudapoſtolorum, ꝗ ſua prædica tione de obſeruanda circumciſione, et alijs ceremo nijs Moſaicis, in ſeruitutem redigunt Corinthios contra libertatem Chriſtianam. Suffertis. Id eſt, fertis patienter uobis imponi onus legis Moſaicæ, à quo ego docui uos eſſe liberatos per Chriſtum. Si quis exedit. Secundo oſtendit, pſeudapoſto-los ſua commoda quærere, non Corinthiorum uerã inſtitutionem, aut ſalutem. Exedit. κατεσθίει Id eſt,

Quatuor uitia pſeu dapoſtolo rum.
1. Impia doctrina.
2. Auari-tia.

eſt, deuorat, abſumit cibos, et opes ueſtras. Si qs accipit. Λαμβάνει. Scilicet munera ueſtra. Si quis attollit. Tertium uitium pſerdapoſtolorũ, arrogantia, qua alios præ ſe contemnunt, ſua immodicè iactãtes. Si quis in faciem. Quartum uitiũ tyrannis, ſeu ſæuities contra infirmos, quos, ut maiorem autoritatẽ ſibi conciliarent pſeudapoſtoli, duriter acceperunt, torquentes et excruciantes excommunicationibus, et aliis pœnis. Alij referunt ad contumeliam, qua pſeudapoſtoli affecerũt Corinthios, obijciẽtes ipſis ignobilitatem generis, idololatriam, et alia uitia gentium. Iuxta contumeliam. Addit cauſam finalem, cur commemoret opprobria et iniurias, quas Corinthij patiuntur æquo animo à pſeudapoſtolis, uidelicet, ut hac commemoratione ignominiæ quaſi rubore ſuffuſi reſipiſcant, et dimittant à ſe pſeudapoſtolos. Alij de ipſo Apoſtolo intelligunt, in hanc ſententiam: Quod rogo uos, ut me feratis quoq; gloriantẽ de me ipſo: eſt mihi quidem contumelioſum, et turpe, quia ego uos infirmos ferre debebã, utpote doctor et Apoſtolus ueſter, maioribus donis ornatus à Deo, q̃ uos: Sed cogor de me ipſo gloriari apud uos, propter arrogantiam pſeudapoſtolorum, unde addit: Sed hæc loquor perinde quaſi nos infirmi fuerimus, hoc eſt, rogo à uobis, ut me gloriantem æquo animo patiamini, nõ q̨ reuera infirmus ſim, & delecter hac mea gloriatione, qua inuitus utor,

3. Superbia.

4. Tyrannis.

ſed fingo me infirmũ,ut pſeudapoſtolorum inanem gloriationem refutem uera prædicatione mearũ rerum geſtarum. Alij ſubintelligunt,iuxta contumeliam,uel,ut uetus textus habet,iuxta ignobilitatem loquor, hoc eſt, primum gloriabor de generis mei nobilitate,quam pſeudapoſtoli falſó apud uos traducunt & calumniantur. Perinde quaſi. *Id eſt,ita deformant nos (me Paulũ & Barnabã) propter generis ignobilitatem,quaſi nos fuerimus infirmi,hoc eſt, ignobiles,non à patribus, ut ipſi, prognati:uel,gloriabor ita de generis mei nobilitate,quaſi & nos ſimus infirmi, hoc eſt,cupidi inanis gloriæ, ſicut pſeudapoſtoli. In ueteri textu additur (in hac parte) id eſt,argumẽto gloriãdi. q. d. poſſumus et nos gloriari de nobis ipſis, nõ enim ſumus infirmi,hoc eſt, nõ deſtituimur materia gloriãdi, undè cõmode ſequitur correctio: Imo,q. d. nõ ſolum ſumus pares in omnibus pſeudapoſtolis, ſed etiã in nõnullis ſuperiores.* Imò in quo. *Antitheſis, qua primum contra pſeudapoſtolorũ gloriationẽ de generis nobilitate, oſtẽdit ſe quoq; ex ijſdem maioribus,Abrahã & eius poſteris natũ. Nihil ergo eſſe, cur hoc nomine ſibi præferendi ſint pſeudapoſtoli.* Audet. *Scilicet gloriari.* Per inſipientiã. *Occupatiuncula qua ſuſpicionem arrogantiæ amouet.Nam ſignificat ſtultam & carnalem gloriationem eſſe de generis nobilitate, ſed ad eam ſe cogi arrogantia pſeudapoſtolorum*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

lorum. Audeo & ego. Scilicet gloriari. Hebræi, Iſraëlitæ, ſemẽ Abrahæ ſunt. Id eſt, gloriantur ſe eſſe pſeudapoſtoli Sum & ego. Scilict Hebræus, Iſraelita, ſemen Abrahæ, id eſt, ex poſteritate Abrahæ, natus ex tribu Benjamin. Hebræi dicti ſunt ab Hebar filio Sale, Geneſis cap. 10. & primo Paralippomenon 5. Iſraelitæ, ab Iſrael, id eſt, Iacob patriarcha, 2 Regum 3. Miniſtri Chriſti. Secunda gloriatio Apoſtoli, ſumpta ab eius officio, quam auget per collationem, quod & ipſe, ſicut cæteri Apoſtoli, ſit miniſter Chriſti, ſed qui ſeruiat in prædicatione Euangelij multó copioſius, & maiori cum fructu & fide, quàm alij omnes. Deſipiens loquor. Iterum occurrit obiectioni de arrogantia in gloriando ſeu præferendo ſe alijs Apoſtolis omnibus, & reſpexit ad illud, quod antea dixerat: Non loquor ſecundũ Dominum, ſed uelut in inſipientia. Sunt autem duæ præcipuæ cauſæ, cur de noſtris donis ipſi gloriari non debeamus. Prior, quia Deus eſt autor donorum. Altera, quia dona ſunt imperfecta. Excellentius ſum ego. Collatio, Id eſt, plus laboraui, & duriora perpeſſus ſum in miniſterio Euangelij, quam alij oẽs, qui magnificè ſe extollũt in miniſterio, & me præ ſe contemnunt. In laboribus. Congeries prolixa eorum, quæ Diuus Paulus & perpeſſus eſt, & fecit in miniſterio, & confeſſione Euangelij. Eſt

autem hæc longa commemoratio laborum, pericu-lorum & afflictionum Pauli, expoſitio præceden-tis dicti, qua ſe excellentiorem miniſtrum Chriſti gloriatus eſt, contra pſeudapoſtolos. In labori-bus. *Generalis propoſitio: Plus et feci et perpeſ-ſus ſum, q̃ alij omnes, quam diſtributione explicat.* In laboribus. *Vel corporis, uel manuũ, quibus Paulus ipſe ſibi uictum quæritauit, ne Eccleſijs eſ-ſet oneri, Act. 20. 1. Corint. 4. 2. Theſſa. 4. Vel ani-mi, id eſt, anxietatibus et cruciatibus conſcientiæ.* Supra modum. *Id eſt, eximiè, & ſupra quàm credi poßit.* In mortibus. *Id eſt, in periculis mortis uarijs.* A Iudæis quinquies. *Actor. 16. Philippis ciuitate Macedoniæ, unà cum Sila. Meminit, & 1. Theſſa. 2. & ad Philip. 1.* Qua-dragenas plagas. *Id eſt, unoquoque tempore quadraginta, una minus, hoc eſt, triginta nouem, iuxta numerum præſcriptum Deuteron. 25. ubi di-citur: Pro menſura peccati erit & plagarum mo-dus, ita tamen, ut quadragenarium numerum non excedant, ne fœdè laceratus ante oculos tuos obe-at frater tuus. Valla latinius dictũ putat: Quin-quies undequadraginta plagas accepi, pro qua-dragenas.* Ter uirgis cæſus. *Actor. 16.* Se-mel lapidatus. *Lyſtris ciuitate Lycaoniæ. A-ctor. 14.* Ter naufragium feci. *Actor. 27.* In profundo egi. *Videlicet maris. Nam tra-dunt D. Paulum lapſum in mare, diem ac noctem*

in pro-

in profundo eius tranſegiſſe, Vnde poſtea ſicut Io-
nas è uentre ceti, & Iſraelitæ ex mari rubro, mi-
rabiliter à Deo liberatus ſit. In itineribus ſæ-
pe. Varia pericula commemorat, quæ amplificat
à circunſtantijs locorum et perſonarum. In peri-
culis latronum. Quos Iudæi ſæpe clanculum
conſtituerunt, ut Paulum interficerent, ſed Deus
protexit eum, ut non ſit occiſus, antequam curſum
ſuæ uitæ ac muneris abſolueret. Ex genere. Ge-
nus intelligit non cognatos ſuos, ſed gentem Iudai-
cam, à quibus natus eſt, cui mox gentes opponit.
Inter falſos. Sic uocat falſos Chriſtianos, qui ſe
fingebant diſcipulos Chriſti, cum non eſſent, quia
partim ex lege, partim ex fide in Chriſtum iuſtitiã
prædicabant. Ab his plus periculi eſt Eccleſiæ, q̃
ab ijs, qui ex profeſſo hoſtes ſunt Chriſti, & ueræ
doctrinæ. In labore. Vt manuum, ſtudij, prædica-
tionis. In moleſtia. Id eſt, ærumna: Hoc addit,
ut ſignificet laborem fuiſſe ſibi ærumnoſum, et mo-
leſtia plenum. Nam Græca uox, μόχθος ſignifi-
cat laborem, qui difficultatem et moleſtiam coniun-
ctam habet, non qualis eſt labor, unde expectatur
delectatio uel utilitas. In uigilijs. Quæ partim
neceſſariæ fuerunt in adminiſtrando rectè com-
miſſo munere, partim ſponte ſuſceptæ propter ora-
tionem ac ſtudium diſcendi. In fame & ſiti. Id
eſt, ex rerum inopia, qua ſæpe laborauit Apoſto-
lus. In ieiunijs. Sponte ſuſceptis ad ſubijcien-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

dum corpus ſpiritui. Iuxta illud, 1. Corinthios 9.
Sugillo corpus meum, & in ſeruitutem redigo.
In frigore. Actor. 28. cum Romam proficiſcẽs
ad Cæſarem, in Inſula Mitylene ſarmenta colligit
ut ſe calefaciat. **Quæ extrinſecus.** Præter
illa pericula & ærumnas, quas in corpore ſuſti-
neo. Eſt aũt tranſitio à periculis corporalibus ad
ſpirituales moleſtias, ſeu animi, quæ corporis mo-
leſtijs ſæpe ſunt difficiliores & maiores. **Quo-
tidiana cura.** Id eſt, perpetua ſolicitudo pro
Eccleſijs omnibus, ne à tradita doctrina Euange-
lij deficiant, uel ſe ducti per pſeudapoſtolos, uel
deterriti cruce & afflictionibus. **Quis infir-
matur.** Id eſt, eſt infirmus ſeu imbecillis fide, uel
corpore, uel uitæ moribus. **Et ego non infir-
mor.** Id eſt, cuius cauſa ego non ex animo doleo
& cõpatior. **Quis offenditur.** Id eſt, labitur
in aliquod peccatũ, ſeu impingit alicubi. **Et non
uror.** Id eſt, experior & ego in me magnã imbe-
cillitatem meæ carnis, qua ad concupiſcentiã, libi-
dinẽ, & alia peccata incendor ac rapior. q. d. Ne-
mo in peccatũ ullum labitur, cuius ego reliquias
in me nõ experior, ac ſentio. **Si gloriari.** Cõclu-
ſio gloriationis de periculis & ærumnis ſuis, qua
utitur, ut iterum ſuſpicionẽ arrogantiæ à ſe amo-
ueat, cum nõ de uirtutib. ſeu excellentibus donis,
ſed de infirmitatibus gloriatur, quas natura oẽs
fugiunt & oderunt. **Infirmitatis.** Id eſt, imbe-
cillitatis

cillitatis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

cillitatis & corruptæ naturæ, quam in me agno-ſco & deploro. Sicut inquit ad Roma. 7. Miſer ego homo, quis me liberabit ex hoc corpore peccato obnoxio? Item: Inuenio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Deus pater. Iuramentū, quo ſequentem narrationē de ſua fuga, & liberatione incredibili in ſummo Iudæorum furore confirmat, & ei fidem facit. Docet autem hoc exemplum Pauli, iuſiurandum eſſe pium et neceßariū, quod fit ad gloriā Dei propagandā, ſeu confirmationem ueritatis, & ad utilitatē proximi. Deus. Deum uocat patrem, non quód filius non ſit Deus, ſed quia pater eſt fons diuinitatis, à quo ab æterno genitus eſt filius, & ab utroq; procedit Spiritus ſanctus: uel Deum uocat propter aſſumptam humanam naturam in Chriſto, Sic patrem uocat primum, quia ab æterno genuit filium, ſeu λόγον. Deinde, quia Deus pater eſt etiam Chriſti, ſecundum aſſumptam humanā naturā. Domini. Id eſt, qui nos à poteſtate Diaboli uindicauit, & conſtituit in regnum ſuum. Ieſu Chriſti. Meßiæ promißi redemptoris. Et laudandus. Laus Dei eſt agnitio et prædicatio miſericordiæ eius, quód primum Eccleſiam ſibi in filio elegit, & uocauit ſtatim ab initio conditi humani generis, & recepit, Deinde eam prædicatione Euangelij indies colligit, exaudit, iuuat & conſeruat mirabiliter. In Damaſci. Narratio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ratio de fuga ſua, ſeu diuina liberatiõe, qua Iudæorum manus euaſit incolumis è Damaſco metropoli Syriæ, Act. 9. **Gentis præfectus.** In Græco una eſt dictio, ἐθνάρχης, id eſt, Gentis præfectus, quem Aretas rex Arabiæ Damaſco præfecerat. Erat autem hic Aretas ſocer Herodis tetrarchæ, Damaſcenæ ciuitatis, quæ Arabiæ uicina eſt, dominus, ut ſcribit Ioſephus lib. 18. Iudaicarum antiquit. cap 9. & 11. **Nomine Aretæ.** Id eſt, mandato ſeu iuſſu Aretæ Regis Arabum. **Cupiens.** Sic ſolet Deus impedire conatus impiorum, et liberare ſuos è manu & inſidijs hoſtiũ. Iuxta illud: Nouit Deus ſuos eripere ex tentatione. Item: Numerati ſunt capilli capitis ueſtri, Matt. 10. **Manus.** Id eſt, potentiam & inſidias. **Gloriari.** Excuſat gloriationem de diuinis reuelationibus, per tranſlationem, q. non iactantia aliqua inani ductus, ſed Eccleſiæ cauſa, commemorat reuelationes contra pſeudapoſtolos, qui ſuas quoq; reuelatiões falſo iactitabant, ut ſimplicioribus imponerent. **Nõ expedit mihi.** Sed Eccleſiæ, quæ his teſtimonijs cõfirmatur in tradita à me doctrina. **Veniam.** Tranſitiũcula ad narrationem de reuelationibus. **Viſiones Domini.** Id eſt, quas Dominus mihi reuelauit. **Noui hominem.** Narratio de reuelatione diuinitus ſibi facta, in qua cognitionem Chriſti, et Euangelij perdidicit, cum tribus diebus non uidens iacuit Damaſci, nihil neq; edens neque

bibens,

bibens, Act. 9. **Noui hominem.** *Heteroſis in perſona, qua utitur uitandæ arrogantiæ cauſa: intelligit autem ſe ipſum.* **Tertium vſq; cœlum.** *Tres cœli ſignificant (ut tradunt doctores) tria genera cognitionum, rerum corporalium, ſpiritualium, & diuinarum, hoc eſt, Dei & uoluntatis eius notitia in Chriſto, quæ omnium eſt excellentiſsima. Eſt igitur raptus Apoſtolus in tertium uſq; cœlum, hoc eſt, Deum & uoluntatem eius uerè cognouit, & guſtum aliquem uitæ æternæ, & dulciſsimæ conſuetudinis cum Deo, ſenſit.* **In paradiſum.** *Non in terrenum illum, in quo collocatus fuit Adam, ſed in cœleſtem paradiſum, hoc eſt, locum beatorum, in quem et latro perductus eſt cum Chriſto, Ioan. 19.* **Quæ fas non ſit.** *Id eſt, quam notitiam Dei, & ineffabilem lætitiam uitæ æternæ, neq; ego neq; quiſquam hominum eloqui poteſt. Sicut inquit 1. ad Corin. 2. Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus, ijs, qui diligunt illũ. Eſai. 64.* **Super huiuſmodi.** *A Deo in tertium uſq; cœlum, & in paradiſum translatum.* **Gloriabor.** *Id eſt, uerè gloriari poſſum, cõtra pſeudapoſtolos, tanquam de ſingulari beneficio mihi exhibito à Deo præ alijs omnibus, ut Eccleſiæ habeant certum et diuinum teſtimonium meæ uocationis et doctrinæ.* **De me ipſo.** *Quantum attinet ad meam perſonam, mea merita et uirtutes, quas*

nullas

nullas in me agnoſco,aut prædico. **Infirmitatibus meis.** *Id eſt,in paßionibus,afflictionibus,et ærumnis,quas ſuſtineo propter* Euangelium,*et ueritatis confeßionem.* **Nam ſi voluero.** *Ratio proximi membri,cur de ſeipſo,id eſt,excellentibus donis gloriari nolit , etiamſi uerißimè id facere poßit,ne,inquit,non hominem, ſed numen aliquod me eſſe exiſtimetis,qui omnes infirmitates humanas exuerim.* **Voluero gloriari.** *Scilicet de me ipſo & uirtutibus meis,ſeu donis excellẽtibus.* **Non ero inſipiens.** *Id eſt,uerè poſſem gloriari de me ipſo , non facerem ſtultè & inſipienter, quia à deo ornatus ſum excellentibus donis, magis quàm alij omnes.* **Sed parco vobis.** *Propter uos deſino cõmemorare meas uirtutes, et dona ſingularia,ne ſanctiorem me iudicetis,quàm par eſt, quia et ipſe meam experior infirmitatem, et reliquias peccati.* **Supra id.** *Id eſt,ne quis mihi plus tribuat quàm decet, me ueneretur,ac colat ut numen, à me expectet ſalutem.* **Et ne excellentia.** *Ingenua ac manifeſta confeßio ſuæ imbecillitatis corã* Eccleſia. *Primo,ut intelligatur ſe à peccatis et infirmitatibus humanis , non eſſe prorſus immunem. Secundo,ut in timore* Dei,*& inuocatione retineatur . Tertio , ne inſoleſcat donis. Propter has tres cauſas in genere* Deus *relinquit imbecillitatem naturæ,& reliquias peccati in omnibus ſanctis.* **Stimulus per carnem.** *Græca*

uox, σκόλοψ, ſignificat palum præacutum. Intelligit autem Apoſtolus magnam & difficilem tentationem carnis, uel aduerſitates, ærumnas, et pericula, uel aduerſam ualetudinem aßiduam. Vel, ut Haymo ſentit, ardorem ſeu æſtum libidinis excitatum à Diabolo, ſed cui in ſpiritu reluctatus ſit, coërcens corpus diſciplina, ieiunijs, et alijs exercitijs. Sicut inquit 1. Corinth. 9. Sugillo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Nuncius ſatanæ. Id eſt, qui ſtimulus ſeu quæ grauis tentatio immittitur, & accenditur in carne mea à Satana, hoc eſt, ſpiritu aduerſante mihi. Colaphis me cæderet. Id eſt, affligeret, exerceret me, retineret in timore Dei, in inuocatione & agnitione propriæ infirmitatis. Supra modum. Id eſt, ne nimium ſuperbirem de excellentibus donis. Super hoc. Docet hoc exemplum Pauli, primo, de inuocatione in tentationibus. Secundo, de lucta contra peccatum. Tertio, de infirmitate piorum. Quarto, de utilitate crucis, ſeu infirmitatis ſanctorum, quibus Deus nouit uti ad ipſorum ſalutem, uidelicet, ut exercitia ſint fidei, timoris, & inuocationis. Super hoc. Id eſt, de hoc, uel pro hoc, uidelicet, ut me liberaret ab ipſo ſtimulo, hoc eſt, graui tentatione carnis. Ter. Id eſt, ſæpe ſeu aliquoties. Eſt enim numerus certus pro incerto. Sufficit tibi. Reſponſio Domini ad Pauli petitionem, monens

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

nens duo:Primùm, reliquias peccati remanere in ſanctis. Deinde,placere ſanctos Deo gratis per fidem,etiamſi multiplicem infirmitatem in ſe experiantur , modo contra conſcientiam peccatis non indulgeant,ſed reluctentur fide & inuocatione diuini auxilij. Gratia mea. *Id eſt,beneuolentia,et fauor,quo te complector gratis,propter mediatorem.* Nam virtus. *Vtilitas crucis & infirmitatis ſanctorum,ut Deo ſit occaſio mirandæ & glorioſæ liberationis: Item ipſis ſanctis exercendæ fidei,& inuocationis.* Virtus. *Græcè* δύναμις, *id eſt,potentia,quæ infirmitati opponitur.* Perficitur. *Id eſt,innoteſcit,illuſtratur,& declaratur, cum imbecilles potenter defendo & ſeruo contra potentiam Diaboli,& membrorum eius.* Libentiſsime. *Concluſio.* Igitur. *Quia potentia Dei per infirmitatem perficitur.* Super infirmitatibus. *Id eſt,de afflictionibus,ærumnis,periculis & carnis imbecillitate.* Potius. *Scilicet, quàm de uirtutibus ſeu donis excellentibus.* Vt. *Cauſa finalis.* Inhabitet, *Id eſt,ut Chriſtus ſuam diuinam potentiam declarare in me poßit,cum glorioſè & mirabiliter liberat me, ſubiectum tot ærumnis,& infirmitatibus.*

OBIECTIONES *tres.*

I. *De Cruce piorum.*

Iuſtis bene eſſe debet.

Paulus eſt iuſtus:

Ergo Paulo bene eſſe debet, & non tantis ærumnis onerari.

Reſpondeo primum ad maiorem: Iuſtus bene eſſe debet, iuxta uoluntatem & ordinationem Dei. Vult aũt Deus, ut in hac uita ſui exerceantur cruce, multis de cauſis. Sicut inquit Paulus: Oportet nos conformes fieri imagini mortis filij Dei, ut & gloriæ eius reddamur participes. Deinde reſpondeo ad minorẽ: Paulus eſt iuſtus, imputatione per fidem propter mediatorem, non propter dignitatem ſuã, aut perfectam impletionem legis, quia remanent etiam in Paulo, ſicut in omnibus renatis, adhuc reliquiæ peccati, quas mortificari oportet cruce, & alijs exercitijs. Sicut ipſe inquit: Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo.

II. *De gloria.*

Approbatio conſcientiæ recte iudicantis, eſt expetenda, *iuxta illud: Hæc eſt gloria noſtra, teſtimonium conſcientiæ meæ ſyncerum, 1. ad Corinth. 1.*

Gloria eſt tale teſtimonium:

Ergo gloria eſt expetenda.

RESPONSIO.

Concedo argumentum. Quia etiam Paulus gloriatur de ſuis donis contra pſeudapoſtolos, ſed hoc facit in Domino, ſicut inquit: Qui gloriatur, in Domino glorietur, hoc eſt, ad propagandã glo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

riam Dei, et utilitatem proximi: ſicut Paulus glori atur non arrogantia motus, ſed ut hac commemo ratione ſuarum afflictionũ & donorum, pſeudapo ſtolos refutet, & confirmet Eccleſiam in tradita doctrina. Nam etiam Paulo opus fuit bona fama in prædicatione Euangelij, ne contemneretur doctri na eius. Iuxta illud: Bona conſcientia mihi, mea cauſa, opus eſt: ſed bona fama opus eſt propter proximum.

III. De Oratione.

Paulus rogans Dominum, ut à carnis ſtimulo liberetur, non eſt exaudi tus:

Ergo non eſt uera promiſsio, Eſa 25. Adhuc clamanti, ecce adſum. Item Ioan. 13. Omnia quæcunq; petieritis, fient uobis.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia promiſsiones de bonis corporalibus annexam habent conditionem de obedientia in cruce, de uoluntate Dei, & no ſtra utilitate, quia, ut inquit Paulus: Quid ore mus, ut oportet, neſcimus. Ideo Paulus nõ eſt ex auditus in tentatione corporali, quæ primum ipſi profuit, ne donis inſoleſceret. Deinde infirmitas Pauli occaſio fuit Deo declarandæ ſuæ bonitatis & omnipotentiæ, Sicut inquit: Virtus mea per in firmitatem perficitur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

DOMINICA QVINQVAgeſima, Epiſtola S. Pauli, de dilectione. I. ad Corinth. XIII.

Tetraſtichon.

Si quæris, noſtra quænam ſit ſumma ſalutis:
  Eſt caput, in Chriſto fidere poſſe Deo.
Hanc comitata fidem ſequitur dilectio uiuam,
  Cætera, quæ ſuperat, dona uerenda Dei.

Argumentum.

Encomiū eſt inſigne dilectionis utriuſq; & erga Deum & proximū, ſumpta à collatione aliorū donorū ſpiritualium, quæ Deus unicuiq;, ſicut ipſe uult, confert ad gubernationē & conſeruationem Eccleſiæ. His primum ideo dilectionē præfert Apoſtolus, ꝙ dilectio omnes actiones refert ad gloriā Dei, et utilitatem proximi. Deinde, quia dilectio diuturnior eſt omnibus alijs donis, quæ in uita æterna ceſſabunt, glorificata iam et liberata Eccleſia, ſed dilectio manebit perpetua, & erit futura ardentior, cum Deum coràm intuebimur, et pleniſſimè intelligemus immenſum beneficiū humanæ redemptionis. Eſt autē cauſa dilectionis fides ſeu cognitio miſericordiæ Dei in Chriſto: Nā hac cognita, incipimus Deum uiciſsim diligere, et proximū, ut pro æternis beneficijs Deo ſimus grati. Non igitur tribui ex hoc encomio iuſtificatio poteſt dilectioni, quæ iuſtitiam fidei, tanquam fructus, ſequi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

tur, & placet tantũ in renatis propter fidem, qua perſona iuſta eſt gratis, & placet Deo, propter mediatorem, non propter ſuam perfectionem, ſeu dignitatem, quia legi non ſatisfacit.

EPISTOLA, 1. *Corint.* 13.

SI linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum æs reſonãs, aut cymbalum tinniens. Et, ſi habeam prophetiam, & nouerim myſteria omnia, omnemq́; ſcientiam: & ſi habeam fidem, adeo ut montes loco dimoueam, charitatem autem nõ habeam, nihil ſum. Et ſi inſumam in alimoniam omnes facultates meas: &, ſi tradam corpus meum vt comburam, charitatem autem non habeam, nihil vtilitatis capio. Charitas patiens eſt, benigna eſt, charitas nõ inuidet, charitas nõ eſt procax, non inflatur, non eſt faſtidioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet de iniuſtitia, ſed congaudet veritati, omnia ſuffert, oĩa credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Charitas nunq́; excidit, ſiue prophetiæ abolebuntur, ſiue linguę ceſſabunt, ſiue ſcientia abolebitur. Ex parte enim cognoſcimus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſcimus, & ex parte prophetamus. Aſt, ubi uenerit quod perfectum eſt, tunc quod ex parte eſt, abolebitur. Cum puer eſſem, ut puer loquebar, ut puer ſentiebam, ut puer cogitabam: At, ubi factus ſum uir, aboleui puerilia. Cernimus enim nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: nūc cognoſco ex parte, tunc uero cognoſcam, quemadmodū & cognitus ſum. Nunc autē manet fides, ſpes, charitas, tria hæc, ſed maxima in his charitas.

EXPLICATIO TEXTVS.

Si linguis. *Propoſitio commendationis, per collationem: Charitatem ſeu dilectionem excellere omnibus donis, quibus Deus ornat Eccleſiā, primó, quia charitas omnibus eſt neceſſaria ad ſalutem, non dona. Secundó, quia charitas facit, ut donis rectè utimur ad utilitatem aliorum, non præferentes nos alijs propter dona, neq; inuidētes his, qui maiora dona habent. Tertió, quia charitas omnibus benefacit ac prodeſt. Quartó, quia dona cætera etiam nō renati habent, ſicut Iudas habuit donum edendi miracula. Charitas autem uera nō eſt niſi in renatis, ſeu iuſtificatis fide. Pendet aūt hæc collatio ex capite 12. in quo agit de diuerſis donis ſpiritus ſancti in Eccleſia, & oſtendit ipſe*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

in fine capitis collationem, cum inquit: Sectamini dona potiora, & ad hoc excellentiorem uiam uobis oſtendo, hoc eſt, excellentius donum, uidelicet charitatem, quæ omnibus neceſſaria eſt, & moderatrix eſt omnium aliorum donorum, ut proſint Eccleſiæ. Si linguis. Prima collatio charitatis cum dono eloquentiæ, quæ ſine charitate eſt ſonus inanis, & odioſa loquacitas, cum nō ad ædificationem Eccleſiæ, ſeu proximi utilitatem refertur. Linguis hominum. Eloquentium, ut Demoſthenis, Ciceronis, & ſimilium. Angelorum. Qui, etſi linguam non habent, ſine dubio tamen, cum ſint ſapientiſsimi ſpiritus, inter ſe de immēſis beneficijs Dei mirabili modo colloquūtur, Dei bonitatem, & ſapientiam, et omnipotentiam magnificè celebrantes. Alijs uſus eſt Apoſtolus fictione, amplificandi cauſa, de quo lege Eraſmi annotationes. Charitatem autem. Id eſt, ſi donū eloquentiæ non refero ad utilitatem Eccleſiæ, ſed ad oſtentationem inanem. Factus ſum. Id eſt, nihil utilitatis neq; ipſe conſequor, neq; auditores. Vſus autem eſt ſuo exemplo, ut in alijs idem oſtendat. Et ſi habeam. Secunda collatio charitatis cum dono prophetiæ, ſcientiæ, & faciendi miracula. Prophetiam. Prophetia duo ſignificat: primò, reuelationem futurorum euentuum in Eccleſia. Secundò interpretationem ſcripturæ, quam niſi dilectio moderetur, ſæpe obeſt Eccle-

ſiæ,

ſiæ, cum ſuam quiſq; opinionem pertinaciter tuetur, unde pernicioſæ diſſenſiones & ſcandala doctrinæ oriuntur. **Myſteriorum.** Myſteria uocat conſilium & opera Dei occulta, quæ ratio humana intelligere non poteſt, ſine reuelatione ſpiritus ſancti. Tale myſterium eſt tota doctrina Euangelij, maximè illud arcanum Dei conſilium, quod humanū genus per filium liberaturus erat. De quo inquit Chriſtus: Vobis datum eſt noſſe myſteria regni Dei. **Scientiam.** Scientiam uocat cognitionem diſciplinarum liberalium, qua Corinthij imprimis præſtabant. De hac inquit infra: Scientia inflat, Charitas ædificat. Nam niſi charitate foueatur, & gubernetur ſcientia, in iactantiam inanem et pernicioſam contentionem euaneſcit, & obeſt Eccleſiæ. **Omnem fidem.** Fidem hic appellat non fiduciam in Chriſtum iuſtificantem, ſed donum edendi miracula. De qua inquit Chriſtus, Matth. 17. Si habueritis fidem ſicut granū ſinapi, dicetis monti huic, transfer te hinc. & transferet ſe. **Et, ſi inſumam.** Tertia collatio charitatis cum dono beneficentiæ, & tolerandi cruciatus, quibus charitas ideo præſtat, quia charitas retinet publicè concordiam in Eccleſia, liberalitas autem paucis tantum prodeſt, & cruciatus tolerantur ſæpe propter inanem gloriam: ſicut multi apud gentes, propter laudem fortitudinis etiam mortem oppetierunt.

Charitas patiens eſt. Enumeratio ſeu conge-
ries proprietatum ſiue affectuum charitatis, quos
propterea recenſet, ut oſtendet charitatem præ-
ſtare omnibus alijs donis in Eccleſia, et ſocietate
communis uitæ, quæ ſine his charitatis officijs con
ſeruari & coli nequit. Patiens eſt. Prima pro-
prietas ſeu effectus charitatis, patientia ſeu lon-
ganimitas, quæ eſt, cum leni ac patienti animo tole
ramus iniurias, nec ad iram aut uindictam ſumus
præcipites. Patiens eſt. Græcè μακροθυμεῖ, id
eſt, longanimis eſt ac lenis, non ſtatim in irã pro-
rumpens læſa, non ſeſe ulciſcens, ſed perferens ac
diſsimulans iniurias, priuatæ ac publicæ trãquil-
litatis cauſa, quæ imprimis turbatur, cum omnes
iniurias perſequi uolumus. Benigne eſt. Secun
da proprietas, ſeu effectus charitatis, benignitas,
ſeu comitas, cui opponitur aſperitas morum, diffi
cultas, & moroſitas. Benigna eſt. Græcè χρη-
στεύεται, id eſt, facilem ac comen ſe præbet omni-
bus in quotidiano conuictu: non eſt moroſa, aut
aſpera. Non inuidet. Tertia proprietas, non
inuidere alienæ felicitati, aut donis excellentiori-
bus, ſed ijs lætari & agere gratias Deo, propter
utilitatem Eccleſiæ. Non eſt procax. Quarta
proprietas charitatis, non eſſe procacem, hoc eſt,
improbam ſeu malitioſam. Vetus translatio habet:
non agit perperam, id eſt, peruerſè: uel, non agit
ſimulatè, ſed ſyncerè, candidè, & ſine fuco. Nam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Græcum uerbum, περπερεύεται, eſt à πέρπερος, quod perſonam ſcænicam ſignificat. Alias deductiones uide apud Eraſmum. Non inflatur. Quinta proprietas, non inflari, hoc eſt, nõ ſuperbire, aut extollere ſeipſum ambitioſè contra alios, propter excellentiam donorum, & contemnere inferiores: quod uſitatum eſt, ſicut alibi inquit: Scientia inflat, hoc eſt, reddit homines inſolentiores. Non eſt faſtidioſa. Sexta proprietas, agere omnia, quæ honeſta ſunt ac decent. Græca uox eſt, οὐκ ἀσχημονεῖ, quæ ſignificat, nihil agere inhoneſtè, ſiue indecorè, & quod aliquam ſpeciem turpitudinis ſeu inhoneſtatis præ ſe ferat, à σχῆμα, quod habitum ſeu ſpeciem ſignificat. Non quærit quæ ſua ſunt. Septima proprietas, aliorum commoda quærere, non ſua. Non irritatur. Octaua proprietas, nõ facilè irritari, hoc eſt, prouocari ad iracundiam propter leues iniurias, ſeu offenſiones. Sicut & antea dixit: Charitas eſt patiens. Non cogitat malum. Nona proprietas, non eſſe ſuſpicacem, hoc eſt, ſiniſtrè interpretari aliorum ambigua dicta aut facta, aut ea caluminiari malitioſè. Non gaudet de iniuſtitia. Decima proprietas, odiũ et propulſio iniuſtitiæ, ſeu iniuriarum, & ſtudium ac amor ueritatis, tum in uita, tum doctrina, de qua uirtute inquit Chriſtus Matth. 5. Beati, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Sed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

congaudet veritati. *Vndecima proprietas, tolerantia in rebus aduerſis, item in tolerandis et ſuſcipiendis oneribus aliorum, hoc eſt, infirmitate, lapſibus, & erroribus proximi. Sicut alibi inquit: Alter alterius onera portate.* **Omnia ſuffert.** στέγει. *Metaphora ſumpta eſt à tignis onus impoſitum ſuſtinentibis: aut à uaſis recipientibus, quod infunditur.* **Omnia credit.** *Duodecima proprietas, credulitas, propriè in ijs, quæ de proximi defenſione, innocentia, & bona fama dicuntur.* **Omnia ſperat.** *Tredecima proprietas, ſpes, qua proximi lapſuum & errorum ſperamus emendationem, eamq; noſtris officijs adiuuamus.* **Omnia ſuſtinet.** *Decimaquarta proprietas, expectatio auxilij in malis. Nam uerbum* ὑπομενεῖν, *ſignificat expectare promiſſum bonum, auxilium, & liberationem, etiamſi aliquandiu differatur.* **Nunquam excidit.** *Commendatio charitatis, à perpetua duratione, quód etiam in uita æterna manſura ſit, in qua alijs donis, quibus Ecclesia militans nunc opus habet, ceſſantibus & abolitis, ipſa charitas erit perfectior & ardentior, tum erga Deum tum erga proximum.* **Nunquã excidit.** ἐκπίπτει, *id eſt, nunquam ceſſat, ubique prodeſt, ubiq; eſt uſui, & creſcit indies: in uita autem æterna erit perfectiſsima, & ardentiſsima. Vel, nunquam excidit, hoc eſt, eſt immutabilis, & conſtans, non ceſſat, non defatigatur benefacere,*

propter iniurias aut ingratitudinem, **Sie wird nicht müde / leſſt nicht abe wol zu thun.** Siue prophetiæ. Collatione oſtendit, ſolam charitatem permanſuram in uita æterna, ubi cætera dona omnia, quibus in hac uita miniſterium & Eccleſia conſeruatur, abolebuntur poſt hanc uitam, cum integrã cognitionem Dei conſequemur, quæ nunc imperfecta eſt. Prophetiæ. Quæ ſunt prædictiões ſeu reuelationes de futuris euentibus in Eccleſia, quæ nullæ amplius in uita æterna ærunt, glorificata Eccleſia. Linguæ. Id eſt, diuerſitas ſeu dona linguarum, quibus in Eccleſia in hac uita opus fuit ad enarrationẽ ſcripturarum, & propagationem Eccleſiæ. Scientiæ. Id eſt, cognitio artium liberalium, & aliarũ rerum, tum diuinarum, tum humanarum, quæ etiam abolebuntur, quatenus eſt imperfecta in hac uita, & in ſcientiam perfectam commutabitur. Ex parte enim. Aetiologia ultimi membri de ſcientia, qua docet cognitionem, quæ in hac imbecillitate humani ingenij imperfecta eſt, multo fore clariorem in uita æterna. Ex parte enim cognoſcimus. Id eſt, cognitio humanæ mentis in hac corrupta natura eſt imperfecta, & caliginis plena, quia non perfectè cognoſcimus uoluntatem Dei, non admirandum & arcanum conſilium de liberatione humani generis per filium Dei, non gloriam & inenarrabilem lætitiam

uitæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

uitæ æternæ. Sicut inquit Ioannes: Chariſsimi, filij Dei ſumus, & nondũ apparuit, quod erimus. Scimus aũt, quia cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam uidebimus eum ſicuti eſt. At ubi. Antitheſis imperfectæ cognitionis in hac uita, et perfectæ, quam conſequemur in futura uita. Cum puer eſſem. Comparatio ſumpta ab incremento humanæ cognitionis et intellectus in pueris, iuxta ætatis augmentum. Comparat aũt imperfectã ſcientiam ſeu cognitionem rerum diuinarum in præſenti uita, infantiæ & puerili cognitioni. Scientiam autem abſolutam comparat prudentiæ ſenili. Cum eſſem puer. Prior pars comparationis ſumpta ab ætate puerili. Vt puer loquebar. Imperfectè uidelicet, & balbutiens, puerorũ more. Vt puer ſentiebam. Id eſt, intelligebã imperfectè, non exactam rerum cognitionem habẽs. Vt puer cogitabam. Scilicet de iocis et rebus puerilibus. At ubi. Altera pars collationis, ab ætate perfecta. Aboleui puerilia. Id eſt, abieci pueriles cogitationes, res ludicras, et oblectamenta puerilia. Cernimus. Accommodatio ſimilitudinis. Cernimus. Id eſt, intelligimus Dei maieſtatem, ſapientiam & uoluntatem in Chriſto, qui tanquam ſpeculum & imago eſt patris, in qua eius uoluntas relucet. Nunc. Id eſt, in præſenti uita. In ænigmate. Id eſt, uerbis obſcuris, quia in hac carne perfectè Deum cognoſcere ſeu uide-

re

re non poſſumus, ſed tantum uoluntatem eius intelligimus in uerbo & miſſo filio, per fidem. Tunc. In uita æterna, cum præſentem Deum coram intuebimur, ſicuti eſt, ut Ioannes inquit. A facie ad faciem. Id eſt, perfectè præſentes præſentem Deum intuebimur, quæ cognitio quaſi τὸ ὕπαρ, eſt, qua omnia coram, tanquam uigilantibus oculis, cernemus. Nunc cognoſco. Expoſitio accommodationis. Ex parte. Id eſt, non perfectè uideo gloriam Dei in hac corporali uita. Hæc cognitio eſt quaſi τὸ ὄναρ, hoc eſt, ſomnium quoddam, ut Plato uocat. Tunc uerò. Id eſt, in futura uita. Quemadmodum & cognitus ſum. Id eſt, in uita æterna cognoſcam, Deum me uerè cognouiſſe & dilexiſſe in filio, id quod tantum fide in hac uita intelligo, & ſæpe hæc cognitio dubitationibus interturbatur. Nunc autem. Concluſio continens collationem trium præcipuarum uirtutum theologicarum: Fidei, Spei, & Charitatis. Nunc. Particula concluſionis. Alij ſic intelligunt: Nunc, id eſt, in præſenti uita ſeu Eccleſia militante ſemper neceſſariæ ſunt ad ſalutem, & coniunctæ hæ tres uirtutes, Fides, Spes & Charitas, non dona, ut prophetiæ, ſanationes, & miracula, quibus opus non erit in uita æterna. Alij ſic: Fides et ſpes etiam ceſſabunt in futura uita, cum promiſsis & expectatis præmijs fruimur. Charitas autem ſemper manebit, & augebitur. Maxima

eſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

eſt charitas. Id eſt, latius ſe extendit uſu & fructibus. Maxima eſt. Id eſt, ampliſsima eſt, plus fructuum habet, latius ſpargitur quàm fides, quæ ideo ſolo iuſtificat, non charitas, quia mediatorem ſolum tanquam manus apprehēdit. Fides, ſpes, charitas. Fides eſt aſſenſus promiſsionis, & fiducia, qua propter Chriſtum ſtatuimus, Deum nobis eſſe propicium, & in promiſsionibus Dei acquieſcimus. Spes eſt expectatio uenturæ liberationis, à Deo promiſſæ: & differt fides à ſpe, quia fides apprehendit promiſsionem Dei, & accipit præſens beneficium. Spes expectat futuram liberationem. Vtriuſq; effectus eſt dilectio, quæ eſt obedire omnibus præceptis Dei, in uera fide principaliter, ut ipſum honore afficiamus, ſicut Ioan. in 1. Epiſtola eam deſcribit, inquiens: Dilectio Dei eſt, mandata eius ſeruare.

OBIECTIONES, De dilectione.

QVÆSTIO.

Iuſtificat ne dilectio coram Deo, aut eſt ne cauſa adiuuans, ſeu (ut uocant) συναίτιον iuſtificationis?

Reſpon. Non. Primò, quia Paulus inquit ad Roman. 3. Iuſtificamur gratis per gratiam ipſius (Dei) Et ad Roma. 11. Si ex gratia, non ex operibus, alioqui gratia nō eſſet gratia. Et ad Ephe. 2. Gratia eſtis ſaluati, per fidem, & hoc non ex uobis, Dei donum eſt, non ex operibus, ne quis glorie-

tur.

tur. Secundò, quia honos redemptionis tantum merito Christi debetur, non dilectioni, aut operibus noſtris. Sicut inquit: Gloriam meam non dabo alteri. Tertiò, quia ſi iuſtificatio penderet ex dilectione noſtra, ſeu conditione dignitatis noſtrorum operum, fieret incerta, quia legi non ſatisfacimus. Vnde inquit Paulus ad Romanos 4. Ideo ex fide datur hæreditas, ut ſecundum gratiam firma ſit promißio uniuerſo ſemini.

OBIECTIO.

Paulus ait: Si omnem fidem habeam, ita ut montes transferam, Charitatem autem non habeam, nihil ſum: Ergo nõ ſola fides iuſtificat, ſed etiam dilectio.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Primo, quia Paulus loquitur hic de fide edente miracula, quæ ſingulare donum fuit in primitiua Eccleſia: non loquitur de fide iuſtificante, ſeu fiducia apprehendente miſericordiam Dei promiſſam in Chriſto. Deinde, quia plus eſt in conſequente, quam in antecedente, in quo requiritur dilectio tanquam fructus fidei, cui in conſequente malè tribuitur iuſtificatio, tanquam effectus.

ALIA.

Maxima uirtus præcipuè iuſtificat.

Dilectio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Dilectio eſt maxima uirtus, ſicut in-
quit Paulus:
Ergo dilectio iuſtificat, non fides.

Concedo maiorem intellectam de iuſtia legis, quia ſi lege ſatisfaceremus, utiq; hac perfecta obedientia ſeu dilectione iuſti eſſemus: ſed quia legi in hac corruptione naturæ non ſatisfacimus, ideo recipimur gratis propter mediatorem, ut certa ſit iuſtificatio. Requiritur tamen & placet dilectio in iuſtificatis propter fidem, qua perſona accepta eſt Deo.

RATIO, CVR FIDES, ET NON *dilectio iuſtificat.*

Dilectio eſt effectus ſeu fructus iuſti-
ficationis:
Ergo non eſt cauſa iuſtificationis.

Antecedens probatur, quia tum primum incipimus Deũ diligere, cum ſtatuimus eum nobis eſſe propicium gratis propter Chriſtũ, quem antea ut iudicẽ ſeuerum odimus, Vnde uerè inquit Gregorius: Tantum amamus, quantum credimus. Conſequẽtiam probo, quia effectus cauſam ſequitur, non præcedit. Iuſtificat igitur ſola fides, non quia ſit qualitas in nobis, ſeu uirtus digna uita æterna, ſed quia promiſſam miſericordiam apprehendit. Dilectio autem tanquã fructus ſeu teſtimoniũ, iuſtitiã fidei neceſſario ſequitur. Sicut inquit Chriſtus: In hoc cognoſcent homines, quod diſcipuli

mei

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

*mei ſitis, ſi charitatem habueritis inter uos mu-
tuam.*

DOMINICA INVOCAVIT.

*Epiſtola Diui Pauli, de adhibenda à miniſtris Ec-
cleſiæ in docendo Euangelio, diligentia, ſedu-
litate, fide & tolerantia in cruce.*

II. ad Corinth. VI.

Tetraſtichon.

Quiſq; ſui norit, quæ ſit præſtantia, doni,
Gratus & officio præſtet ubiq; fidem.
Sit patiens, ueriq; tenax ſermonis, & arma
Iuſticiæ, præco, dextra ſiniſtra gerat.

Argumentum.

Exhortatio eſt præcipuè ad miniſtros Euangelij, ut in miniſterio ſuo ſint ſeduli & diligentes: primum, ut tradant fideliter et purè doctrinam Euangelij de Chriſto Eccleſijs, ꝙ per hunc unicum reconciliatorem humani generis, ſalutem conſequantur omnes, qui in ipſum credunt. Hanc breuẽ ſummam doctrinæ Euãgelicæ, his uerbis breuiter ipſe complexus eſt in fine præcedentis capitis, cum inquit: Eum (Chriſtum) qui non nouerat peccatũ, (Deus pater) pro nobis fecit peccatum (id eſt, hoſtiã pro peccatis) ut nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo, id eſt, iuſti reputaremur coram Deo propter Chriſtum. Deinde monet, ut miniſteriũ ſuum

exornent atq; cõmendent pijs moribus, ne propter ipſorum uitæ turpitudinem, ſeu peccata, doctrina Euangelij malè audiat, & uituperetur ab aduerſarijs. Tertiò hortatur eos ad tolerantiam in afflictionibus omnis generis, & ad præſtandam conſtantiam in confeßione doctrinæ Euãgelij, ne propter afflictiones et uarias ærumnas, quas comites Euangelium habet, è uera doctrina deficiant. Rectè aũt tota exhortatio accommodatur ad omnes pios, ut in ſua quiſq; uocatione, ſit diligens, & fidelis, & donis ſibi collatis à Deo rectè utatur ad gloriã Dei, & utilitatem cõmunem, nullis uel difficultatibus miniſterij abſterritus, uel iniurijs & obtrectationibus hominum offenſus.

EPISTOLA, 2. *Corint.* 6.

QVin & adiuuãtes obſecramus, ne in uacuum gratiam Dei receperitis. Dicit enim: In tẽpore accepto exaudiui te, & in die ſalutis ſuccurri tibi: Ecce nunc tempus acceptũ, ecce nunc dies ſalutis, Ne quam uſquam demus offenſionem, ne reprehendatur miniſterium, ſed in omnibus commendemus nos ipſos, ut Dei miniſtri, in tolerantia multa, in afflictionibus, in neceſſitatibus, in anxietatibus, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs, in puritate,

in ſcientia, in animi lenitate, in benignitate, in ſpiritu ſancto, in charitate nõ ſimulata, in ſermone ueritatis, in potentia Dei, per arma iuſtitiæ dextra ac ſiniſtra, per gloriam et ignominiam, per conuitia & laudes, quaſi impoſtores, et tamen ueraces: quaſi ignoti, & tamen noti; quaſi morientes, et ecce uiuimus: quaſi correpti, & non occiſi; quaſi dolentes, ſemper tamen gaudentes: quaſi pauperes, multos tamen ditantes: ut nihil habentes, & tamen omnia poſſidentes.

EXPLICATIO TEXTVS.

Adiuuantes. *Propoſitio primæ exhortationis de adhibenda diligentia in miniſterio ſeu uocatione. Eſtote diligentes et fideles in deligato munere, & dona exercete. Ratio à circumſtantia temporis, ſeu à facili, quia nũc tempus eſt acceptabile, hoc eſt, labor ueſter eſt acceptus Deo, qui et adiuuat uos ſuo ſpiritu, ut miniſteriũ ſit ſalutare et efficax. Deinde, quia nos Apoſtoli etiam uos adiuuamus in miniſterio.* Adiuuantes. *In Græco eſt* συνεργοῦντες, *id eſt, cooperantes, ſcilicet in miniſterio Euangelij. Significat autem ſe eſſe adiutorem Dei in legatione muneris docendi Euangelij. Iuxta illud, 1. ad Corinthios 3. Dei adiutores ſumus*

mus. Deinde ſe etiã adiuuare Corinthios ſua prædicatione, exẽplo, & oratione, ut labores in miniſterio ferre poßint, & eſſe conſtantes in cruce.

Adiuuantes. Ego Paulus, et alij Apoſtoli adiuuamus uos, item ipſum Deum, qui nobis miniſteriũ docendi Euangelij commiſit, ſicut inquit in præcedenti capite: Omnia ex Deo, qui nos recõciliauit ſibi per Chriſtum, & dedit nobis miniſterium reconciliationis. Item: Poſuit in nobis uerbum reconciliationis. Et pro Chriſto (id eſt, uice ſeu nomine Chriſti) legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos. **Quin &.** q. d. Non ſolum doceo & prædico uobis Euangelium, ſed etiam obſecro, adhortor & conſolor uos, ut ſitis diligentes in cõmiſſo miniſterio, & donis rectè utamini. **Ne in uacuum.** Id eſt, date operam, ut aliquis fructus exiſtat in uobis, & in uita emendanda, & propaganda doctrina Euangelij. Credite Euangelio, & agite fructus dignos pœnitentia, ne labor noſter ſit inanis in uobis. **Gratiam.** Gratiam uocat primum recõciliationem & fauorem Dei in Chriſto erga Corinthios, deinde dona ſpiritualia & corporalia. Quaſi dicat: Exercete dona, agnoſcite beneficium Dei, quod cum facietis, augebitur in uobis gratia Dei, iuxta illud: Habenti dabitur, à non habente etiam illud, quod uidetur habere, auferetur. **Ait enim.** Ratio à circumſtantia temporis, qua facilitatem & occaſionem oſtendit ex lo-

co Eſaiæ cap. 49. qui loquitur de tempore exhibiti Meßiæ, et promulgati Euangelij, in quo reconciliatio cum Deo offertur omnibus propter Chriſtum, & datur ſpiritus ſanctus, ut in miniſterio ſit efficax in Eccleſia, placeat et accepta ſit Deo obedientia. In tempore. Sunt uerba Dei patris apud Prophetam, primum ad filium, quem tempore humanæ redemptionis exaudiuit et liberauit, ſicut inquit ad Hebræos: Pro reuerentia exauditus eſt. Deinde ad Eccleſiam Noui teſtamenti, quã Deus in filio recipit in gratiam, exaudit, defendit, & liberat. In tempore. Scilicet oportuno. Sicut inquit Pſalmus: Adiutor eſt in neceßitatibus. Accepto. Id eſt, in quo Deus Eccleſiam recipit per filium, & grata eſt Deo obedientia, quæ fit in fide iuxta uerbum Dei, etiamſi magna ſit in omnibus imbecillitas. In die ſalutis. Id eſt, tempore exhibiti Meßiæ, quo Deus ſalutem offert omnibus propter Chriſtum, in Euangelio. Ecce nunc. Verba ſunt Pauli accommodantis locum Eſaiæ ad tempus promulgati Euangelij in toto mundo, poſt aſcenſionem Chriſti, & mißionem ſpiritus ſancti. Et eſt Enthymema: Iam offertur omnibus ſalus in prædicatione Euangelij propter Chriſtum: Ergo hanc occaſionem ne negligatis per ſecuritatem, ſed amplectimini, & eſtote grati Deo. Ne quam uſquam. Propoſitio ſecundæ exhortationis, quæ eſt quaſi conſequens Enthymematis.

cap. 5. 7.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Vſquam. Id eſt, in ulla re ſeu parte miniſterij ueſtri. Offenſionem. Id eſt, occaſionem ſeu cauſam ſcandali, quod duplex eſt: Doctrinæ, & Exempli: quorum illo mentes auocantur à uera doctrina falſis opinionibus: Hoc ſolicitantur ad peccandum, ſeu agendum contra mandatum Dei. De utriuſq; pœna inquit Chriſtus: Væ mundo à ſcandalis. Matt. 19. Ne reprehendatur. Cauſa finalis ſcandali. Miniſterium. Docendi Euangelij, quo beneficium Dei miniſtratur & exhibetur alijs. Reprehendatur. Propter miniſtrorum uitia. Sed in omnibus. Antitheſis, non ſolùm non præbendam cauſam uitijs, ſed inuitandos eſſe auditores ad obedientiam Euangelij, patientiam, & alias uirtutes, quas longa enumeratione recenſet. Omnibus. Actionibus noſtris. Commendemus. Præbeamus nos ipſos quaſi exemplar omnium uirtutum, quo alij inuitentur. Vt Dei miniſtri. Sumus. Alij legunt, ut Dei miniſtros, ſcilicet decet, uel exhortamur uos. Miniſtros. In prædicando Euangelio, et uocando homines ad pœnitentiam. In tolerantia. Enumeratio ſeu diſtributio uirtutū, quibus uult ut miniſtri, adeoq; omnes pij ſeipſos commendent Eccleſiæ, et imitandos præbeant. In tolerantia. Prima uirtus miniſtrorum Eccleſiæ tolerantia ſeu patientia, quæ eſt obedire Deo in perferendis aduerſis, iuxta uocationem, ita ne quid faciamus contra Dei præcepta,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

pta, & petamus à Deo auxilium, & expectemus fide Docet autem hic locus, qualis ſit cœtus Eccleſia, miſer & ærumnoſus in hac uita, ſed miſeriarũ finis, & quaſi portus erit in uita æterna. Sicut inquit Chriſtus: In mundo habebitis preſſuram, in me uero pacem. Joh. 16. In afflictionibus. ἐν θλίψεσιν, ut fame, ſiti, nuditate, & ſimilibus, quibus affligimur & premimur, tum corpore, tum animo. In neceſsitatib. ἐν ἀνάγκαις, id eſt, malis neceſſarijs, quæ uitari non poſſunt, ſed neceſſariò ferenda ſunt omnibus, ut ſunt omnes ærumnæ, quibus humanum genus oppreſſum eſt propter peccatum. In anxietatibus. ἐν στενοχωρίαις, id eſt, anguſtijs animi, cum conſilij inopes, quò nos uertamus, neſcimus. In plagis. ἐν πληγαῖς, id eſt, uerberationibus propter confeßionem Euangelij, non propter ſcelera. In carcerib. ἐν φυλακαῖς, id eſt, cuſtodijs ſeu uinculis, in quæ ſæpe coniectus eſt Paulus. In ſeditionibus. ἐν ἀκαταστασίαις, id eſt, turbis ſeu tumultibus excitatis ab hoſtibus Euangelij, contra ueros doctores, qui cedere coguntur, nullã certam ſedem habentes. In laboribus. ἐν κόποις, & manuum & animi. In uigilijs. ἐν ἀγρυπνίαις propter ſtudium, labores, orationes In ieiunijs. ἐν νηστείαις, aut coactis ſeu neceſſarijs, cum deeſt uictus: ſeu ſpontaneis uel uoluntarijs, ad refrenandã corporis ferociam, ut obediat ſpiritui. In puritate. ἐν ἁγνότητι.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Secunda uirtus, caſtitas, quæ duplex eſt: uitæ & doctrinæ. **In puritate.** Primum uitæ, tũ corporis, tum mentis, in qua unusquiſq; uas ſuũ poßidere debet, 1. ad Theſſa. 4. Et doctrinæ, cum uerbum Dei integrè & ſyncerè traditur, ſine corruptelis, & admiſtura humanarum traditionum. **In ſcientia.** ἐν γνώσει Tertia uirtus, prudẽtia in docẽdo, quæ eſt, ut uerbum Dei non ſolum purè tradamus, ſed etiã adhibeamus ſingularem prudentiam, rationem habentes auditorum firmorum et infirmorum, et rectè ſecantes uerbum, ut ad Timotheũ inquit. **In longanimitate.** ἐν μακροθυμίᾳ, Quarta uirtus, longanimitas, qua non ſtatim propter ruditatem auditorum, & lapſus incandeſcimus, ſed toleramus infirmos, donec et ipſi ſolidam cognitionem conſequantur, de quo inquit: Infirmum in fide ſuſcipite. **In animi lenitate.** ἐν χρηστότητι. Quinta uirtus, lenitas, ſeu morum cõmoditas & ſuauitas, qua ſine moroſitate, difficultate, & amaritudine conuerſamur cum alijs. **In benignitate.** Sexta uirtus, benignitas, ſeu beneficentia, qua alijs gratis benefacimus propter Deum, et cauſa conſeruãdæ humanæ ſocietatis, quæ mutua & liberali communicatione officiorum opus habet. **In ſpiritu ſancto.** Hoc membrum addit, ut monſtret fontem & autorem dictarum uirtutum, qui eſt ſpiritus ſanctus, mouens & impellens animos, ut præſtent patientiam in aduerſis

&

& alias uirtutes. In charitate non ſimulata. ἐν ἀγάπῃ ἀνυποκρίτῳ. Septima uirtus, charitas uera, qua (ut inquit Ioannes) non ſolum lingua ſeu uerbis, ſed opere & ueritate diligimus, & iuuamus proximũ. In ſermone ueritatis. Octaua uirtus, ſtudium, ſedulitas, & amor in propagãda uera doctrina Euangelij. In patientia Dei. Primum, in uirtute ſeu auxilio & præſentia Dei. Deinde, miraculis ſeu ſignis, quæ teſtimonia ſunt doctrinæ. Per arma iuſticiæ. Arma iuſticiæ uocat firmas munitiones, hoc eſt, conſolationes & defenſiones in malis, quæ ſunt fides, promißiones Dei, inuocatio, exercitia pietatis, quibus quaſi armamur & communimur ex utraq; parte: à dextra, aduerſus fortunæ indulgentiam, ne proſperis efferamur: à ſiniſtra, aduerſus incurſum malorum & afflictionum, ne in ijs deſperemus, ſed agamus Deo gratias in proſperis, & timeamus eũ in aduerſis, petamus et expectamus auxiliũ. Per gloriam et ignominiam. Diſtributione exponit, quid appellet arma dextra & ſiniſtra, uidelicet proſpera & aduerſa, contra quæ armatos eſſe oportet miniſtros Eccleſiæ, adeoq; omnes pios. Sunt autem hoc loco multa ſchemata Rhetorica obſeruãda, Antitheſes contrariorum membrorũ. Homœoteleuta, Conduplicationes, Anadiploſes, Anaphoræ, & ſimilia, quibus orationem mirè exornauit, & amplificauit. Per gloriam. Gloria

(δόξα) approbatio eſt conſcientiæ noſtræ rectè iudicantis, uel aliorum rectè iudicantium de proprijs, uel aliorum uirtutib. de qua alibi inquit Paulus: Hæc eſt gloria noſtra, teſtimoniũ conſcientiæ. Eſt igitur gloria miniſtrorũ Euãgelij apud Eccleſiam, quód fideliter functi ſint officio docendi, & ſcandalis non deformarint traditã doctrinam Euãgelij. **Ignominiam.** Id eſt, contemptum (Græcè ἀτιμίαν) cuius primum cauſa eſt uilitas perſonæ, tum Chriſti, tũ miniſtrorũ eius. Deinde abſurditas doctrinæ Euangelij, quod iuſticiã offert gratis per fidem propter Chriſtũ crucifixũ, & mortuum, ſine dignitate noſtrorum operum. De hoc contemptu, ſeu ſcandalo, inquit Chriſtus Mat. 11. Beatus qui non fuerit offenſus per me. Et Paulus 1. Corint. 1. Euangeliũ eſt ſtultitia gentibus. **Per conuitia.** Id eſt, maledictiones, opprobria, quemadmodũ Iudæi Chriſtum Samaritanum & obſeſſum dæmonio conuitiati ſunt, Ioan. 8. & ſeductorem, Matth. 27. Et Paulum σπερμόλογον, Acto. 17. **Per laudes.** (εὐφημίας) id eſt, benedicentiã. Ad utraq; hæc oportet miniſtros Eccleſiæ armatos eſſe, & à dextra, & à ſiniſtra, ne propter laudes, aut popularem gloriam, uel propter uituperationes, & calumnias, deficiant, à uera doctrina, et eius confeßione, declinantes neq; ad dextram, neq; ad ſiniſtram. Sicut inquit Paulus: Si hominibus placere uellem, ſeruus Chriſti non eſſem. **Quaſi ſe-**

ducto-

ductores. Expoſitio continens antitheſin calumniarum, ſeu uituperationum hoſtium Euangelij, & teſtimonij ueræ Eccleſiæ, rectè iudicantis de Paulo & alijs ueris miniſtris Eccleſiarum omnium temporum. Quaſi impoſtores. Id eſt, ſeducentes homines à uera doctrina & ueris cultibus Dei, tradentes impia, & quaſi illudentes præſtigijs falſarum opinionum, & faſcinantes homines. Tamen ueraces. Id eſt, uera & ſalutaria hominibus tradētes, de notitia Dei, de uera inuocatione Dei, et ueris cultibus. Quaſi ignoti. Incredulis & hoſtibus Euangelij, quia Apoſtolus homines piſcatores, ignobiles, cōtemptos, et ineruditos, calumniati ſunt, ſicut & ipſum Chriſtum. Et tamen noti. Veræ Eccleſiæ ſeu credentibus Euangelio, qui præſentiam & teſtimonia Dei in Apoſtolis agnoſcunt per edita miracula, & donationē atq; efficaciā ſpiritus ſancti. Quaſi morientes. Corā mundo, qui doctores ueros et profeſſores Euāgelij perſequitur, et occidit tanquam ſeductores et peſtes humani generis. Et ecce uiuimus. Corā deo, ad cuius dulciſsimā et perpetuam cōſuetudinē auocātur ex hac uita per mortē, et liberātur etiā ſæpe mirabiliter in hac uita ex manibus, et furore hoſtiū Euāgelij. Quaſi correpti. A Deo afflictionib. iuxta illud Act. 14. Per multas afflictiones oportet nos ingredi in regnū Dei. Itē illud: Immolamur propter te tota die tanquā oues

occiſionis. Huius correptionis ſeu crucis cauſam mundus iudicat eſſe peccata piorum ſeu Eccleſiæ, ſicut inquiunt apud Eſa. 53. de Meßia: Reputauimus eũ quaſi percuſſum à Deo &c. Sed Deus ideo Eccleſiam ſubijcit cruci, ut glorioſè liberet, & reddat conformen imagini ſui filij, exerceat fidem & inuocationem. **Non occiſi.** Id eſt, non omnino extincti aut expreßi, ſed tantum afflictionibus exerciti, ut reprimatur in nobis caro, creſcat fides & inuocatio, & experiamur Dei omnipotentiam, & bonitatem in admiranda liberatione.

Quaſi dolentes. Externè ſeu coram hominibus, propter afflictiones, quas caro naturaliter fugit. **Gaudentes.** Corde ſeu ſpiritu, propter conſolationem internam ſpiritus ſancti, & promiſſa præmia in uita æterna. **Quaſi pauperes.** Id eſt, inopes, deſtituti bonis corporalibus, opibus, præſidijs humanis. **Ditantes.** Primum bonis ſpiritualibus, cognitione Euangelij, fidei doctrina, de uera inuocatione Dei, de ueris cultibus. Deinde etiam eleēmoſynis, quas Paulus collegit in Eccleſijs ad uſum pauperum. **Quaſi nihil habentes.** Bonorum corporalium in hac uita. Sicut & Chriſtus de ſe inquit: Filius hominis non habet, ubi reclinet caput ſuum. **Omnia poſsidentes.** Primum animo ſeu affectu ſua ſorte contento. Deinde in Deo, qui affatim largitur ſuis etiam in hac uita, quantum opus eſt ad perfruendum, ut inquit Paulus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

OBIECTIONES, *De iuſticia operum.*

Paulus ubiq; exigit iuſticiam operum in renatis, tanquam neceſſariam ad ſalutem. Et Ioannes, *1. Ioan. 3* inquit: Si cor noſtrum non condemnat nos, fiduciam habemus apud Deum: Ergo uidetur non ſola fides iuſtificare coram Deo, ſed etiam opera: Vel *(ut aduerſarij inquiunt)* Fides iuſtificat principaliter, iuſtitia operum minus principaliter.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia Paulus requirit iuſtitiam operum, tanquam fructū fidei, propter quā iuſta eſt perſona, et accepta Deo per miſericordiam. Ideo placet etiam obedientia, ſeu iuſtitia operum in renatis. Iuxta illud: Nulla ineſt condemnatio in his qui Chriſto ſunt inſiti, Romanos 8.

QVAESTIO.

Qua re Paulus renatus deinceps placet Deo, utrum propter fidem, an propter opera, ſeu nouam obedientiam?

Reſpon. Propter fidem, ſeu miſericordiam.

CONTRA.

Paulus credens, et faciens bona opera, placet Deo: non faciens non placet.

Ergo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Ergo nō placet tantùm propter fidem per miſericordiam, & uidentur opera eſſe cauſa partialis iuſtificationis.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia homo eſt & manet iuſtus ſola fide, quæ, quamdiu adeſt & manet, non poteſt non benefacere, ſicut ſol non poteſt non lucere. Ideo *mala eſt diuiſio hominis credentis, & non operantis, quia uera fides nunquam eſt ſine bonis operibus, ſed ſemper operatur de facto, ut loquuntur, hoc eſt, ſua natura & immutabiliter, ſicut ſol natura ſua radios ſpargit.* Eſt *igitur neceſſaria iuſticia operum ad ſalutem, non quia operetur aut impetret ſalutem, ſed quia neceſſariò ſequitur ueram fidem, quæ nunquam eſt ocioſa, ſicut ſol nunquam eſt ſine radijs.*

ALIA OBIECTIO, De prærogatiua Noui teſtamenti.

In nouo teſtamento eſt tempus acceptabile, & dies ſalutis:

Ergo in Veteri teſtamēto tale tempus non fuit &c: per conſequens, patrum obedientia non placuit Deo, neq; ſalutem conſequuti ſunt.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia non eſt pugnantia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

in relatiuis, quæ diuerſo reſpectu intelliguntur. Sic hic, tempus acceptabile & dies ſalutis uocantur non propter diſcrimẽ gratiæ, ſeu beneficiorũ Chriſti, quæ per fidem in uenturum Chriſtum conſequuti ſunt etiam patres Veteris teſtamẽti, ſed propter promulgationem Euangelij uniuerſalem inter gentes, quæ antea alienæ fuerunt à populo Dei.

ALIA, *De Scandalo.*

Non eſt offenſio cuiquam danda, in ulla re.

Docentes iuſtificari hominem ſola fide, ſine operibus legis, dant offenſiones, quia reddunt homines ſegniores in ſtudio bonorum operum, & ſecuros:

Ergo peccant contra præceptũ Pauli.

RESPONSIO.

Nego minorem. Quia ſcandalum eſt acceptũ, non datum, eorum, qui uera & neceſſaria doctrina offenduntur. Deinde negligentiæ & ſecuritatis cauſa non eſt doctrina Euangelij de gratuita iuſtificatione, ſed malitia hominum, qui natura ſunt propenſi ad ſecuritatem, & ignauiam. Electos autem ſeu uerè obedientes Euangelio, cõmendatio miſericordiæ Dei excitat ad ſtudiũ bene operandi, ut ſint grati Deo pro beneficio. Eſt igitur

fallacia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

fallacia uel accedentis, uel ſecundum non cauſam ut cauſam, quia uitæ diſſolutiones nõ oriuntur ab ipſa doctrina Euangelij, ſed ab ipſis hominibus, & corrupta eorum natura, quæ laxat frenum prauis cupiditatibus, quas accuſat & damnat Euangelium.

DOMINICA REMINISCERE, Epiſtola S. Pauli, de perſeuerantia & profectu in tradita doctrina Euãgelij, et exercitijs pietatis, de ſanctificatione ſeu caſtitate uitæ, & iuſticia, ſeu æqualitate ſeruanda in contractibus. I. Theſ. IIII.

Tetraſtichon.

Vera dedit mundo pietatis dogmata Paulus:
Quæ iubet aßidua relligione coli.
Hinc monet, ut ſancto bene ſerues corpus honore,
Neq; premas fratrem, decipiasue dolis.

Argumentum.

Hortatur & hic Diuus Paulus, ſuo more, poſt traditam doctrinam de fide, Theſſalonicenſes et omnes alios ad nouitatem uitæ, quæ tanq̃ fructus iuſtitiã fidei ſemper comitatur, & placet Deo propter fidẽ in renatis. Præcipuè autem hortatur ad tria: Primum ad ſtudium et meditationẽ doctrinæ Euãgelij, & ad exercitia, quibus ea augetur et conſeruatur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſeruatur in Eccleſia, Deinde monet, ut ſcortationem & omnem immunditiem fugiant, quod per eam Deus imprimis commoueatur ad iram, & puniat horrendè uagas & inconceſſas libidines, quod multa exempla & populi Dei, & gentium hiſtoriæ teſtantur. Tertió hortatur ad iuſticiam, quam Ariſtoteles uocat commutatiuam, quæ æqualitatem ſeruat in contractibus, uenditione, emptione, & ſimilibus negotijs, quibus humana ſocietas opus habet.

EPISTOLA, *1. Theſſa. 4.*

FRatres, rogamus uos & adhortamur per Dominum Ieſum, quemadmodũ accepiſtis à nobis, quomodo oporteat uos uerſari, & placere Deo, ut abundetis magis. Noſtis enim, quæ præcepta dederimus uobis per Dominum noſtrũ Ieſum. Hæc enim eſt uoluntas Dei, ſanctificatio ueſtra, ut abſtineatis à ſcortatione, & ſciat unusquiſq; ueſtrũ ſuum uas poſsidere, cum ſanctificatione et honore, non cum affectu concupiſcentiæ, quemadmodũ & gentes, quæ non nouerũt Deũ. Ne qs opprimat ac fraudet in negotio fratrem ſuũ, propterea quòd ultor eſt Dominus de omnibus his, quemadmodũ & ante diximus uobis, ac teſtati ſumus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

mus. Nõ enim uocauit nos Deus im-
munditię cauſa, ſed ad ſanctificationẽ.

EXPLICATIO TEXTVS.

Fratres, rogamus. *Propoſitio generalis per obteſtationẽ: Rogamus uos, ego Paulus et Silas, ut uitam dignam agatis Euangelio tradito uobis & accepto, & ut in agnitione Dei, & uoluntatis eius indies creſcatis. Eſt aũt prima adhortatio ad ſtudium, diligentiã, & conſeruationem uerbi Dei in Eccleſia, cuius notitia, ſicut cætera dona omnia, augetur exercitijs. Sicut inquit Chriſtus. Habenti dabitur, id eſt, qui exercet ſe, non eſt ignauus, in eo augebuntur dona; & de ſecuris & ignauis inquit Luc. 8. Quód Diabolus tollit uerbum Dei de cordibus eorum, ne credentes ſalui fiant. Et Lu. 11. inquit, de domo ſcopis mundata, hoc eſt, ocioſo & ſecuro poſt liberationem: Tunc uadit (ſpiritus immundus) et aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecũ, nequiores ſe, et ingreſſi habitant ibi, & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Vnde & alibi inquit: Beati qui audiunt uerbum Dei, & cuſtodiunt illud, id eſt, retinent, meditantur & proficiũt, nec deficiunt ab eo in tentationibus.* **Fratres.** *Captatio beneuolentiæ.* **Rogamus.** *Officium concionatorũ, nõ imperare aut ſeruire crudeliter, more tyrannorũ, in auditores, ſed rogare et obſecrare, propoſita primum immenſa miſericordia Dei*

erga

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

erga nos exhibita in filio. Deinde premijs obedientiæ. Tertió pœnis inobedientiæ præſentib. et æternis. Per Dominum Ieſum. Obteſtatio. Per Dominum. Id eſt, Qui Dominus idem poſtulat à uobis pro ſua erga uos amore, et beneficio redemptionis. Item, qui Dominus Ieſus adfuturus eſt uobis ſuo ſpiritu, ut præſtare obedientiã poßitis, modo ipſi quoq; annitamini, nõ ſitis negligẽtes aut ſecuri. Quemadmodum. Enthymema eſt: Scitis ex tradita, & accepta à nobis doctrina Euangelij, quæ ſit uoluntas Dei, quæ opera placeant ipſi et grata ſint. Ergo obedite etiam, ne, ſcientes uoluntatem Domini, & non faciẽtes eam, pluribus plagis uapuletis. Accepiſtis. Id eſt, didiciſtis doctrinã Euangelij, quod primum proponit immenſam Dei miſericordiam et amorem erga genus humanum in filio, propter quem & uos recepit in gratiã, exaudit, iuuat, & defendit, quod beneficium fide apprehendendũ eſt. Deinde hortatur ad obedientiam ſeu nouitatem uitæ, quæ fidem tanquã fructus ſequitur, ſicut inquit ad Titum 2. Apparuit gratia Dei ſeruatoris noſtri omnib. hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatẽ, et ſecularia deſideria, ſobriè, iuſtè, et piè uiuamus in hoc ſeculo. Quomodo oporteat. Eſt igitur neceſſaria iuſtitia operum, ſeu nouitas uitæ ad ſalutem, non quidem tanquam cauſa impetrãs, ſeu operans ſalutem, ſed tanquam effectus ſeu

fructus ueræ fidei, quæ nunquam eſt ocioſa. Placere Deo. Hoc ſummũ Dei beneficium eſt, quód uoluntatem ſuam in uerbo nobis patefecit, ut ſcire poßimus, quæ opera ipſi placeant, quæ diſpliceãt, unde alibi iubet, ut grata Deo faciamus, id eſt, præſtemus, quæ ipſe iußit in ſuo uerbo. Sunt autem hæc opera, quæ cuiusq; uocatio requirit, in qua uult Deus unumquemq; eſſe diligentem, & facere opera neceſſaria, non eſſe πολυπράγμονα, aut uocationes alienas inuadere. Vt abundetis. Propoſitio ſeu ſtatus exhortationis generalis. Hoc rogo & obſecro, primum, ut indies progrediamini in cognitione Euangelij, Deinde, ut ſitis grati Deo pro exhibitis beneficijs, ne uideamini gratiã Dei fruſtra recepiſſe, quod et in præcedente Epiſtola monuit. Vt abundetis. Id eſt, ut maiorem indies conſequamini cognitionem doctrinæ Euãgelij, audiendo, legendo, meditãdo, & alijs exercitijs. Noſtis enim. Aetiologia ſuperioris Enthymematis, ſeu repetitio antecedentis: Didiciſtis à nobis, quid exigat à uobis Deus. Ergo obtemperate & præſtate Deo obedientiam. Quæ præcepta. Primũ ut credatis Deum uos recepiſſe in gratiam, & propitium eſſe uobis gratis fide propter filium mediatorem. Deinde, ut hanc fidem bonis operibus declaretis. Per Dominum Ieſum. Monet hac particula Paulus gubernatores Eccleſiæ, ne tradant in Eccleſia, quod ipſe Chriſtus

non

non docuit, neq; in uerbo Dei eſt expreſſum, uel quod pugnet cũ analogia fidei. Per Dominũ. Id eſt, autoritate, nomine & iuſſu Domini, non ex humana temeritate, non ex humanis traditionib. ſed ex præſcripto uerbi Dei. Hæc enim eſt uoluntas. *Secunda exhortatio, ſeu præceptum de caſtitate, & uitandis uagis libidinibus, quæ irã Dei imprimis concitant, cæcitatem mentibus inducunt, lædunt conſcientiam, ne inuocare Deum poſſit, & ſunt cauſæ multarum calamitatum, cum priuatarũ, tum publicarum in humano genere, quod hiſtoriæ & exempla horribilia pœnarum omniũ temporum teſtantur, Dauidis, uaſtationis Troiæ, Thebarum, inundatio diluuij, conflagratio Sodomorum, & ſimilia. Item æternæ pœnæ ſequuntur libidinoſos. Sicut inquit Paulus: Scortatores & adulteros iudicabit Deus. Et Salomon cap. 5. Adulter perdet animam ſuam.* Voluntas. *A uoluntate Dei, qui cum ſit mens caſtiſsima, amat etiam et præcipit caſtitatem in humano genere, ſicut inquit Leuitici 11. Sancti eſtote, quoniam & ego ſanctus ſum. Et ſola caſtitas Deum, Angelos, & Eccleſiam diſcernit ab immundis naturis, Diabolo & gentibus, quæ impuritate delectantur, & quia Deus eſt mens caſta, inuocari non poteſt à mente, quæ contaminata eſt libidinibus. Vnde inquit Paulus ad Hebræos 11. Sectamini ſanctificationem, id eſt, caſtitatem, ſine qua Deum nemo ui-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

debit. **Sanctificatio.** *Id eſt, hoc uult Deus, ut colatis ſanctitatem, & ſeruetis caſtitatem ueſtrorum corporum, ne contaminentur uagis libidinibus.* **Vt abſtineatis.** *Appellationem ſcortationis cõprehendit omnes uagas libidines extra coniugium, neq; enim prohibet moderatam conſuetudinem, & amorem coniugalem, ſeu* στοργὴν, *quã Deus ſanxit, & naturæ indidit in paradiſo, cùm inquit: Erunt duo in carne una, & approbat etiam coniugium. Sicut inquit Salomon: Delecteris cum uxore adoleſcentiæ tuæ. Item: Inueniens uxorem, inueniet bonum, & hauriet uoluptatem à Domino.* **Vnuſquiſque.** *Generale eſt præceptum de caſtitate, pertinens ad omnes homines, quorum qui donum continentiæ non habent, iuxta præceptum Pauli, matrimonium contrahant, ne urantur & offendant Deum uagis libidinibus.* **Suum uas.** *Id eſt, corpus ſuum, uel (ut quidam interpretantur) uxorem ſuam, quam quiſque ut uas infirmum diligat, ueneretur & toleret.* **Cum ſanctificatione.** *Id eſt, caſtitate & puritate.* **Et honore.** *Id eſt, non contaminet prohibitis ac fœdis libidinibus corpus ſuum, ſed uereatur tanquam templum ac ſedem Spiritus ſancti.* **Non cum affectu.** *Id eſt, deſiderijs immundis, quæ frenari poſſunt diligentia, labore, ſobrietate uitæ, lectione & meditatione uerbi Dei, & inuocatione.* **Quemad-**

modum & gentes. *Dehortatur à diſsimili exemplo gentium, quæ impuritati, & libidinibus indulgent. Quaſi dicat: Gentes ignorantes Deum, libidinibus ſe contaminant: uos autem qui ſcitis Deum eſſe mentem caſtam, & non poſſe inuocari à mente contaminata libidinibus, caſtitati ſtudebitis, ne iram Dei in uos concitetis, & ut inuocare eum poſsitis, illæſa conſcientia.* Quæ Deum non nouerunt. *Id eſt, uoluntatem Dei, abominantis & punientis horribiliter uagas libidines, priuatis & publicis calamitatibus.* Ne quis opprimat. *Tertium præceptum de iuſticia, ſeu æqualitate ſeruanda in contractibus ſeu commutationibus rerum, ne quibus ſuum cuique tribuendum eſt.* Ideo monet in genere, *ne ſimus* πλεονεκτικοί, *id eſt, contra iuſtitiam nimium cupidi lucri, & propriæ utilitatis, cum damno alterius, ideo æqualia pro æqualibus reddenda ſunt, ut pax & concordia conſeruetur in humana ſocietate, quæ inæqualitate turbatur, & tandem interitura eſſet, cum altera pars quæ minus recipit, exhauriretur.* Pertinet *autem hæc admonitio ad ſeptimum præceptum* Decalogi: Non furtum facies. *Sicut præcedens ad ſextum:* Non *mœchaberis.* Opprimat. Græcè (τὸ μὴ ὑπερβαίνειν) *id eſt, ne ſupergrediatur, hoc eſt, opprimat potentia, autoritate, opibus, uel ſpecie, ſeu prætextu iuris.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Ac fraudet. (Græcè τὸ μὴ πλεονεκτεῖν) id eſt, fraudet, hoc eſt, circumueniat, decipiat doloſe, plus ad ſe trahat in contractibus, quàm decet & æquum eſt. **In negocio.** Id eſt, in contractionibus, ſeu commutatione rerum. Approbat autem hic locus politiam, & omnia officia politica, quibus humana ſocietas conſeruatur. **Propterea.** A pœnis temporalibus & æternis, quibus iniuſti et πλεονεκτικοὶ puniētur à Deo, qui ſicut in ſe ſummè eſt iuſtus, ita uult etiam a nobis ſeruari iuſtitiam, ut & natura, & actiones noſtræ cum archetypo noſtro Deo congruant. **Vltor eſt.** Id eſt, Deus punit iniuſtos, & defraudantes proximum in contractibus, iuxta illud: Stateram iniquam obominatur Dominus. Et Leuitici 19. præcipit hanc æqualitatem, cùm inquit: Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in menſura. Statera iuſta, & æqua ſint pondera. Et Deuteronomij 25. Abominatur Dominus omnem iniuſticiam. **Non enim.** A uoluntate Dei, ſeu cauſa finali uocationis noſtræ ad cognitionem Euangelij, quæ eſt, ut caſtè uiuamus, nec contra conſcientiam indulgeamus libidinibus à Deo prohibitis.

OBIECTIONES tres.

1. De diſciplina ſeu aſſuefactione.

Omnia fiunt neceſſario,ſeu prouidente & ordinante Deo:
Ergo diſciplina ſeu conatus in regendis moribus, ſeu frenandis cupiditatibus,ſunt irriti.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia antecedens falſum eſt,nam actiones externæ ſunt in poteſtate humanæ uoluntatis, quæ externa membra moderari & cõtinere poteſt, ſicut teſtatur Paulus,cùm inquit: Lex iniuſtis eſt poſita. Et ad Epheſeos uocat iuſticiam carnis hanc cõtinentiam, ſeu diſciplinam. Ideo uoluntas repugnare poteſt, & debet uitijs, quód cum facit, adeſt ſpiritus ſanctus & adiuuat diſciplinam. Non igitur peccata fiunt neceſſario, determinante Deo,ſed permittente. Poteſt igitur uoluntas ſua libertate abſtinere ab adulterio, & continere manus ne rapiant aliena. Vnde inquit Paulus: Ambulate accuratè, non ut fatui, ſed ut ſapientes. Et de ſe ipſo iam ſene inquit: Sugillo corpus meum,& in ſeruitutem redigo.

II. De Coniugio.

Prohibet Paulus concupiſcentiam:
Ergo prohibet coniugalem conſuetudinem,& amorem inter coniuges.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia plus eſt in conſequente, quàm in antecedente. Nam antecedens loquitur de concupiſcentia prohibita, ſeu uagis libidinibus extra coniugium, non de coniugali conſuetudine, qua moderatè & piè uti licet, tanquam opere diuinitus ordinato, etiam ante lapſum, ad conſeruationem humani generis.

III. *De Contractibus.*

Occaſiones peccatorum ſunt uitandæ. Sicut dicitur: Vitare peccata, eſt uitare occaſiones.

Contractus præbent occaſiones rixarum & diſſenſionum inter homines:

Ergo contractus ſunt uitandi.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt fallacia ſecundum non cauſam ut cauſam. Nam contractus, qui ſunt ordinationes politicæ, utiles ac neceſſariæ ad conſeruationem humanæ ſocietatis, nō ſunt cauſæ per ſe rixarum & defenſionum, ſed malitia ſeu corruptio humanæ naturæ, et πλεονεξία, quæ æqualitatem in contrahendo mandatam à Deo non ſeruat. Hæc cum ſeruatur, occaſiones ſunt contractus mutuæ cōiunctionis, beneuolentiæ, & amoris inter homines, & exercitia charitatis Chriſtianæ.

DOMI-

DOMINICA OCVLI,

Epiſtola S. Pauli, de diligendo proximo, fugiendo ſcortatione, auaritia, & ſcurrilitate in ſermone. Epheſios V.

Tetraſtichon.

Quem Deus ingenti pereuntem ſeruat amore,
In Chriſto eſt gratus, pro bonitate, Deo.
Diligit hic fratrem, mala uitat commoda lucri;
Et mens, & corpus, caſtaq; lingua manent.

Argumentum.

Hortatur hic Diuus Paulus nō ſolum Epheſios, ſed etiā omnes Chriſtianæ religionis profeſſores, ut iuſticiam fidei, qua accepti ſunt Deo gratis propter mediatorem, nouitate uitæ, ſeu bonis operibus omnis generis declarent atq; teſtentur corā mundo. Primum autem hortatur ad dilectionem proximi, ab exemplo Dei patris, qui motus ingenti amore erga perditū humanū genus, filium ſuū miſit nobis redemptorem, qui obediens patri, uolens ſe metipſum uictimam ſeu λύτρον obtulit Deo patri, ut nos in eius gratiā reponeret. Et pro hoc ineffabili beneficio nihil aliud requirit à nobis, quā ut proximum noſtrum uiciſſim complectamur, & iuuemus. Deinde hortatur ad caſtitatem uitæ, monens ut ſcortationem & omnem immunditiem, item in ſermone obſcœnitatem, uanitatem et ſcurrilitatem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſilitatẽ fugamus. Tertiò dehortatur ab auaritia, quam idolorum cultum appellat, quia abducit mentes à fiducia ueri Dei ad fiduciam creaturarum. Quartò monet, ne inanibus & impijs Epicureorũ ac ſimilium ſermonibus ſinamus nos abduci à ſtudio pietatis et uirtutum, qui horrendam iram Dei aduerſus peccata ſecurè negligunt, & magnitudinem peccati extenuant.

EPISTOLA, *Epheſios* 5.

SItis igitur imitatores Dei, tanquam filij dilecti, & ambuletis in dilectione, quemadmodũ & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem ac uictimam Deo in odorem bonæ fragrantię. Cęterum ſcortatio, & omnis immunditia aut auaritia ne nominetur quidem inter uos, ſicut decet ſanctos: aut obſcœnitas, aut ſtultiloquium, aut urbanitas, quæ non cõueniunt, ſed magis gratiarum actio. Nã hoc ſcitis, quòd omnis ſcortator, aut immũdus, aut auarus, qui eſt ſimulachrorum cultor, non habet hæreditatem in regno Chriſti, et Dei, Ne quiſ quam uos decipiat inanibus ſermonibus. Propter hæc enim uenire ſolet ira Dei in filios inobedientes. Ne ſitis igitur conſortes illorum. Eratis enim

quon-

quondam tenebræ, nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate: nam fructus ſpiritus ſitus eſt in omni bonitate, & iuſticia, & ueritate.

EXPLICATIO TEXTVS.

Sitis igitur. *Tradit Paulus in primo, ſecundo & tertio capite Epiſtolæ ad Epheſios, ſummam doctrinæ Chriſtianæ de miſericordia Dei, q̧ etiam gentes elegit & uocauit per miniſterium Euangelij ad cognitionem ſui, & hæreditatem uitæ æternæ. Et adhortatus eſt Epheſios ad agnoſcendam & amplectendam hanc immenſam gratiam Dei ipſis quoq; exhibitam. Et monet, ut in doctrina Euangelij retinēda ſint conſtantes, nec ab ea deficiãt propter crucem. Hæc prima pars eſt Epiſtolæ, et ſumma doctrinæ Chriſtianæ de reconciliatione humani generis per filium Dei, quæ fide eſt apprehendenda & retinenda in perſecutionibus. In ſequentibus capitibus ſunt ferè paræneſes ad ſtudiũ uariarum uirtutum, ſeu nouitatem uitæ, quæ iuſtitiã fidei neceſſarió ſequitur, tanquã fructus bonæ arboris. In hoc igitur textu adhortatur ad dilectionem, caſtitatem uitæ, ad liberalitatem, gratiarũ actionem, ſermones utiles & pios, quibus ædificatur Eccleſia &c.* Sitis igitur. *Propoſitio generalis de dilectione proximi, ſumpta ab exemplo amoris Dei patris et filij eius erga nos. Nam pater*

miſit

miſit nobis filium redemptorē, et ipſe filus ex in-
genti amore uolēs ſe ipſum pro nobis obtulit Deo
uictimā, qua recōciliati ſumus. Debemus igitur et
nos uiciſsim diligere proximū, adiuuare eum, to-
lerare infirmitates ipſius, & condonare offenſas.
Nam ſic in fine præcedentis capitis inquit: Eſtote
aūt inuicem benigni, miſericordes, donantes inui-
cem, ſicut & Deus in Chriſto donauit uobis. Igi-
tur. Quia Deus condonauit uobis delicta ueſtra.
Imitatores Dei. Id eſt, diligite proximum ue-
ſtrum, & condonate ipſi delicta, exemplo Dei, qui
uobis ignoſcit gratuitò. Sic & Chriſtus inquit,
Matt. 7. Eſtote miſericordes, ſicut & pater ue-
ſter miſericors eſt. Et: Remittite, & remittetur
uobis: Date, & dabitur uobis. Tanquam filij.
A decoro: Filij eſtis Dei adoptiui. Ergo patrem ue
ſtrum Deum imitamini. Diligite proximū ueſtrū,
& benefacite ei, ſicut pater uos diligit, & benefa-
cit uobis in filio. Filij. Adoptiui per fidem, Ga-
lat. 4. Dilecti. Id eſt, chari Deo in filio, ſicut in-
quit Ephe. 1. Sumus dilecti in dilecto. Et ambu-
letis. Exponit generalē, exhortationē, in qua re
imitari debeamus Deū, uidelicet in dilectione præ
ſtāda proximo. Dilectione. Id eſt, opera chari
tatis præſtetis proximo, iuuantes ipſum, & condo
nātes ei errata. Quemadmodum. Ab exem
plo dilectiōis Chriſti erga nos, qui primum ex in-
genti amore deprecator factus eſt pro humano
generc,

genere, & interceſſit horrēdæ iræ Dei ſtatim poſt lapſum Adæ. Deinde humanam naturā induit, & uictima factus eſt pro humano genere, placauit ſua morte iram Dei aduerſus peccata. Hoc Exemplum ineffabilis dilectionis filij Dei erga perditū humanū genus, uult nos imitari in diligēdo proximo. Sicut et Ioannes inquit. 1. Ioan. 4. In hoc eſt charitas Dei, non q̧ nos dilexerimus Deū, ſed quoniā ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiatorem pro peccatis noſtris. Chariſſimi, ſi Deus dilexit nos, debemus & nos diligere alterutrum.

Quemadmodū. Modus dilectionis, ut ſit gratuita etiam erga indignos, et malè de nobis meritos, ſicut Chriſtus indignos cōplexus eſt, & pro peccatoribus & inimicis ſuis mortuus eſt, ut ad Rom. 5. ait: Cōmendat Deus charitatem ſuam erga nos, q̧ Chriſtus pro nobis, cùm adhuc peccatores eſſemus, mortuus eſt. Et tradidit. Amplificatio dilectionis Chriſti, qua motus ſeipſum uictimam obtulit patri pro nobis. Tradidit. In mortem, quæ λύτρον eſt, ſeu precium redemptionis noſtræ, idq́; uolens. Sicut inquit Eſaias cap. 53. Oblatus eſt, quia uoluit. Semetipſum. Id eſt, corpus ſuum. Eſt igitur mors Chriſti precium recōciliationis, propter quod Deus iram ſuam aduerſus peccata remiſit. Quia iuſtitiæ dei omnino ſatis fieri oportuit: nam lex obligat uel ad obedientiā, uel ad pœnam, quā noſtro nomine filius Dei ſuſtinuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

nuit. Pro nobis. Id eſt, humano genere: ſed participes tantum fiunt beneficij, qui fide illud apprehendunt, & ſunt Deo grati. Oblationem. Qua expiatum eſt peccatum, & placata immenſa ira Dei aduerſus peccata, & ſatisfactum iuſtitiæ diuinæ. Deo. Patri. In odorem. Reſpexit ad oblationes ſeu adolitiones Veteris teſtamenti, quarum odore, cum fiebant in fide, delectatus eſt Deus, hoc eſt, gratũ fuit ipſum opus Deo, propter obedientiam & ſignificationem futuri ſacrificij, quo filius Dei oblaturus ſe erat pro humano genere. Sic Gene. 8. dicitur: Odoratusq́; eſt Deus ſuauitates holocauſti Noë, hoc eſt, acceptũ fuit Deo ſacrificium Noe, propter obedientiã et fidem in promiſſum ſemen. Item Apocalypſis 8: Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum, de manu Angeli corã Deo, id eſt, orationes Eccleſiæ acceptæ fuerunt Deo, & exauditæ propter mediatorem filiũ Dei. In odorem. Id eſt, mors Chriſti accepta fuit Deo patri, qua placatus eſt, et remiſit pœnam debitam peccato humani generis. Cæterum. Propóſitio adhortationis de uitanda ſcortatione ſeu immunditie, de auaritia, et ſcurrilitate in loquendo. Cæterum. Particula tranſitionis. Quaſi dicat: Dixi iã qua uirtute uos ornatos eſſe oporteat, uidelicet dilectione erga proximũ, qua ei benefacitis, exemplo Dei, toleratis infirmitatẽ eius, condonatis offenſas. Iam dicam etiã, quæ uobis

bis ſint fugienda uitia, quomoda ueſtra ipſorũ corpora regere, & diſciplina coërcere debeatis, & quas uirtutes Deus à uobis ipſis requirat. Scortatio. Scortationis appellatione intelligit omnis generis uagas libidines extra coniugiũ. Pertinet aũt hæc admonitio de fugienda ſcortatione & immunditia corporis, ad ſextũ præceptum Decalogi: Non mœchaberis. Omnem immunditiem. In genere prohibet non ſolum ſcortationem, quæ fit extra coniugium, ſed immunditiẽ, qua quocunq; modo contaminatur corpus, quod templum eſt Spiritus ſancti, ſicut inquit 1. Corint. 6. Quare in ſanctificatione eſt poßidendum, & coniugali etiam conſuetudine utendũ moderatè & piè in timore Dei. Aut auaritia. Et uitanda auaritia, quæ pecuniæ eſt immodicum ſtudiũ, & fames per fas nefasq; cumulandæ, cum damno proximi. Hanc & Chriſtus cauendã monet, Luc. 12. cum inquit: Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abũdantia cuiuſq; uita eius eſt, quæ ex his poßidet. Ne nominetur. Quia talis quiſq; iudicatur eſſe, qualia ſunt quotidiana colloquia, iuxta illud Chriſti, Matt. 11. Ex abundantia cordis os loquitur. Sicut decet ſanctos. A decoro ſeu honeſto, ſeu à coniugatis. Sancti eſtis, id eſt, ſanctificati & mundati à peccatis: Ergo etiam ſanctè uiuite. Sicut 1. ad Corint. 6. inquit: Et hæc aliquando fuiſtis, ſed abluti eſtis et ſanctificati eſtis in nomi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ne Domini noſtri Ieſu Chriſti, et in ſpiritu Dei noſtri. Aut obſcœnitas. De uitanda obſcœnitate, ſtultiloquio, & urbanitate ſcurrili, de quibus omnibus inquit Chriſtus, Matt. 12. Dico uobis, q; de omni uerbo ocioſo, quod locuti fuerint homines, reddēt rationem in die iudicij. Quæ non conueniunt. Id eſt, quæ ſunt inhoneſta ac turpia, quæ non decent uos, quæ nullam utilitatem adferunt, neq; uobis ipſis, neq; proximo, unde in præcedenti capite inquit: Omnis ſermo malus ex ore ueſtro non procedat, ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Item ad Coloſſenſes 2. inquit: Deponite turpem ſermonem de ore ueſtro &c. Sed magis gratiarum actio Antitheſis de utili & pio uſu linguæ ſeu ſermonis, qui eſt, ut bonitatem Dei celebremus in noſtris colloquijs & congreßibus, & agamus ei gratias pro acceptis beneficijs, corporalibus et æternis, pro miniſterio Euangelij, defenſione et cōſeruatione Eccleſiæ, ſicut inquit ad Colo. 3. Sermo Chriſti inhabitet in uobis opulentè cū omni ſapientia, docēteq; et cōmonete nos inuicem cantionibus, et laudibus, et cantilenis ſpiritualibus, cum gratia canentes in corde ueſtro, Domino. Nam hoc ſcitote. Aetiologia dehortationis à comminatione pœnarum æternarum, qua afficiētur qui dictis peccatis ſecurè indulgēt, contra teſtimoniū propriæ conſcientiæ, neq; agunt pœnitentiā, quia

ſcortatione et immunditia contaminato corpore, contriſtatur et expellitur ſpiritus,q caſtitate gaudet: & auarus fide caret, collocans fiduciam ſuam non in Deo, ſed in creaturis ſeu opibus, unde eum ſimulachrorum cultorem appellat, & Chriſtus inquit, Matt. 6. Non poteſtis Deo ſeruire, & Mammonæ. Similia præcipit, Colo. 2. inquiens: Mortificate ergo membra ueſtra, quæ ſunt ſupra terrã. Fornicationem, immundiciam, libidinem, concupiſcentiam malam, et auaritiã, quæ eſt ſimulachrorum ſeruitus, propter quæ uenit ira Dei ſuper filios incredulitatis. Item 1. Corinth. 6. Nolite errare, neq; fornicatores, neq; idolis ſeruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; maſculorũ cõcubitores, neq; fures, neq; ebrioſi, neq; maledici, neq; rapaces, regnum Dei poßidebunt.. Loquitur aũt de perſeuerantibus in his peccatis contra conſcientiam, non de agentibus pœnitentiã, quibus condonantur peccata: quamdiu aũt his peccatis aliquis eſt obnoxius, nec agit pœnitentiam, non eſt membrũ Eccleſiæ, nec particeps erit uitæ æternæ. **In regno Chriſti.** Regnum Chriſti uocat regnũ gratiæ, hoc eſt, Eccleſiam in hac uita, quam Chriſtus colligit & conſeruat miniſterio uerbi, cuius membra non ſunt, qui ſecurè peccatis indulgent ſcientes. **Et Dei.** Regnũ Dei uocat regnũ gloriæ, id eſt, lætitiam uitæ æternæ inenarrabilem, & dulcißimam conſuetudinem Dei in uita æterna. Nam ita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

diſcernit regnum Chriſti & Dei ipſe Paulus, 1. Corint. 15. cùm inquit: Deinde finis, cùm tradiderit (Chriſtus) regnũ Deo & patri, cùm euacuauerit omnem principatum, & poteſtatem, et uirtutem. **Ne quis uos.** Præmontio de cauendis inanibus & impijs ſermonibus Epicureorum & ſimilium, qui peccata extenuant, et irã Dei aduerſus peccatum contemnunt ſecurè, De quibus Pſalmus 13. inquit: Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus, uidelicet qui uel curet bonos, uel puniat malos. **Inanibus ſermonibus.** Inanes ſermones uocat uoces blaſphemas & impias eorum, qui uel negãt prouidentiam Dei, hoc eſt, Deũ curare res humanas, ſed omnia ferri & accidere caſu, uel qui ſecurè contemnunt iram Dei, & magnitudinem peccati eleuant. Quod aũt dicit de prauis colloquijs ſeu ſermonibus fugiendis, idem etiam intelligendũ eſt de ſtudijs & lectione impiorum & obſcœnorum ſcriptorum, nam lectio colloquium quoddã eſſe uidetur. **Inanibus.** Quaſi Deus non iraſcatur peccatis, nec tàm grauiter peccatores ſit puniturus. Hanc cæcitatem humani cordis, ſæpe reprehendit ſcriptura, & eſt cauſa omnium ſcelerum. **Propter hæc.** Aſſeueratio de pœna impiorum, & ira Dei aduerſus peccata. **Ira Dei.** Id eſt, Deus uerè & horribiliter iraſcitur peccato, quod multis horrendis exemplis declarauit ſtatim ab initio conditi humani generis, ut diluuij inundatione, cõ

flagrati-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

flagratione Sodomorum & Gomorrhorum, maxi me uero immenſam iram Dei aduerſus peccatum declarat mors filij, qui ſolus eam placare potuit. In filios inobedientes. Id eſt, contemnentes ſecurè & petulanter uerbum Dei et irã ipſius ad uerſus peccatum, deinde non agentes pœnitentiã, ſed perſeuerantes in peccatis cõtra conſcientiã. Ne ſitis igitur. Concluſio, qua monet ut uitent cõmercia impiorum, ne conſuetudine eorum ſedu cantur. Nã ut in Senario Græco dicitur: Κακοῖς ὁμιλῶν κ᾽ αὐτὸς ἐκβήσῃ κακός. Id eſt, malus ipſe fies, ſi malis conuixeris. Et Seneca: Sumuntur, in quit, à cõuerſantibus mores. Illorum. Qui iam dictis peccatis ſunt polluti, & peccatum & iram Dei eleuant et contẽnunt, ut peccatorum ad ſe alli ciant ſocios. Eratis enim. Aetiologia à digno ſeu decoro, quod ſumit à priore cæcitate, quam tenebras uocat, et accenſa iam per Euangelium co gnitione Dei, quã lucem apellat, per antitheſin. Quondam. Id eſt, ante cognitionem Euangelij nullã habuiſtis ueram & ſalutarem notitiam Dei aut uoluntatis eius. Nunc autem lux. Id eſt, conſecuti eſtis per prædicationem Euangelij illu ſtrem notitiam Dei. In Domino. Id eſt, in Chri ſto, in quo ſolo Deus uerè agnoſcitur & colitur, ſicut inquit Matt. 11. Nemo nouit patrem niſi fili us. Item Ioan. 1. Filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe e narrauit nobis. Vt filij. Repetitio exhortatio

tis,ſeu concluſio,& argumentatur à coniugatis: Eſtis filij lucis, Ergo ut in luce ambulate, id eſt,uiuite honeſtè, nam qui peccat ſeu malè facit,ut inquit Chriſtus Ioan. 3. lucem fugit,quia opera eius mala ſunt. Qui aũt facit ueritatem, id eſt,honeſtè ac piè uiuit,uenit ad lucem,ut manifeſtentur opera eius,quia in Deo ſunt facta. Nam fructus. Ratio à fructibus ſeu effectibus ſpirtius ſancti,ſeu fidei, quã ſpiritus ſanctus operatur in cordibus,et impellit corda ad obedientiam & uitæ nouitatem, id eſt,ad uirtutes omnis generis, quarum tres tanquam præcipuas recenſet,exempli cauſa: Bonitatem,Iuſtitiam,& Veritatem. Eſt aũt bonitas manſuetudo & facilitas in tolerandis aliorum erratis,& beneficentia ſeu liberalitas. Iuſticia eſt primum uniuerſalis obedientia erga omnia præcepta Dei Dinde uirtus,quæ ſuum cuiq; tribuit,ſeruans æqualitatem in contractibus,et gradus in præmijs ſeu honoribus tribuendis,iuxta dona & uocationem. Veritas eſt uirtus, qua non aliud oſtendimus, quàm ſentimus,& præſtamus congruentiam opinionum,ſermonis & geſtuum cum re. Sunt aũt hæ uirtutes & ſimiles,quæ exiguntur in Decalogo, neceſſariæ omnibus ad ſalutem, tanquam fructus fidei,et teſtimonia præſentiæ ſpiritus ſancti. Heroicæ aũt uirtutes,qualis fuit fortitudo Achillis, non ſunt omnibus neceſſariæ,quia hæ ſunt ſingularia dona Dei, quæ non parãtur noſtra induſtria,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

OBIECTIONES *tres.*

I. *De modo imitandi Deum.*

Deus pater eſt imitandus. Sicut hic inquit Paulus: Sitis imitatores Dei, ſicut filij dilecti.

Deus eſt omnipotens:

Ergo imitare debemus opera eius omnipotentiæ, quæ ſunt: creare res ex nihilo, excitare mortuos, iuſtificare, ſaluare, & ſimilia.

Reſpondeo ad minorem, quæ particularis eſt. Quia loquitur Paulus non de operibus omnipotentiæ Dei, ſed de uirtutibus moralibus, & maximè de dilectione, quã nos uult imitari in diligendo & iuuando proximum exemplo Dei, qui nos dilexit in filio, remittit nobis peccata, exaudit, iuuat, & defendit.

II. *De lapſis poſt Baptiſmum.*

Scortatores, immundi, auari, & ſimiles, non poſſidebunt *(ut inquit Paulus)* regnum cœlorum:

Ergo lapſis poſt Baptiſmum non reſtat remiſſio peccatorum, ſeu uenia.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia antecedens loquitur de lapſis perſeuerantibus in peccatis, contra conſcientiam, qui quamdiu non reſipiſcunt, non ſunt membra Eccleſiæ, non habent ſpiritum ſan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ctum, aut fidem. Agentes autem pœnitentiam, recipiuntur, ſicut inquit Deus apud Prophetam: In quacunq; hora ingemuerit peccator, non recordabor amplius iniquitatis eius. Sic et Dauid, Manaſſes, Petrus recepti ſunt: & inceſtũ iubet Paulus recipi à Corinthijs.

III. De uitando malorum conſortio.

Conſortia malorum ſunt uitanda.
Mundus eſt malus, ſicut inquit Ioannes: Mundus eſt in maligno poſitus:
Ergo deſerendus eſt mundus, ſeu hominum ſocietas, ac fugiendum uel in deſertum, uel cœnobia.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia Paulus loquitur de blaſphemis ſeu enormibus peccatis pollutis contra conſcientiam, quos uitari uult, ne noſtro commercio uideamur approbare eorũ impietatem & ſcelera: Non loquitur de communi hominum ſocietate, quæ colenda eſt ab omnibus, ut conſeruetur in ea Eccleſia, docendo, & alijs mutuis officijs neceſſarijs in uita, quæ non præſtant qui ocioſi & ignaui deliteſcunt in locis deſertis aut cœnobijs, cum impia opinione de merito.

Epiſtola D. Pauli, Allegoria de duobus filijs Abrahæ, Iſmaël nato ex Agar ſerua, & Iſaac nato ex Sara libera, quibus effectum legis in mentibus, ſeruitutem, & Euangelij liberationem à lege, peccato & morte, ob oculos ponit, Galat. IIII.

Tetraſtichon.

Sara dat hæredem diuina uoce marito:
Te parit Iſmaël ſeruula ſerue trucem.
Semine ſic uerbi generas Eccleſia prolem
Chriſto, ſed ſeruos lex facit eſſe reos.

Argumentum.

Epiſtola eſt Didactica, Nam Paulus, quod ſuprà apertis argumentis oſtendit, liberatos eſſe à lege Moſi, hic Allegoria, ſumpta à duabus uxoribus Abrahæ, altera ſerua Agar, ex qua Iſmael ſine promiſſione Dei, natus eſt: altera libera Sara, ex qua Iſaac natus eſt iuxta promiſſionem, quaſi pictura quadam declarat, & ſignificat effectum legis in mentibus, ſeruitutem & maledictionem, et Euangelij liberationem ab æternis malis, damnatione legis, peccato, & æterna morte. Nam ſicut Agar ſerua genuit ſeruum ex carne, ſine promiſſione, ita in monte Sina, qui Arabum lingua Agar uocatur, data eſt lex, quæ ſeruos reddit, adigens

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Iudæos ſua maledictione, uel ad obedientiam, uel et pœnam ſine gratuita promißione de remißione peccatorum. Et ſicut Sara libera effœta iam & ſterilis, peperit Iſaac ex promißione Dei liberum ad hæredem Abrahæ, ita Eccleſia quæ Hieruſalem cœleſtis uocatur, collecta primum per Apoſtolos Hieroſolymæ, filios generat liberos, & hæredes uitæ æternæ propter promißionem factam Abrahæ in Iſaac. Sicut igitur libera eſt Sara, & filius eius Iſaac, ita etiã docet hæc Allegoria, Galatas & omnes credentes Euangelio liberatos eſſe à lege, & damnatione eius, & eſſe hæredes uitæ æternæ, ad quod dictum Eſaiæ accommodat, quod de propagatione Eccleſiæ cõcionatur in toto mundo inter gentes. Secundo oſtendit exemplum Iſmael perſequentis Iſaac, Eccleſiam ſubiectam eſſe cruci, & perſequutioni hypocritarum, & tyrannorum, omnibus temporibus. Tertiò conſolatur Eccleſiam à promißiõe futuræ hæretitatis, et deterret perſequutores comminatione pœnarum, ſeu abiectionis, exemplo Iſmaelis abiecti à Deo, et damnati.

EPISTOLA, Gala. 4.

DIcite mihi, qui ſub lege uultis eſſe, legem ipſam non auditis? Scriptũ eſt enim, quod Abraham duos filios habebat, unum ex ancilla, & unum ex libera. Verum is qui ex ancilla natus eſt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

eſt,ſecundum carnem natus eſt,qui uerò ex libera,per promiſsionem, quæ per allegoriam dicuntur. Nam hæc ſunt duo teſtamenta,unum quidem à monte Sina,in ſeruitutem generans, qui eſt Agar. Nam Agar,Sina mons eſt in Arabia, confinis eſt autem ei, quæ nunc uocatur Hieruſalem:ſeruit autem cum filijs ſuis. At quæ ſurſum eſt Hieruſalem,libera eſt,quæ eſt mater omnium noſtrum. Scriptum eſt enim: Lætare ſterilis, quæ non paris: erumpe &clama, quæ non parturis, quoniam multi liberi deſertæ, magis quam eius quę habet uirum. Nos autē fratres, ſecundum Iſaac promiſsionis filij ſumus,ſed quemadmodum tunc is qui ſecundum carnem natus erat, perſequebatur eum,qui natus erat ſecundum ſpiritum,ita & nunc. At quid dicit ſcriptura? Eijce ancillam & filium illius:non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaq; fratres,non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ.

EXPLICATIO TEXTVS.

Dicite mihi. *Supra oſtendit abrogatam eſſe legem Moſi de circumciſione, & alijs ritibus* Leui-

ticis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ticis, & iuſtificare hominẽ ſola miſericordia Dei fide propter mediatorem, et ſumpſit argumenta, primũ ab experientia, quia nõ per legem, ſed per prædicationẽ Euangelij datus ſit Spiritus ſanctus credentibus. Secũdó ab exemplo Abrahæ, qui non per circumciſionẽ ſeu legem, ſed per fidem iuſtificatus eſt. Tertió teſtimonijs ſcripturæ, ut Abacuc 2. Iuſtus ex ſua fide uicturus eſt. Quartó ſimilitudinibus de teſtamento & paruulo hærede &c. Iam addit allegoriam, ſeu picturã quandam, qua idem docet liberatos eſſe a ſeruitute et dãnatione legis omnes, qui credunt in Chriſtum, etiã ſine obſeruatione legis Moſaicæ. Alloquitur igitur Galatas ſeductos à pſeudapoſtolis, & perſuaſos, circũciſionem & obſeruationem aliorũ rituum legis Moſi, neceſſariam eſſe ad ſalutem, & non ſolam fidem ſufficere. Inquit igitur: Dicite mihi, qui ſub lege uultis eſſe, hoc eſt, qui ex lege quæritis iuſticiã, & ipſi uos in ſeruitutẽ legis, à qua liberati eſtis, iterũ redigitis. **Legem ipſam.** Legem uocat hic more Iudaico, non ipſum Decalogum, ſed primum librũ Moſi, in quo hæc Hiſtoria de filijs Abrahæ deſcribitur, idq; propter legem de circũciſione, quæ in hoc libro, Abrahæ & eius poſteris mandata eſt. Sic Chriſtus etiam ipſos Pſalmos legẽ uocat, Ioan. 15. Sed, ut impleatur ſermo eorum, qui in lege eorum ſcriptus eſt: Odio habuerunt me gratis, Pſalmo. 34. **Scriptum eſt enim.** Breuis hiſto-

riæ

riæ narratio de natis Abrahæ duobus filijs, Altero ex ancilla Agar, altero ex Sara libera. **Scriptum eſt.** Gen. 16. **Abraham.** Patriarcha, qui interpretatur pater multarũ gentium, propter promiſsionem de benedicto ſemine, in quo omnes gentes benedicerentur, hoc eſt, conſequerentur remiſsionem peccatorũ propter promiſſum ſemen, quicũq; exemplo Abrahæ in ipſum ſemẽ crediderint. **Vnum ex ancilla.** Iſmaelem, cuius mores, & uitã his uerbis deſcribit Angelus, Geneſis 16. Hic (Iſmael) erit ferus homo, manus eius contra omnes, et manus omnium contra eum, & è regione uniuerſorum ſuorum fratrũ figet tabernacula. **Ex ancilla.** Aegyptiaca Agar, quam Sara marito in uxorẽ dedit, ut ex illa prolem ſuſciperet, cum ipſa ſterilis & effœta eſſet, Gene. 16. **Vnum ex libera.** Iſaac, in quo promiſsio facta eſt Abrahæ de benedicto ſemine, hoc eſt, Meſsia, ut Gene. 21. inquit Angelus: In Iſaac uocabitur tibi ſemen. **Ex libera.** Sara uxore Abrahæ, Geneſis 21. **Verùm is.** Addit diſcrimen inter Iſmaelem et Iſaac, ſumptum à promiſsione Dei, qua natus eſt Iſaac cõtra uſitatum naturæ curſum ex matre ſterili, & anu effœta. Iſmael autem ex matre fœcunda & iuuenæ, ſine uerbo, ſeu promiſsione Dei. **Secundum carnem.** Id eſt, iuxta curſum naturæ uſitatũ, propagatione carnali, & uirtute ſeu efficacia ſeminis, abſq; uerbo Dei reuelato, ſeu pro-

miſsione,

miſsione, ſed tantum ex conſilio, & permiſsione Saræ. Per repromiſsionem. *Id eſt, propter promiſsionem Dei, non ex uirtute ſeminis ſecundũ curſum uſitatum naturæ, quia ex matre ſterili & anu. Promiſsio eſt hæc, Gene. 17. Vbi inquit Angelus ad Abraham: Sara uxor tua pariet tibi filium, uocabisq́; nomẽ eius Iſaac. Sunt igitur triplices filij Abrahæ, quod et ad Romanos indicat ca. 9. Primum filij ſolum carnis, ut Iſmael et Iudæi gloriantes ſe prognatos ab Abraham iuxta carnem, Ioannis 8. Secundó filij Abrahæ carnis ſimul & promiſsionis, ut Iſaac, Ioannes Baptiſta, Apoſtoli, Zacharias, Simeon, & omnes Iudæi credentes Euangelio. Tertió filij Abrahæ tantùm promiſsionis, ut qui ex gentibus in Chriſtum credunt promiſſum ſemen Abrahæ, de quibus dicit Apoſtolus. Gala. 3. Si autem uos Chriſti: Ergo ſemen Abrahæ eſtis, & ſecundum promiſsionem hæredes. Et Ioannes Baptiſta, Lucæ 3. Potens eſt Deus de lapidibus (id eſt, gentibus) ſuſcitare filios Abrahæ. Et hic inquit Paulus: Itaq́; fratres, non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ, id eſt, gratia, & promiſsione Dei, ut Iſaac, per prædicationem Euangelij uocati & regenerati ad hæreditatem uitæ æternæ per ſpiritum ſanctum.* Quæ per allegoriam. *Propoſitio tonfirmationis, quam ab Allegoria ſumit, de abrogata lege, per legem non dari adoptionem filiorum Dei, remiſsionem peccatorum, ſpiritũ ſanctum.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ctum, & hæreditatem uitæ æternæ, ſed per ſolam promiſsionem Dei, quam fides apprehendit, ſicut Iſmael natus ſecundum carnem ex ſerua ſine promiſsione, non eſt hæres Abrahæ, ſed Iſaac natus ex Sara libera per repromiſsionem Dei, eſt eius hæres. Per Allegoriam. Allegoria eſt, ut in libellis Rhetoricis traditur, cum in tota ſententia res ſignificatur ſimilitudine aliqua, ut hoc loco Paulus per hiſtoriam de duobus filijs Abrahæ, intelligit ſeruitutem legis, uidelicet de Iſmael ſeruo, et libertatem Euangelij de Iſaac libero, qui hæres eſt Abrahæ propter promiſsionem Dei. Nam hæc. Prima collatio Agar cum ueteri Teſtamento, ſeu lege. Nam hæc duo. Id eſt, Agar ancilla generans Abrahæ Iſmael ſeruum, ſignificat Vetus teſtamentum, ſeu legem datam Iudæis in monte Sina, qui Agar Arabum lingua uocatur. Sara autem libera ſignificat Nouum teſtamẽtum, ſeu Euangelium, & Eccleſiam collectam per promiſsionem, primum in Hieruſalem ex Iudæis. Deinde ex gentibus in uniuerſo terrarum orbe. Vnum quidem. Videlicet Vetus teſtamentũ, ſeu lex promulgata ad Iudæos in monte Sina, Exod. 20. Et quia Decalogus, ſeu lex moralis data eſt in Sina Iudæis, non ſolum loquitur Paulus de circumciſione aut ritibus Leuiticis, ſed etiam de Decalogo, ubi legi iuſtificationem adimit. In ſeruitutem. Id eſt, Vetus teſtamentum, ſeu lex

non

non liberat à tyrannide diaboli,peccato et morte, ſed cogit hominẽ in ſeruitutem,ſeu obedientiã legis, reddit ſeruos,terret & damnat conſcientias, quia legi nõ ſatis fit. Quemadmodum et Agar generat ſine promiſsione filiũ ſeruum, non hæredem Abrahami:ita lex nõ iuſtificat,non adfert filiationem,& hæreditatẽ uitæ æternæ,ſed tantum Sara libera, id eſt,Nouum teſtamentum,ſeu Euangeliũ, ſeu Eccleſia,in qua traditur promiſsio gratuitæ remiſsionis peccatorũ,& adoptionis filiorum Dei propter mediatorẽ. Quæ eſt Agar. Id eſt,qui mons Sina ſignificatur per Agar,ex qua Abrahã Iſmaelem ſeruum ſuſtulit ſine promiſsione Dei.

Nam Agar. Aetiologia allegoriæ ſeu collationis ſumpta à ſimilitudine nominis, Sina montis cũ Agar,quæ ſimilitudo Paulo occaſionem allegoriæ præbuiſſe uidetur. Nam Agar Sina mons. Id eſt,in Arabia Sina mons Agar apellatur Arabũ lingua. Confinis. Id eſt,pertingit ſeu protenditur uſq; ad Hieruſalẽ,ſeu uerſus Hieruſalem in Iudæã. Coniungit igitur Sina montem cum Hieruſalem terrena, ut ſignificet etiã ipſam Hieruſalẽ corporalem pertinere ad legem, quatenus in ea ſunt templum, ſacerdotiũ, regnum, in monte Sina conſtituta, & ordinata à Deo, & per hæc omnia non liberari Iudæos à peccato & morte, ſed manere ſeruos. Quæ nunc uocatur. Id eſt,quæ eſt & terrena corporalis Hieruſalem in Iudæa.

Seruit autem. *Id eſt, alligata eſt ad ceremonias Moſaicas, circumciſionẽ, & alios ritus Leuiticos, tanquam ſerua, per quos tamen non liberatur à tyrannide, ſeu regno Diaboli, peccato & morte.* Cum filijs. *Id eſt, Iudæis, inhabitatoribus Hieruſalem, quibus lex data fuit ad tempus Meßiæ, quo exhibito, et promulgato Euangelio, lex Moſi de ceremonijs abrogata eſt.* Quæ ſurſum. *Antitheſis continens alteram collationem, uidelicet Saræ cum Eccleſia cœleſti, id eſt, diuinitus in terris collecta per Euangelium, quæ, ſicut Sara, libera eſt, & gignit filios liberos, hoc eſt, non ſubiectos legi, neq; eius damnationi. Loquitur autem non de cœleſti, hoc eſt, glorificata Eccleſia in cœlis, ſed de militante adhuc in terra, quã per uocem, Surſum, non localiter, ſed ſpiritualiter opponit corporali, et terrenæ Hieruſalem, ſeruienti Deo ad tempus externis ritibus.* Quæ ſurſum eſt. *Id eſt, quæ diuinitus generata eſt & collecta per prædicationem Euangelij. ſparſa per totum mundum, & cuius πολίτευμα, id eſt, conuerſatio, ut inquit Paulus ad Philippenſes 3. in cœlis eſt, non in terra.* Libera eſt. *Id eſt, ſignificatur per Saram liberam, quia à ceremonijs Moſaicis eſt liberata, ſeruiens Deo in ſpiritu, nõ tantum in Hieruſalem terrena, ſed in omnibus locis.* Quę mater eſt. *Id eſt, quæ Hieruſalem cœleſtis libera generat filios ſpirituales, et liberos à lege, hoc eſt, Eccleſiã, idq; per*

miniſterium Euangelij,*quo offertur omnibus,et* Iu*dæis et gentibus adoptio filiorum,iuſtificatio,condonatio peccatorum , & uita æterna gratis propter mediatorem ,ſine conditione impletæ legis.* Scriptum eſt. *Addit locum ſcripturæ ,* Eſaiæ *capite* 45. *quo alloquitur* Propheta Eccleſiam *collectam ex gentibus , & hortatur ad gaudium , & lætitiam ſpiritualem, propter ſingularem hãc gratiam* Dei, *quod* Deus *etiam inter gentes idololatras* Eccleſiam *ſibi collegerit per*Euangelium,*ubi antea populus* Dei *non fuit.* Lætare ſterilis. Id eſt,Eccleſia *gentium, inter quas ante promulgationem* Euangelij *per* Apoſtolos,*nulli fuerunt ueri cultores* Dei. Sterilis Id eſt,*quæ antea generaſti* Deo *nullos cultores.* Erumpe. *Scilicet in gaudium.* Clama. Id eſt,*ſona hanc uocẽ de beneficio tibi collato, de agnitione ueri* Dei, *qua antea caruiſti.* Quæ non parturis. Id eſt,*quæ ante tempus* Euangelij *nullam habuiſti ueram agnitionem,nullam uerã inuocationem nullos cultus placentes* Deo. Quoniam. *Cauſa gaudij ſeu lætitiæ ſpiritualis à reuelato* Euangelio *inter gentes, per cuius miniſterium multi ad cognitionem ueri* Dei,*et ueros cultus uocantur .* Deſertæ. Id eſt, Eccleſiæ *collectæ ex gentibus, quæ per* Saram *deſertam aliquamdiu & ſterilem ſignificatur.* Magis. *Quia plures ex gẽtibus ſaluantur in toto terrarum orbe ſparſis, q̃ ex* Iudæis *, qui exigua tan-*

tùm parte mundi incluſi fuerunt in Iudæa. Quæ habet virum. Id eſt, quæ Hieruſalem terrena, quæ habuit Deum maritum, hoc eſt, dominū et defenſorem. Nam Iudæi habuerunt à Deo legem, templū, regnum et ſacerdotium, non gentes. Nos autem. Accōmodatio poſterioris partis Allegoriæ, ſeu collationis de Iſaac ad collectam Eccleſiam, et ex gentibus et Iudæis, per prædicationem Euangelij, iuxta promiſsionem: In ſemine tuo benedicētur omnes gentes. Nos autem. Id eſt, qui ex gentibus credidimus Euangelio, et Iudæis. Nam etiam Iudæi non propter carnalem propagationē ab Abraham, ſed propter promiſsionem de Meſsia factam in Iſaac ſunt hæredes regni Dei. Fratres. Non ſecūdum carnem ex Abraham prognati, ſed ſecundum promiſsionem uocati ad eandem hæreditatem uitæ æternæ. Filij. Scilicet Dei, id eſt, ſumus hæredes uitæ æternæ propter promiſsionem factam Abrahæ pertinentem etiam ad gentes. Secundū Iſaac. Id eſt, ſicut Iſaac filius eſt Abrahæ datus ei ſecundum promiſsionem Dei, non ſecundum carnē ut Iſmael, ita qui in promiſſum ſemē Chriſtum credunt, ſunt filij Dei, et hæredes, non propter legem, ſeu opera, ſed propter mediatorem per miſericordiam gratis. Sed quemadmodum. Secundus locus de perſecutione Eccleſiæ, et tyrannorum, & hypocritarum aduerſus eam ſæuitia, per collationem ab exemplo Iſaac & Iſmael, & facit duos

cœtus Eccleſiæ:*ueræ,quæ oppreſſa eſt in hac uita: & falſæ,quæ titulum habet* Eccleſiæ, *et perſequitur ueram* Eccleſiam *omnibus temporibus, ſicut* Iſmael *perſequutus eſt* Iſaacum, Eſau Iacobum, & Cain *Abelum.* Sed quemadmodum. *Propoſitio collationis,ſeu exempli.* Tunc. *In Veteri teſtamento, tempore* Abrahæ. Qui ſecundum carnem. *Id eſt,filius* Iſmael, *qui natus eſt naturali efficacia ſeminis, ex* Abraham & Agar, *ſine promißione ſeu uerbo* Dei. Qui natus eſt. *Id eſt,*Iſaac *natum iuxta promißionem* Dei *ex* Abraham *ſene, &* Sara *anu ſterili.* Per ſpiritũ. *Id eſt, per efficaciam ſpiritus ſeu* Dei, *qui* Saram *ſterilem fœcundam reddidit in ſenectute, ut pareret* Iſaac *contra uſitatum naturæ curſum.* Ita & nunc. *Accommodatio breuis exempli ad perſecutionem* Eccleſiæ *omnium temporũ.* Ita & nũc. *Id eſt, ſicut* Iſmael *perſecutus eſt* Iſaac, *ita omnibus temporibus perſequitur falſa* Eccleſia *ueram, in hac uita.* At quid inquit. *Tertius locus, de pœna perſequentium ueram* Eccleſiam, *ab exemplo* Iſmael *eiecti ex domo* Abrahæ, & *de præmijs ueræ* Eccleſiæ *patientis,ab exemplo* Iſaac, *qui hæres mãſit in domo patris.* Sicut ſcriptum eſt: Geneſ.21. Eijce ancillam. *Verba ſunt* Saræ *ad* Abraham *indignè ferentis* Iſaac *ab* Iſmaele *affici iniuria in ludo puerili,& confirmauit hanc abiectionem* Iſmaelis Deus: *Nam ſic inquit ad* Abraham.

ham, cum durius eum acciperet: Non tibi uideatur aſperum, ſuper puero, & ſuper ancilla tua omnia, quæ dixerit tibi Sara, audi uocẽ eius, quia in Iſaac uocabitur tibi ſemen. Eijce ancillam Sic etiam abijcientur in æternas pœnas hypocritæ, & perſecutores Eccleſiæ ex regno Dei cum Iſmael. Eccleſia autem, quæ in hac uita ſubiecta eſt cruci, et perſecutionibus, manet in domo, et ornabitur æternis præmijs cum Iſaac. Itaq; fratres. Concluſionis continens uſum allegoriæ, quód ſicut Iſaac iuxta promiſsionem natus eſt hæres Abrahæ, ita etiam hæredes eius ſpirituales ſunt omnes, qui credunt promiſsioni de ſemine benedicto, gratis, ſine obſeruatione legis Moſaicæ, contra pſeudapoſtolos, qui præter fidem in Chriſtum docebant requiri etiam ad ſalutem, circumciſionem, & alios ritus Leuiticos.

TYPVS ALLEGORIÆ.

Primus, Agar ancillæ.

Hiſtoria, Genc. 16.		Allegoria Gal. 4.
	Abraham.	Deus.
	Agar ſerua generans ex Abrahã	Sina, lex, ſynagoga uetus, generãs
	Iſmael filium carnalem ſeruum, eiectum è domo Abrahæ.	Iudæos ſeruos ſub lege, ſubiectos regno diaboli, peccato, & morti.

SECVNDVS, SARÆ *liberæ*.

Abra-
ham.

Hiſto
ria
Gen.
21.

Sara libera generans ex Abraham Iſaac filium promiſſio nis, qui eſt typus Chriſti, ex poſteritate eius nati.

Allegoria, Galat. 4.

Deus.

Hieruſalē cœleſtis, Eccleſia noui Teſtamenti, generata à deo per Euangelium ſecundū p̄miſſionem de ſemine benedicto nominato Abrahæ in Iſaac, liberata fide per illud ſemē è regno Diaboli, peccati, & mortis.

OBIECTIONES *tres.*

I. De Lege.

De lege dicitur: Qui fecerit ea, viuet in eis:

Ergo à lege non ſumus liberi, nec ſola fide datur vita, ſed ex fide & operibus.

Reſpondeo ad antecedens, primùm per diſtinctionem: Qui fecerit ea, id eſt, qui politicè obedit legi,

legi, neminem occidit, non mœchatur, non aufert aliena, uiuit per hanc obedientiam legis, id eſt, non plectitur publicè à magiſtratu, qui cuſtos eſt legis, defendens bonos, & puniens malos, Rom. 13. Deinde loquitur antecedens de Idea, hoc eſt, perfecta obedientia legis: ſed quia hanc nemo præſtat, opus eſt imputatione iuſtitiæ gratuita propter mediatorem. Vnde inquit Rom. 10. Chriſtus eſt impletio legis ad iuſtificationem omni credenti. Tertio liberati ſumus à lege Moſi ceremoniali, quantum attinet & ad obedientiam, & ad pœnam. A Decalogo autem tantum liberati ſumus, quantum attinet ad damnationem, non quantum ad obedientiam.

II. *De Iſmael.*

Angelus ad Agar ait, *Gen. 16.* Ecce concepiſti, & paries filium:

Ergo etiam Iſmael natus eſt non ſolũ ſecundum carnem, ſed etiam ſecundum promiſsionem.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia Iſmael iam conceptus erat cum hæc diceret Angelus, unde inquit: Ecce concepiſti. ideo tantum eam de filio certam reddit, quem ſe parituram ignorabat Agar.

III. *De Iſaac.*

Iſaac natus eſt per ſpiritum, vt inquit Paulus:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Ergo nō eſt verus, ſeu naturalis filius Abrahæ, ex ſemine eius conceptus & natus.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia naſci ex ſpiritu, eſt Saram ſterilem & anum per ſpiritum ſanctum & promißionem Dei factam eſſe fœcundam, præter uſitatum curſum naturæ.

DOMINICA IVDICA,

Epiſtola S. Pauli, de ſacerdotio Chriſti ſpirituali, & æterno. Hebræos IX.

Tetraſtichon.

Moſaicus mundat carnem, non corda, Leuites,
Nil pecudum ſanguis iuuerit ipſe reos.
Summe, ſed ingrediens ſanctorum ſancta ſacerdos
Chriſte, lauas roſeo ſanguine corda tuo.

Argumentum.

Eſt & hæc Epiſtola Didaſcalica. Nam Paulus deſcribit hic per collationem ſacerdotium, ſeu pontificatum Chriſti, quo Eccleſiam ſanguine ſuo redemit à peccato, et reſtituit ipſi æternam iuſtitiam et uitam, et ſedet iam ad dexterā Dei in cœlis interpellans pro Eccleſia. Diſcernit autem ſacerdotium Chriſti uariè à Leuitico ſacerdotio, primum à perſona, quia Chriſtus eſt ipſe Meßias promiſ-

ſus redemptor humani generis, uerus homo & uerus Deus. Pontifex autem Leuiticus ſolum homo fuit, & typus huius ueri et ſummi Pontificis Chriſti. Secundo à modo placandi Deum, & dignitate precij ſeu hoſtiæ, qua ira Dei aduerſus peccatum eſt placata, quia Chriſtus pontifex proprio ſanguine purgauit Eccleſiã, Leuiticus pecudum ſanguine. Tertio ab effectu utriuſq; ſacerdotij, quia Chriſtus ſuo ſacrificio ſeu morte æternam & ueram iuſtitiam meruit Eccleſiæ: Leuiticus autem pontifex expiationem peccati tantum corporalem coram Eccleſia, qua excluſi propter peccata, ad politiam Moſaicam recipiebantur. Quarto à diuturnitate, quia ſacerdotium Chriſti eſt æternum, iuxta illud Pſalmi 109. Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedec. Leuiticum autem ſacerdotium fuit temporale, ordinatum uſq; ad tẽpus Meßiæ, quo exhibito, abolitum eſt. Quinto monet de applicatione ſacrificij Chriſti, quæ fit fide. Sicut & cap. 4. inquit: Habentes ergo pontificem magnum, qui penetrauit cœlos, Ieſum filium Dei, teneamus ſpei noſtræ confeßionem. Item: Accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, ut miſericordiam conſequamur. Sexto monet de cauſa finali, ut ſeruiamus Deo uiuenti, et præſtemus obedientiam, ne propter peccata et ingratitudinem excidamus à tanta gratia Dei, & merito ſacrificij Chriſti æterni & ſpiritualis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

EPISTOLA, *Hebr.* 9,

AT Chriſtus accedens pontifex fu-turorum bonorum, per maius & perfectius tabernaculum, nō manu factum, hoc eſt, nō huius ſtructurę, neq; per ſanguinē hircorum ac vitulorum, ſed per proprium ſanguinē ingreſſus eſt ſemel in ſancta, æterna redēptione reperta. Nā ſi ſanguis taurorum et hircorū, et cinis iuuencę aſpergens iniquinatos, ſanctificat ad carnis purificationem, quantò magis ſanguis Chriſti, q per ſpiritum æternum ſeipſum obtulit immaculatū Deo, purgabit conſcientiam veſtram à mortuarijs operibus, ad ſeruiendū Deo viuenti: Et ob id Noui teſtamēti cōciliator eſt, vt morte intercedente, ad redemptionem earum prę uaricationū, quæ fuerant ſub priori teſtamento, ij qui vocati ſunt, promiſsionem accipiant æternæ hæreditatis.

EXPLICATIO TEXTVS.

At Chriſtus. *Pendet hic textus à præcedenti cap 9. de duobus tabernaculis templi Hieroſolymitani, & pontifice eius ſummo, qui ſemel tantum in anno in tabernaculum ſecundum, ad ſancta ſanctorum ingreſſus eſt, cum ſanguine animalium,*

quem

quem offerebat pro ſuis & populi peccatis, et inquit, hanc oblationem ſanguinis non meruiſſe condonationem peccatorum coram Deo, ſed corã Eccleſia tantum, Et fuiſſe tantùm figuram uẽturi ſacrificij Meßiæ, per quod uerè abolenda eſſent peccata. Nam, inquit, hoſtiæ, quæ offeruntur, non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem ſolummodo in cibis & in potibus, & in uarijs baptiſmatibus, & iuſtitijs carnis uſq; ad tempus correctionis impoſitis. Hic iam addit Antitheſin ſeu collationem Chriſti uerè ſummi pontificis, & eius ſacrificij, quo ſolo uerè expurgantur & abolentur peccata, inquiens: At Chriſtus accedẽs etc. **Accedens.** Tẽpore plenitudinis, de quo inquit Paulus, Gala. 4. Exhibitus eſt Chriſtus uerus pontifex, & ſucceßit pontifici ueteris teſtamenti, qui eius typus fuit. Deſijt igitur iam ſacerdotiũ Leuiticum, reuelato Chriſto. **Pontifex futurorũ.** Prima antitheſis ſeu collatio Chriſti ueri pontificis cum Leuitico, quem perſona longè antecellit, quia Chriſtus Deus & homo eſt, ſanctorum miniſter, & ueri tabernaculi, quod fixit ipſe Deus, & non homo, ut cap. 8. inquit. **Futurorum bonorum.** Id eſt, qui Chriſtus pontifex noſter meruit ſuo ſacrificio, & quotidie exhibet Eccleſiæ promiſſa bona, gratuitam remißionem peccatorũ, iuſtitiam & uitam æternam, quorum uerorum bonorum typus et figura fuerũt ſacrificia ueteris teſtamenti.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

menti. Per maius & perfectius. Tabernaculum uocat humanam naturã Chriſti, ſeu corpus eius conceptum & effigiatum in utero uirginis Mariæ per ſpiritum ſanctum, ſine peccato, per cuius paßionem, mortem et aſcenſionem ingreſſus eſt in ſancta ſanctorum, hoc eſt, reſerauit nobis cœlum, et aßiſtit nunc in conſpectu Dei, interpellans pro nobis. Sicut & Paulus, 2. ad Corinth. 5. corpus noſtrum tabernaculum uocat, inquiẽs: Cum ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati. Item D. Petrus corpus ſuum, 2. Pet. 1. Certus ſum, inquiens, ꝙ uelox depoſitio eſt tabernaculi mei, hoc eſt, corporis. Vocat autem corpus Chriſti ſeu tabernaculum maius et perfectius tabernaculis templi Hieroſolymitani, quia tota diuinitas in corpore Chriſti inhabitat, & elucet, & perfectius eſt noſtris corporibus, quia peccatis nõ fuit obnoxium, ſed præditum integra iuſtitia, et integris uiribus. Deinde, quia oblatio ſui corporis perfectos et conſummatos reddidit in ſempiternum iuſtificatos, ut ca. 10. ait. Non manu factum. Expoſitio excellentiæ corporis Chriſti, per collationem ſumptã à conditore Deo, quia tabernacula ab hominibus ſunt ædificata iuſſu Salomonis: Corpus autem Chriſti formatum eſt à ſpiritu ſancto, ſine ullo opere humano, in utero Mariæ uirginis. Nam eſt lapis, quẽ Daniel cap. 2. uidit abſciſſum de monte ſine manibus, id eſt, Conceptus et natus eſt Meßias ſine uiri

li ſe-

li ſemine. Hoc eſt. Exegeſis, ſiue interpretatio. Non huius. Id eſt, non noſtræ corruptæ naturæ ſeu generatiōis, qui in peccatis cōcepti ſumus, et nati ex commiſtione ſeminum: uel, non ſtructuræ terrenorum tabernaculorum templi ædificati à Salomone. Neq; per ſanguinem. Secunda collatio à diuerſitate dignitatis hoſtiarū, hoc eſt, ſanguinis Chriſti & pecudum. Per ſanguinem. Vt pontifex Leuiticus, qui alieno, non ſuo ſanguine ingrediebatur in ſanctuarium ſingulis annis, quo ſanguine peccata non abolebantur corā Deo, ſicut inquit cap. 10. Impoßibile eſt ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Sed per proprium. Qui λύτρον ſeu precium fuit æquiualens redemptionis noſtræ, quod iuſtitia Dei requirebat, quia cum Deus ſummè ſit iuſtus, peccatum non remittit ſine compenſatione ſeu precio, quod fuit mors & ſanguis Chriſti, Vnde & Rom. 3. inquit: Quem propoſuit Deus propitiatorē per fidem, in ſanguine ipſius. Et Petrus inquit, 1. Petri 1. Scitote, q non corruptibili auro uel argento redempti eſtis, ſed precioſo ſanguine, quaſi agni immaculati Chriſti, & incontaminati. Ingreſſus eſt. In cœlum per aſcenſionem ſuam, ubi conſedit in dextera magnitudinis Dei, interpellans pro nobis, Hebræos 8. Item cap 9. inquit: Non manu facta ſancta Ieſus intrauit, exemplaria priorum, ſed in ipſum cœlum, ut appareat nunc in uultu Dei p nobis.

nobis.Semel.Sic & capite 10 inquit:In quo uoluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti,ſemel Item ibidem: Vna oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos . Item cap.9.Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata. Damnat igitur & reijcit hac particula iterationem huius ſacrificij in priuata Miſſa pro peccatis mortuorum et uiuorũ,quã aduerſarij impie tradunt & defendunt. Aeterna redemptione.Quia & ipſe Chriſtus pontifex eſt æternus,iuxta illud: Tu es ſacerdos in æternũ ſecundum ordinẽ Melchiſedec.Eſt igitur & ſacerdotium eius æternum,et confert Eccleſiæ æternam iuſtitiam,& æternam uitam , ſicut ex hoc Pſalmi colligit cap.7.Hic,inquiens (Chriſtus ſacerdos)eó q; maneat in æternum,ſempiternum habet ſacerdotium, unde & ſaluare in perpetuum poteſt, accedens per ſemetipſum ad Deum, ſemper uiuens ad interpellandum pro nobis. Nam ſi. Aetiologia continens argumẽtum à minori ad maius, de energia ſanguinis Chriſti in purgandis conſcientijs, eſtq; hæc tertia differentia ſeu collatio ſacerdotij Chriſti , & Leuitici ſacerdotij . Chriſti ſacrificio tolli peccata coram Deo, & purgari conſcientias in æternum. Sacrificio uero Leuitico non tolli peccata,ſed purgari tantũ corpus.Si ſanguis.Prior pars collationis de mundatione legali per animantium ſanguinem, quo aſperſi admittebãtur ite

rum

rum ad Eccleſiam,& cultum diuinum,à quo propter peccata & immunditiem excluſi erant. Cinis iuuencæ. Rufæ,ætatis integræ,in qua nulla fuit macula,nec portauit iugum,hæc extra urbem comburebatur , & ex eius cineribus aqua aſperſionis fiebat , qua cum immundi ex tactu cadaueris aſpergebantur,munda habebantur,et licebat eis iterum intrare tabernaculum,de quo uide Numeri 19 Erat autem hæc uitula typus Chriſti, qui agnus fuit immaculatus , & immolatus eſt extra portam urbis Hieroſolymæ , ætate adhuc integra, annum ingreſſus triceſimum quartum , cuius ſanguine qui aſperguntur,à peccatis emundantur. Sicut inquit Ioannes : Sanguis Chriſti emundat nos ab omni peccato. Aſpergens inquinatos. Id eſt,immundos ex contactu cadaueris ſeu morticini,et excluſos à cæterorum commercio. Ad carnis purificationem. De hoc inter alia ſic inquit Dominus ad Moſen,Nume.19. Qui tetigerit cadauer hominis,& propter hoc ſeptem diebus fuerit immundus, aſpergetur ex hac aqua (uaccæ combuſtæ)die tertio & ſeptimo, & ſic mundabitur. Itē: Omnis qui tetigerit humanæ animæ morticinum & aſperſus commiſtione non fuerit,polluet tabernaculū Domini,& peribit ex iſrael, id eſt,eijcietur è conuerſatione ac cœtu aliorum , ad quem rurſus purificatus hoc modo admittebatur, tanq̃ membrum Eccleſiæ. Ad carnis purificationem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

cationem. Id eſt, ut mundatus hac aqua recipiatur in cœtum aliorum, & ingreſſum tabernaculi, à quo fuit excluſus. Quantò magis. Altera pars collationis, de efficacia ſanguinis Chriſti in purgando conſcientias à peccatis, quæ opera mor tua uocat ab effectu, quia mortem adferunt homini, iuxta illud: Anima quæ peccauerit, ipſa peribit. Verſatur autem totus locus in antitheſi ſeu cō tentione quadam, in hunc modum:

Animantium ſanguis emundat corpus,
Chriſti ſauguis emundat animas.
Animantium ſanguis emundat ad tempus,
Chriſti ſanguis emundat in perpetuum.
Animantium ſanguis ipſe eſt immundus,
Chriſti ſanguis eſt immaculatus.
Animantium ſanguis emundat à corporali ſpurcitia,
Sanguis Chriſti emundat ab operibus mortuarijs, id eſt, peccatis.
Animantium ſanguine fit purgatio ad cultus externos ſeu corporales Moſi,
Sanguine Chriſti fit purgatio ad hoſtias, ſeu cultus ſpirituales Dei uiuentis.
Emundatio per ſanguinem animantium ſæpe repetitur,
Emundatio per ſanguinem Chriſti ſemel eſt facta, cuius efficacia durat in perpetuum, & fide applicatur.

Quan

Quantò magis. Argumentū à minore ad maius: Si ſanguis brutorum animantium purgat corporaliter inquinatos, quanto magis ſanguis Chriſti purgat ſpiritualiter immundos, id eſt, peccatores. Ratio conſequentiæ eſt à perſona Chriſti, quia Chriſtus eſt Deus et homo immaculatus, nullis peccatis obnoxius, cuius ſanguis hāc uim diuinam habet propter coniunctionem ſeu unionem inſeparabilem & hypoſtaticam diuinæ et humanæ naturæ in perſona Chriſti. **Quòd per ſpiritum.** Id eſt, qui per ſpiritum ſanctū, qui æternus eſt Deus, homo conceptus & natus eſt in utero Mariæ uirginis, ſine peccato. **Obtulit.** Hoſtiam Deo patri in odorem bonæ fragrantiæ, qua ſola ira Dei placata eſt. **Semetipſum.** Non pecudes ut in Veteri teſtamento. **Purgabit.** Primum nō imputando peccatum ad damnationem. Iuxta illud: Beatus uir, cui Dominus non imputauit peccata. Deinde impertiendo ſpiritum ſanctum, qui ueterem hominem, ſeu immundam naturam hominis mundat & mortificat, ut inchoent nouam obedientiam. **A mortuarijs.** Id eſt, à peccatis, quæ mortem adferunt non reſipiſcentibus, et non purgatis ſanguine Chriſti. **Ad ſeruiendum.** Non in cultibus ſeu ceremonijs externis, ſed interioribus, quales ſunt, dilectio, timor Dei, et fiducia, celebratio nominis eius, propagatio uerbi Dei, confeſſio, patientia in cruce, inuocatio, gratiarum actio pro liberatione.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Deo viuenti. *Non idolis ſeu deis gentium cõmentitijs mortuis.* **Viuenti.** *Non ocioſo, ut Epicurei impiè philoſophantur, ſed uiuificanti, gubernanti & conſeruanti naturam, colligenti ſibi Eccleſiam æternam ex humano genere, exaudienti et liberanti eam mirabiliter & glorioſè* **Et ob id.** *Concluſio, qua indicat diſcrimen inter Chriſtũ mediatorem Noui teſtamenti, & pontificem Veteris. Eſt autẽ Nouum teſtamentum promiſſio gratuitæ remiſſiõis peccatorum, iuſtitiæ et uitæ æternæ ꝓpter Chriſtum, confirmata morte et ſanguine filij Dei mediatoris, cuius quaſi ſigillum et σφραγὶς ꝓpoſita ſunt in cœna Domini, corpus ac ſanguis Chriſti ſub pane & uino. Vetus teſtamentum eſt politia Iudaica, alligata certis ceremonijs et externis ritibus, quibus nõ merebantur remiſſionem peccatorum, ſed tantum fuerunt figuræ uenturi ſacrificij, quo ſolo expiantur peccata.* **Conciliator.** *Id eſt, autor & inſtitutor Noui teſtamenti, et gratiæ et recõciliationis.* **Vt morte intercedente.** *Quia ſicut addit Apoſtolus, ubi teſtamentũ eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris, quia teſtamentum non ualet, dum uiuit, qui teſtatus eſt.* **Vt ad redemptionem.** *Collatio eſt in hanc ſentẽtiam: Sicut in Veteri teſtamento cõſecuti ſunt per ſanguinem taurorum & hircorum corporis mundationem, ita cõſequuntur iam per mortem et ſanguinem Chriſti uerè remiſſionem peccatorum, &*

hæredi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

hæreditatem uitæ æternæ in Nouo teſtamento,qui uocantur per prædicationem Euangelij,et accipiunt promiſſam ſeu oblatã gratiam. **Ad redemptionem.** Id eſt,ad condonationem. Vtitur autẽ ſcriptura uocabulo redemptionis, quoties de recõciliatione fit mentio,quia ſanguis Chriſti eſt quaſi precium ſeu pecunia,qua redemptum eſt genus humanum è regno Satanæ, cuius ſerui fuimus propter peccatũ. **Præuaricationum.** Id eſt,tranſgreßionum, inobedientiæ erga legem diuinam, quæ uel ad pœnã,uel ad obedientiã obligat. **Quę fuerunt.** Scilicet commiſſæ. **Sub priori.** Id eſt ueteri, in quo non ſunt liberati patres per ſacrificia ſeu hoſtias ſuas, ſed per fidem et expectationẽ uenturi ſacrificij Meßiæ. **Qui vocati ſunt.** Per prædicationem Euangelij, Nam hi tantũ ſunt in numero electorũ, apud quos ſonat ſyncera uox Euangelij,ſicut et electi ſunt, qui Euangelio aſſentiuntur, ſicut inquit Chriſtus Ioan. 8. Qui ex Deo eſt,uerbum Dei audit. Item Ioan. 10. Oues meæ uocem meam audiunt. **Promiſsionẽ accipiunt.** Hic admonet Apoſtolus de modo accipiendi,ſeu applicatione ſacrificij Meßiæ, uidelicet de fide accipiente promißionem Euangelij. **Aeternæ hæreditatis.** Id eſt,uitæ æternæ et aliorum præmiorum ſpiritualium, quæ non tanquam merces dantur ſeruis, ſed tanquam hæreditas filijs ex gratia, ut ſit certum beneficium,ſicut inquit ad Roma. 4.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Ideo ex fide datur hæreditas, ut ſecũdum gratiam firma ſit promiſsio uniuerſo ſemini.

OBIECTIONES *quatuor.*

I. *De ſacerdotio Chriſti.*

Chriſtus eſt ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedec, in Nouo teſtamento.

Melchiſedec obtulit panẽ & uinum:

Ergo etiam Chriſtus conciliator Noui teſtamenti inſtituit offerenda in priuata Miſſa, ſuum corpus & ſanguinem, ſub pane & uino.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Primum, quia collatiõ nõ fit in iuſtis partibus. Nam Chriſtus ſacerdos eſt ſecundum ordinem Melchiſedec, non propter oblationem panis et uini, ſed propter benedictionem Melchiſedec. Nã ſicut Melchiſedec benedixit Abrahæ redeũti ex pugna, ſic Chriſtus benedicit Eccleſiæ, paſcit, iuuat, & conſolatur, remittit peccata, dat iuſtitiam et uitam æternam. Deinde, textus non habet: Obtulit panem & uinum Deo, ſed protulit Abrahæ & exercitui eius, ad reparandas uires.

II. *De ſacrificijs Veteris Teſtamenti.*

Sacrificia Veteris teſtamenti mere-

bãtur remiſsionem peccatorum, vt quod vocabatur iuge ſacrificium.

Ergo non ſolum ſacrificium Chriſti eſt ἱλαστικὸν ſeu propitiatorium.

RESPONSIO.

Nego antecedens. Primum, quia ſacrificia Leuitica non merebantur remiſsionem peccatorum coram Deo, ſed tantum coram Eccleſia, & politia Iudaica, in quam excluſi propter peccata recipiebantur, mundati hoſtijs legalibus, unde eas Paulus purificationes carnis uocat. Deinde, ſacrificia Leuitica umbræ ſeu typi fuerunt unici ſacrificij propitiatorij Noui teſtamenti, hoc eſt, mortis Chriſti, ſicut inquit Paulus ad Coloſſenſes 2. Quæ ſunt umbra futurorum, corpus autem Chriſti.

III.

Inquit Paulus ad Hebræos 5. Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt apud Deum, vt offerat dona et ſacrificia pro peccatis.

In Nouo teſtamento ſunt pontifices et ſacerdotes:

Ergo etiam offerre debent ſacrificia ꝓ peccatis Eccleſiæ.

Reſpõdeo ad maiorem, quæ eſt ſingularis: quia Paulus loquitur de pontificibus Leuiticis, et accõ-

modat hoc dictum, non ad pontifices & ſacerdotes Noui teſtamenti, qui tantum miniſtri ſunt Eccleſiæ, ſed ad Chriſtum, qui ſeipſum pro peccatis populi obtulit, & ſacrificium eius ſolum eſt ſatisfactio pro peccatis, ualens omni ætate fide applicatum.

IIII.

Petrus inquit: Vos eſtis ſacerdotium regale, vt offeratis hoſtias ſpirituales Deo:

Ergo Miſſa eſt ſacrificium placens Deo, ex opere (vt vocant) operato.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Primum, quia antecedens loquitur de omnibus Chriſtianis, qui ſacerdotes ſunt, hoc eſt, ius habent inuocandi Deum per Chriſtum. Deinde, quia plus eſt in conſequente, quàm in antecedente. Nam D. Petrus non loquitur de ſacrificijs Miſſæ Papiſticæ, ſed de ſpiritualibus hoſtijs ſeu cultibus Eccleſiæ, qui ſunt, agnitio Dei, fides, inuocatio, patiẽtia in cruce, gratiarum actio & ſimiles, quæ placent Deo propter agnitionem et fiduciam filij, ſicut addit: Acceptus Deo per Ieſum Chriſtum.

DOMI-

DOMINICA PALMA-
rum, Epiſtola D.Pauli, de humilitate, ad quam adhortatur Eccleſiam, ab exemplo Chriſti, qui ſe noſtra cauſa infra omnes creaturas abiecit, aſſumẽs humanam naturam, ut uictima fieret pro peccatis humani generis.

Ad Philip. II.

Tetraſtichon.

Qui Deus æquali reſidebat honore parentis,
Et factus Chriſtus, ſeruus homoq; miſer.
Sunt meritum Chriſti, ſunt uitæ exempla ſequẽda,
Quæ Deus hic humilis, facta uerenda gerit.

Argumentum.

Exhortatio generis deliberatiui ad humilitatẽ, qua concordia Eccleſiæ in primis conſeruatur & alitur, ab exẽplo filij Dei, qui ſemetipſum propter nos exinaniuit, & longè infra omnes creaturas abiecit, aſſumpta humana natura obnoxia omnib. infirmitatibus humanis, in qua ignominioſam mortem crucis ſubijt pro redimendo humano genere, et ſicut per hanc humiliationem admirandã Chriſtus in ſummã ſublimitatem euectus eſt à patre, ſic etiam Eccleſia, quæ in hoc mundo contempta eſt et oppreſſa, glorioſè tandem liberabitur poſt hanc uitam, ornanda æternis præmijs. Vtrunq; igitur exẽplum filij Dei & humiliantis ſe et glorificati, exhortatur Eccleſiam ad humilitatem et patiẽtiam, ut concordia retineatur in Eccleſia & humana

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſocietate, in quibus doctrina cœleſtis rectè cognoſcatur, & celebretur Deus ab humano genere.

EPISTOLA, *Philippen.* 2.

IS enim affectus ſit in vobis, qui fuit in Chriſto Ieſu, qui cum eſſet in forma Dei, non rapinam arbitratus eſt, vt eſſet æqualis Deo: ſed ſemetipſum inaniuit, forma ſerui ſumpta, in ſimilitudine hominum conſtitutus, et figura repertus vt homo, humilem præbuit ſemetipſum, factus obediẽs vſq; ad mortem, mortem aũt crucis. Quapropter & Deus illũ in ſummam extulit ſublimitatem, & donauit illi nomen, quod eſt ſupra omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu ſe flectat, cœleſtium ac terreſtrium, et infernorum: omniſq; lingua confiteatur, ꝙ Dominus ſit IESVS Chriſtus, ad gloriam Dei patris. Proinde dilecti mei, quemadmodum ſemper obediſtis, non tanquam in præſentia mea ſolum, ſed nunc multò magis in abſentia mea, cum timore et tremore veſtram ipſorum ſalutem operemini. Nam Deus eſt is, qui agit in vobis, & vt velitis, & vt efficiatis pro bono animi propoſito.

EXPLI-

EXPLICATIO TEXTVS.

Is enim. *Propoſitio generalis exhortationis præcedit his uerbis apud Paulum: Similiter affecti ſitis, eandem charitatem habentes, unanimes, idem ſentientes, ne quid fiat per contentionem, aut per inanem gloriam, ſed per humilitatem animi aliũ quiſq; ſe præſtantiorem exiſtimet. Ne ſua quiſque ſpectetis, ſed unuſquiſq; quæ ſunt aliorum. Addit iam huius propoſitionis* αἰτιολογίαν, *ſeu rationem ſumptam ab exemplo Chriſti. Et ualet argumentum à minore ad maius: Si filius Dei ſeipſum humiliauit, aſſumens humanam naturã, patiens ac moriens ignominioſiſsimo genere mortis, ut nobis inſeruiat, debemus & ipſi humiliare nos, modeſtè ſentire de nobis, non ſuperbire de donis noſtris, ſed ijs inſeruire Eccleſiæ. Continet autem hic textus præcipuè tres locos doctrinæ. Primus eſt de diuinitate Chriſti. Secundus de humana natura et humiliatione, paſsione, & morte eius. Tertius, de glorificatione & regno ſpirituali, et æterno in uniuerſo mundo.* Is ſit affectus. *Propoſitio exhortationis.* Is affectus. *Id eſt, ea uoluntas, ea propẽſio animi, ſeu ſenſus, hoc eſt, ita eſtote affecti inuicem, quemadmodum Chriſtus affectus fuit erga uos, eadem humilitate præditi, et mutua charitate.* Qui fuit & in Chriſto. *Qui primum motus ingenti amore erga perditum genus humanũ interceſsit horrendæ iræ Dei aduerſus peccatũ, De-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Inde aſſumpſit humanã naturam, in qua factus eſt ꝓ nobis uictima, placans iram Dei. **Qui cũ eſſet.** Primus locus de diuina natura Chriſti, qua patri eſt æqualis potentia, et ſapientia. **Qui cũ eſſet** Id eſt, cũ eſſet diuina natura, Deus, ſimilis Deo ſapientia, et potentia. **Non rapinam** Id eſt, nõ retinuit hanc ſuam potentiam diuinam tanꝙ ablatam prædam hoſti, ut noluerit eã propter nos amittere, ſed uolens eam depoſuit, et factus eſt homo, ut nobis cõmodaret in humana natura. **Sed ſemet ipſum.** Secundus locus de aſſumpta natura humana, & humiliatione filij Dei in paßione et morte. **Semetipſum inaniuit.** Id eſt, nõ exercuit uires ſuas, ſed tanꝙ contraxit, et occultauit diuinam potẽtiam in aſſumpta humana natura, maximè tẽpore paßionis, ut pati ac mori poßit, ſicut inquit Irenæus: Chriſtum crucifixum et mortuum eſſe requieſcente Verbo, ut crucifigi & mori poſſet. **Forma ſerui ſumpta.** Id eſt, mortalitate, quã unà cum humana natura aſſumpſit, ut uictima fieri poſſet, et experiri ſenſum iræ Dei aduerſus peccatum humani generis. **In ſimilitudine.** Id eſt, conuerſatus eſt inter homines mortalis, & infirmus, ſicut cæteri homines, cũ tamen eſſet uerus et æternus Deus, conditor rerum. **Figura repertus.** Figura, id eſt, habitu, id eſt, affectibus naturalibus omnibus præditus fuit, quibus alij homines, quia uerè et naturaliter eſurijt, ſitijt, defatigatus

eſt, metuit, ſperauit, doluit, lætatus eſt, lachrymauit, iratus eſt, ſentijt tantam mœſtitiam, ut ſudaret ſanguinem; has appetitiões ſeu affectus naturales in natura hominis intelligit nomine figuræ, ſeu habitus, quæ omnia in Chriſto fuerunt, ſed ordinata, ſicut condita ſunt à Deo, ſine peccato, ſicut inquit 2. Corinth. 5. Eum, qui peccatum non nouit, pro nobis peccatum fecit, id eſt, uictimam pro peccato, ut nos fieremus iuſtitia Dei in eo. Subiecit autem ſe Chriſtus his affectibus, & infirmitatibus, ut haberemus pontificem, ſicut inquit ad Hebræos 4. qui poſſet compati infirmitatibus noſtris, tẽtatum per omnia ſecũdum ſimilitudinem noſtram, ſine peccato. Humilem ſe præbuit. Expoſitio humiliationis filij Dei in paſſione et morte, in qua ſeipſum uictimam obtulit pro peccatis humani generis. Factus obediens. Id eſt, ſubiecit ſe ingenti amore erga genus humanum, uoluntati patris in opere humanæ redemptionis. Vſq; ad mortẽ. Quæ ſatisfactio & λύτρον fuit pro peccatis noſtris. Mortem autem crucis. Amplificatio obedientiæ à genere mortis, uidelicet crucis, quæ omnium ignominioſiſſima fuit, iuxta illud: Maledictus qui pendet in ligno, Deuteronom. 21. Vnde D. Paulus ad Gala. 1. Chriſtum uocat maledictum, id eſt, uictimam, quæ ſenſit iram Dei, et ſuſtinuit pœnam peccati, inquiens: Chriſtus redemit nos à maledictione legis, factus pro nobis maledictum.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Quapropter &c. Tertius locus de glorificatione Chriſti et regno eius, q. poſt humiliationẽ conſtitutus eſt à Deo, Dominus, & rex omnium creaturarum, uictor peccati, mortis et Satanæ, de qua glorificatione inquit Pſal. 8. Minuiſti eum pauló minus ab Angelis, gloria & honore coronaſti eũ, et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarũ. Et proponitur hic conſolatio Eccleſiæ oppreſſæ & contemptæ in hac uita. Nam quemadmodum Chriſtus per mortem, et gloriam patris euectus eſt, ita etiam Eccleſia per crucem, et uarias ærũnas perueniet ad hæreditatem uitæ æternæ. Sicut inquit Paulus Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. & ad Rom. 6. Si mortui ſumus cum Chriſto, credimus, q. ſimul etiam uiuemus cum illo. Quapropter. Quia filius Dei ſemetipſum humiliauit, factus obediens patri uſq; ad mortem. Illum. Chriſtum hominem humiliatum in aſſumpta humana natura patientem et morientem. Extulit. Primum corporaliter collocauit eum ad dexteram ſuam per reſurrectionem, & aſcenſionem. Deinde ſpiritualiter per prædicationem Euangelij in uniuerſo mundo, qua celebratur promiſſus Meßias, uerus Deus & homo, uictor peccati & mortis. Sublimitatem. Id eſt, gloriam, ut ſit iam æqualis Deo, etiam ſecundum humanam naturam, omnipotentia, & ſapientia. Sicut inquit Matthæi ultimo, Data eſt mihi omnis

pote-

poteſtas in cœlo & in terra. Nomen. Quód eſt & celebratur filius Dei omnipotens, liberator humani generis, ſicut ait Pſalmo 2. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quod ſit ſupra omne. Id eſt, quo nemo unquam appellatus eſt, ut dicitur de eo ad Hebræos 1. Qui ſedet in dextera maieſtatis in excelſis, tãto præſtantior factus angelis, quãto excellentius præ illis ſortitus eſt nomen. Nam cui dixit unquam Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? In nomine Ieſu. Id eſt, in inuocatione, cum nominatur, uel auditur nomen Ieſu. Omne genu. Omnes creaturæ agnoſcant hunc Ieſum ſic humiliatum, et contemptum, ſuum Dominũ, ipſum adorent, inuocent, et ſalutẽ ab ipſo expectent. Cœleſtium. Id eſt, angelorum. Terreſtrium. Id eſt, hominum. Inferorum. Id eſt, Dæmonum, iuxta illud: Dæmones credunt, & contremiſcunt. Oĩs lingua. Id eſt, ut palàm per uniuerſum mundum agnoſcatur, celebretur, & inuocetur Dominus omnium, reſidens ad dexteram patris, uerus Deus, & homo, qui rediturus ſit in nouiſsimo die, iudex uiuorum & mortuorum. Ad gloriam. Id eſt, ut ipſe pater per filium glorificetur, agnoſcatur, & inuocetur, quód ſit omnipotens, iuſtus, bonus, miſericors, qui filium miſit humano generi redemptorem, & Eccleſiam æternam ſibi colligit, & conſeruat, cui ſuam diuinitatem impertiat.

Itaq;

Itaq;. Concluſio, qua in genere hortatur ad ſtudium ſeu exercitiū pietatis, quæ complectitur notitiam Dei, timorem, & dilectionem. Itaq;. Quia Chriſtus ſeipſum exinaniuit, induens humanam naturam, & offerens ſe uictimam pro peccatis noſtris, et uult ut hoc ſuum exemplū obedientiæ, dilectionis, & humilitatis imitemur. Chariſsimi. Captatio beneuolentiæ à ſuo erga Philippenſes amore. Sicut ſemper. Laus Philippenſiū ab obedientia, et ſtudio pietatis, et argumentatur ab anteactis: In præſentia obediſtis mihi, id eſt, Euangelio credidiſtis, Ergo nunc etiā in abſentia obedite, ne uideamini, ut ſolent mali ſerui, ad oculū tantum ſeruiſſe. Cum timore. Scilicet Dei, ne quid agatis contra uoluntatem Dei. Loquitur autem non de timore ſeruili, qui Deum ut tyrannum fugit, ſed filiali, qui ſimul complectitur agnitionem, et fiduciam mediatoris, propter quem ſtatuimus Deū placatum eſſe nobis, eumq́; accedimus ut patrē, petentes, et expectantes ab eo auxilium. Hunc timorem filialem uocat ad Epheſ. 5. timorem Chriſti, inquiens: Subiecti eſtote inuicem in timore Chriſti. Oritur autem hic timor ex agnitiōe noſtræ indignitatis, quam lex oſtendit & accuſat, et eſt prior pars pœnitentiæ, ad quam accedere & altera pars debet, uidelicet fides de reconciliatione concepta ex prædicatione Euangelij, qua terrores peccati & mortis uincuntur. Salutem operamini. Id eſt
ea

ea agite, quæ ad ſalutem conſequēdam pertinent, & neceſſaria ſunt tanquā inſtrumenta, ut ſunt ſtudium uerbi Dei, uera agnitio Dei, fides, patientia, dilectio, inuocatio, gratiarum actio, confeßio doctrinæ, et ſimiles uirtutes. Item, cauete, ne indulgeatis peccatis contra cōſcientiam, quibus amittitur fides, & gratia Dei, contriſtatur & excutitur ſpūritus ſanctus. Deus eſt enim. A facili ſeu præſentia Dei. Habetis Deum adiutorem, & cooperantem. Ergo pergite in ſtudio pietatis, exercete & conſeruate dona ſedulitate ueſtra, ut indies accreſcant in uobis, agnitio Dei, fides, et cæteræ uirtutes. Eſt autē hic locus inſignis obſeruandus contra liberum arbitrium, ſeu immodicam prædicationem uirium humanarum in cauſa ſalutis ſine gratia et auxilio Dei, de qua et Chriſtus inquit, Ioan. 15. Sine me nihil poteſtis facere. Pro bono animi propoſito. In Græco eſt ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας, hoc eſt, pro bona uoluntate, uidelicet ipſius Dei erga nos beneuolentia, & amore, cui placuit nos uocare ad cognitionem Euangelij, & hæreditatem uitæ æternæ in Chriſto Ieſu, ſine noſtris meritis. Malè igitur abutuntur hoc loco contra doctrinam de fidè, tribuentes ſalutem noſtro (ut uocant) bono propoſito, tanquam cauſæ ſeu merito.

OBIECTIONES quatuor.

I. De diuina eſſentia filij Dei.

Forma

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Forma eſt qualitas, ſeu figura rei accidentalis, non eſt ipſa res.

Chriſtus eſt in forma Dei:

Ergo Chriſtus non eſt natura Deus, ſed tantũ ſimilis Deo, propter quaſdã virtutes ſingulares ſeu diuinas.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia forma ſignificat hic æternam Dei eſſentiam, quæ eſt eius diuina potentia et ſapientia, quæ eadem in filio Dei ſunt, nõ donatiõe, ſed natura, unde Paulus eum uocat ſplendorem gloriæ Patris, & expreſſam imaginem ſubſtantiæ illius, Heb. 1.

II. *De natura humana, quam filius Dei uerè aſſumpſit ex Maria.*

Chriſtus in ſimilitudine hominum cõſtitutus eſt, & figura repertus vt homo:

Ergo non verus homo fuit ex carne, & ſanguine Marię conceptus & natus, ſed corpus habuit ſpirituale, vt Sabellicus dixit.

RESPONSIO.

Nego conſequẽtiam. Quia ſimilitudo et figura non ſignificant hic Paulo imitationẽ ſeu ſimulationem phantaſticam corporis humani, qualẽ interdum aſſumunt Angeli, cũ ſe hominibus conſpicuos præbent, ſed affectus et actiones humanas, quæ in

Chri-

Chriſto fuerunt ſimiles alijs hominibus, quia ſicut cæteri homines, comedit, bibit, dormiuit, aliasq; actiones uitæ humanæ præſtitit, ſed abſq; peccato.

III. *De unione hypoſtatica naturæ diuinæ cum humana in Chriſto.*

Chriſtus ſeu filius Dei ſemetipſum exinaniuit, forma ſerui aſſumpta:
Ergo natura diuina commutata eſt in humanam, et ſeparabilis à filio Dei, quia eam depoſuit cum humanam aſſumeret, & moreretur.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt fallacia æquiuocationis, quia exinaniuit ſe filius Dei in humana natura, hoc eſt, non exeruit uires ſuas, potentiam & ſapientiam diuinam, ut crucifigi & mori poſſet, quieſcente uerbo, id eſt, diuina natura, ut Irenæus inquit.

IIII. *De libertate humanæ uoluntatis.*

Deus operatur in nobis velle, & perficere:
Ergo voluntas humana nihil agit, nihil iuuant exercitia pietatis, ſed homo prorſus, vt vocant, paſsiuè ſe habet in iuſtificatione.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia actio Dei, quæ eſt partialis cauſa, quantum ad nos, non excludit noſtram uoluntatem, imo requirit eam aſſentientem, & non repugnantem Euangelio, & per exercitia efficax eſt Spiritus ſanctus, augentur dona, notitia Dei, fides, & ſimilia, iuxta illud Chriſti: Habenti dabitur &c. Item Pauli: Videte ne gratiam fruſtra acceperitis.

DOMINICA PASCHAtis, Epiſtola B. Pauli, de expurgãdo ueteri fermento, hoc eſt, corrupta natura ab iis, qui per immolationem ueri Agni paſchalis, hoc eſt, Chriſti, redempti & mundati ſunt,

I. Corinth.

V.

Tetraſtichon.

Paſcha per humanum gradiens genus ipſe Redemptor,
Victima pro mundi crimine grata cadit.
Quiſquis habet poſtes Chriſti de ſanguine ſparſos,
Tutus ab interitu percutientis erit.

Argumentum.

Hortatur hoc textu D. Paulus Corinthios, ut hominem inceſtum, qui uxorem patris ſui, id eſt, nouer=

nouercam ipſe uxorem duxerat, ab Eccleſia, et ſocietate ſua, tanquam membrum putridum ſegregent, ne ab eo tota Eccleſia, quaſi fermento, et cõtagione inficiatur, et corrumpatur. In genere aũt eſt paræneſis, ſeu exhortatio ad nouitatem uitæ, ſeu ſtudium uirtutũ omnis generis, abiectis uitijs, quibus corpus & animus infermentatur, et contaminatur coram Deo. Sumit autem exhortationem quaſi per allegoriam à panibus non fermentatis, q̃bus uti ſolebant Iudæi comedentes agnum paſchalem. Nã, ut iſti panes erant puri, ſine ulla fermenti admiſtura, ita uult, ut Chriſtiani, qui per ſanguinẽ ueri agni paſchalis, hoc eſt, Chriſti, mundati à peccatis, & iuſtificati ſunt, uitam deinceps nouam & ſanctam ducant, ueterem & corruptam naturam expurgent, & abijciant affectus terrenos & uitioſos, & exuant ueterem Adamum, & ſe ad imaginem noui conforment. Sicut inquit ad Romanos 1. Induite Dominum Ieſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis ad concupiſcentiam.

EPISTOLA, 1. Corinth. 5.

EXpurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis infermentati. Nam & paſcha noſtrum pro nobis immolatus eſt Chriſtus. Itaq; feſtum celebremus, non in fermento veteri, nec in fermento maliciæ, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

verſutię, ſed in panibus fermento carẽ tibus, hoc eſt, ſynceritate, & veritate.

EXPLICATIO TEXTVS.

An neſcitis. *Aetiologia propoſitionis, quæ in textu præcedit, de excludendo homine inceſto, ſumpta ab incommodo ſeu periculo, ne uidelicet tota Eccleſia Corinthiorum inficiatur contagione tanti ſceleris, & puniantur à Deo cæteri conuiuẽtes. Nam ſolent uicia contagione ſerpere in uicinos, ut rectè dixit Poeta Satyricus:*

—Grex totus in agris
Vnius ſcabie cadit & porrigine porci,
Vuaq; conſpecta liuorem ducit ab uua.

Et propter unius ſæpe hominis ſcelus, tota Reſpub. plectitur, iuxta illud Heſiodi:
πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ. Id eſt, *ſæpe mali malefacta uiri populus luit omnis.*

An neſcitis. *Quaſi dicat, hoc experientia ipſa docet omnes, q, etiam exigua particula fermenti, per totam farinæ maſſam ſerpit ſenſim, eiq; acorem quendam indit: ita etiam peccatum ueſtri inceſti plures ſenſim inficiet, & iram Dei in uos etiam cæteros concitabit, qui uel in tantum ſcelus conniuetis, uel non excluditis à ueſtro cœtu hominem tam ſceleroſum.* Totam conſperſionem. *Id eſt, totam maſſam, farinæ, per quam allegoricè*

goricè intelligit, totam Eccleſiam, nondum contaminatam ſcandalis, ſicut per fermentum intelligit hominem inceſtum, ſeu fornicatorem in Corinthiorum Eccleſia. Expurgate itaq;. Concluſio exhortationis, de excludendo fornicatore, quæ generalem admonitionem continet, de abijciẽdis et purgandis prauis cupiditatibus, et falſis et Epicureis opiniõibus de Deo. Expurgate. Id eſt, eijcite ex eccleſia, et conſortio ueſtro hominem inceſtum. Itẽ prauas cupiditates corruptæ naturæ, falſas et impias opiniones de Deo. Vt ſitis noua cõſperſio. Id eſt, noua creatura, noui homines conſperſi & purgati ſanguine Chriſti, agni immaculati, & ſpiritu ſancto. Item, ut tota Eccleſia ſit mundata, et liberata ſcandalis. Sicut eſtis infermentati. Id eſt, purgati à peccatis per ſanguinem Chriſti, etiãſi adhuc reliquiæ peccati in uobis hæreant, quas expurgari & abijci oportet, quotidiana pœnitentia, & pijs exercitijs. Sicut eſtis infermentati. Græca uox ἄζυμοι, eſt ab α priuatiua particula compoſita, & ζύμοι, quod fermentum ſignificat. Vocat autem ἀζύμους, id eſt, infermentatos, propter puritatem doctrinæ, quam adhuc habebat uera Eccleſia apud Corinthios, & expurgationem peccati, propter mortem Chriſti. Vetus fermentum, quod expurgare iubet, intelligit reliquias peccati hærentes in natura corrupta, etiam iuſtificatorum, ſeu renatorum, ſicut teſtatur Pau-

lus, Romanos 7. Nam & paſcha noſtrum.
Ratio generalis admonitionis, ſumpta à ſacrificio ſeu immolatione Chriſti, quæ quia ſancta & immaculata fuit, & ea peccata noſtra ſunt expurgata, decet ut etiam ſanctam et immaculatam uitam agamus, ne ingrati & indigni tam immenſo beneficio uideamur. Confert autem paſcha Veteris teſtamenti cum Chriſto paſchate Noui teſtamenti, cuius ipſe agnus paſchalis, quem mactabant & edebant Iſraelitæ, typus fuit, ſignificans uenturum aliquando agnum, id eſt, ipſum Meßiam promiſſum, qui mactatus ſuo ſanguine purgaturus eſſet Eccleſiam à peccato, & liberaturus eam à morte & tyrannide Diaboli, ſicut Iſraelitæ liberati erãt ex ſeruitute Pharaonis, & ſeruati à percutiente angelo, quorum limina ſanguine agni aſperſa fuerunt. Paſcha. Tria ſignificat uerbum Paſcha ſeu phaſe. Primum tranſitum, unde Germanica uox eſt paſſieren / pro tranſire, quia Angelus ſeu Dominus per Aegyptum tranſiens interfecit primogenita in iis familijs, quorum limina ſanguine paſchalis agni notata non fuerunt. Secundo feſtum ipſum, quód Iſraelitæ memoriam in eo celebrabant tranſitus ex Aegypto, & mirandæ liberationis ex domo Pharaonis, ſicut & nos paſcha uocamus feſtum Reſurrectionis Domini, propter ſpiritualem & æternam liberationem, à peccato, morte, & Diabolo, per tranſitum, hoc eſt, paſ-
ſionem

ſionem, & reſurrectionem Chriſti. Tertio ipſum agnum paſchalem, ut cum dicunt diſcipuli ad Chriſtum, Marci 14. Quó uis eamus, & paremus tibi paſcha? ſic hoc loco accipitur pro Chriſto uero agno paſchali, qui ſtatim inde ab initio mundi per genus humanum tranſiens, collegit & conſeruauit ſibi Eccleſiam ex humano genere, & punijt impios, & tandem aſſumpta humana natura mactatus, ſeu immolatus eſt pro peccatis humani generis. Pro nobis. Hac particula monet de uſu, & applicatione mactationis Chriſti, quæ fit fide. Sic & Chriſtus inquit Ioannis 17. Sanctifico me pro eis, id eſt, ſegrego me ex toto genere humano, ut fiam hoſtia dicata Deo pro peccatis. Itaq; feſtum. Concluſio admonitionis, quæ hortatur ad ſpiritualem lætitiam, uitæ puritatem, & ſtudium ueræ & incorruptæ doctrinæ. Celebremus. Id eſt, ſimus læti propter tantum beneficium noſtræ liberationis ab æternis malis, peccato ac morte. Aliter, epulemur, id eſt, reficiamus mentes noſtras, & conſolemur nos hoc beneficio, & erigamus nos in terroribus peccati & mortis, ſicut Iſraelitæ ueſcentes agnum nutriebantur, & reficiebant corpora. Non in fermento. Id eſt, cupiditatibus ueteris & corruptæ naturæ, ſeu deſiderijs ueteris Adami. Neque in fermento maliciæ. Expoſitio per contentionem ſeu Antitheſin. Malitiæ. In ui-

tæ moribus. Verſutiæ. Id eſt, calliditatis ſeu im poſturæ ac deprauationis ueræ doctrinæ. Sed. Antitheſis uirtutum, quibus nos uult ſtudere, et ornatos eſſe. In panibus. Id eſt, non fermentatis, ſed ἀζύμοις, quibus nihil admixtum eſt impuritatis, uel uitæ, uel doctrinæ. Synceritate. Synceritas refertur ad uitam, ueritas ad ipſam doctrinam, quæ non eſt deprauata falſis et impijs opinionibus, repugnantibus uerbo Dei, quales ſunt Epicureorum opiniones, Deum non curare res humanas, & omnia fieri caſu. Item Papiſtarum de iuſtitia operum, de applicatione Miſſæ, de inuocatione ſanctorum, de traditionibus humanis, et ſimilibus, quæ quaſi ſunt fermentum ſeu corruptio ueræ & ſalutaris doctrinæ Dei.

TYPVS AGNI PASCHAlis, & eius collatio cum Chriſto, ex Poſtilla Philippi Melanthonis.

1. Agnus paſchalis mactatus, cuius ſanguine aſperſa limina, tuta fuerunt à percutiente Deo Aegyptios, Exod. 12.	1. Chriſtus uictima pro peccatis, cuius ſanguine aſperſi mundantur à peccatis, & liberantur à tyrannide Satanæ.

2. Agnus

1. Agnus integer, ſegregatus menſe primo, die decimo, ex cætero grege, uſque ad diem decimum quartum.	2. Chriſtus natus ex populo Iſrael ſine peccato, ſegregatus à cæteris, prædicãs et edens miracula annos circiter 4. priuſquam moritur.
3. Mactatio agni ueſperi.	3. Paßio et mors Chriſti, circa finem mundi, in ultima ætate.
4. Aſperſio ſanguinis.	4. Applicatio beneficij Chriſti ad ſingulos, per fidem.

RITVS COMEDENDI AGNVM paſchalem, & eius ſignificatio.

1. Manducatio carniũ aſſarum, quibus Iſraelitæ nutriti ſunt.	1. Vſus, conſolatio, & uiuificatio in terroribus, fiducia paßionis & mortis Chriſti, qua membra eius efficimur, & donamur ſpiritu ſancto.
2. Carnes aſſatæ igni.	2. Senſus iudicij et iræ Dei aduerſus peccatum, quam Chriſtus tanquam ignem ſenſit, & uicit noſtra cauſa.

3. Panes ἄζυμοι, id eſt, non fermentati.	3. Puritas doctrinæ, quæ non miſcenda eſt carnalibus & Epicureis opinionibus de Deo.
4. Lactucæ ſeu eſcæ acerbæ.	4. Doctrina pœnitentiæ & afflictionis quæ admonent de ira Dei aduerſus peccata, quæ nulla uictima potuit placari, niſi morte filij Dei.
5. Renes accincti, & calceati pedes ad iter, ſeu apparatus uiatoris inter edendum agnum paſchalem, ſtando.	5. Peregrinatio in hac uita, exilia & pericula Eccleſiæ expectãtis alteram liberationem, quæ ducit in uitam & gloriam æternam, iuxta illud Pauli: Non habemus hic ciuitatẽ manentem, ſed futuram inquirimus.

OBIECTIONES quinq;.

I. De Excommunicatione.

Chriſtus inquit Matth.13. Sinite vtraq;, bonum ſemen, & zizaniam creſcere vſq; ad meſſem:

Ergo mali non ſunt excommunicandi ſeu eijciendi ex Eccleſia. Re-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Reſpondeo ad antecedens, per diſtinctionē: Chriſtus loquitur de hypocritis, et de his, qui non habēt manifeſta delicta, de quibus humana ratio iudicare non poteſt, non de illis, qui polluti ſunt manifeſtis ſceleribus, ut hic inceſtus fuit. Tales ueteri conſuetudine excludendi ſunt ab Eccleſia, et communicatione ſacramentorum, donec reſipiſcant. Nam agentes pœnitentiam publicè recipiēdi ſunt, ſicut Corinthiorum Eccleſia ſuum fornicatorem recepit, publicè declarantem pœnitentiam.

II.

Satisfactiones pro peccatis impoſitæ ſunt ijs, qui recipiendi erant in Eccleſiam:

Ergo remiſsio peccatorum nō eſt gratuita, ſed datur propter opera (vt vocant) ſatisfactoria.

RESPONSIO.

Nego antecedens, quia ſatisfactiones (ut uocāt, ſeu caſtigationes, publicè non imponebantur tanq̄ opera ꝓmerentia remiſsionem peccatorū, ſeu culpæ coram Deo, ſed tanq̄ publica teſtimonia ueræ pœnitētiæ corā Eccleſia, quia remiſsio et culpæ et pœnæ tantum datur, propter mortem filij Dei gratis, et Paulus uitā æternā donum Dei uocat, Rom. 6. Imponit autem Deus interdum pœnas corporales reſipiſcentib. ut Dauidi, ut ſint exercitia fidei, & inuocationis, ne in priſtina uitia relabantur.

III.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

III.

Excommunicatio valet autoritate diuina, & ſequuntur diuinitus pœnę, ſicut Paulus pollutum ſtupro nouercæ Satanæ tradidit: & Petrus Ananiam & eius vxorem occidit, *Actorum 5.*

Papa excommunicauit Euangelicos:

Ergo Papæ excommunicatio valet autoritate diuina, & eſt efficax coram Deo.

Reſpondeo ad maiorem, per diſtinctionem: Excommunicatio ualet autoritate diuina, & eſt efficax, quæ fit aduerſus pollutos manifeſtis criminibus, & antè excommunicatos à Deo propter peccatum, id eſt, excluſos à ſpirituali communicatione bonorum Eccleſiæ. Quia igitur Papa excommunicauit innocentes, & profeſſores ueræ doctrinæ, excommunicatio eius eſt contra uerbum Dei, nec eſt maledictio, ſed potius benedictio. Iuxta illud Matt. 5. Beati eſtis, cum aduerſus uos dixerint omne malum etc. Item Malachiæ 2. Benedicam maledictionibus ueſtris.

IIII. *De dicto Pauli: Sicut eſtis infermentati.*

Paulus iubet Corinthios expurgare vetus fermentum: & idem ait, eos eſſe infermentatos.

Ergo

Ergo pugnantia dicit.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia non eſt repugnantia in ijs, quæ diuerſo reſpectu dicuntur. Sicut Paulus infermentatos uocat Corinthios, propter fidem in Chriſtum, qua purgati ſunt à peccatis. Sed uetus fermentum intelligit reliquias peccati, hærentes in natura, quas uult expurgari, id eſt, mortificari, quotidiana pœnitentia. Sic et Chriſtus inquit Ioan. 13. Qui lotus eſt ſemel, non habet opus, niſi ut pedes lauet, ſed eſt mundus totus, ſcilicet per fidem, propter quam peccatum non imputatur ad damnationem, iuxta illud Pauli Rom. 8. Nulla eſt condemnatio his, qui inſiti ſunt Chriſto Ieſu, qui nõ ſecundũ carnẽ ambulant, ſed ſecundum ſpiritum.

V. De pœna peccati.

Debet eſſe proportio ſeu æqualitas inter delictum et pœnam.

Puniendo peccata æternis pœnis, non ſeruatur proportio ſeu æqualitas, quia peccatum eſt finitum, pœna infinita ſeu æterna:

Ergo Deus non ſeruat proportionem ſeu æqualitatem in puniendo peccatum æterna damnatione.

RESPONSIO.

Nego minorem, & reſpondeo ad probationem eius, quæ uera non eſt, quia peccatũ eſt contumelia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſeu inobedientia aduerſus infinitum Deum, quæ temporali ſeu finita pœna non ſatis grauiter puniri poteſt, ideo Chriſtus pœnam peccati in ſe deriuauit, & ſuſtinuit noſtro nomine. In hunc qui credunt, liberantur à pœna æterna, ſicut ipſe inquit: Qui credit in me, habet uitam æternam, & in damnationem non ueniet.

FERIA SECVNDA PAſchatis, Epiſtola, Concio D. Petri ad Cornelium et familiam eius, qua docet illos ueram rationem conſequendæ ſalutis per Chriſtum exhibitum Meßiã, mortuum et reſuſcitatum, atque nunc reſidentem à dextris Dei, rediturũ inde iudicem uiuorum & mortuorum. Actorum X.

Tetraſtichon.

Nulla apud eſt Dominum perſonæ gratia certæ,
Omnibus eſt idem, iuſtus ubiq; Deus.
Sed placet hic ſolus, qui Chriſtum credit Ieſum,
Et timet hunc Dominum, iuſtitiamq; facit.

Argumentum.

Docet hac Concione coram Cornelio homine ethnico, et eius domo D. Petrus, edoctus uiſiõe animantium immundorum, etiam gentes non circumciſas, id quod antea ignorauerat, pertinere ad regnum & beneficia Chriſti. Et probat hunc Ieſum

Nazare-

Nazarenum crucifixum à Iudæis, uerum eſſe Meſſiam, ſeu promiſſum liberatorem humani generis, id quod non ſolum ipſe Chriſtus concionibus ſuis & miraculis declarauit, ſed etiam Ioannes Baptiſta, & omnes Prophetæ teſtati ſunt. Affirmat igitur hanc eſſe ueram & unicam rationem conſequẽdi ſalutem, remiſsionem peccatorum, iuſtitiam, & uitam æternam, ut homines in hunc Ieſum crucifixum & reſuſcitatum credant, & ſtatuant ſibi Deum propter hunc redemptorem eſſe propitium. Eſt igitur Concio generis didactici, quatenus docet Apoſtolus quis ſit Chriſtus, uidelicet uerus Meſsias promiſſus Iudæis, quæ eius beneficia, quod regnum, & quomodo beneficia eius conſequamur, uidelicet per fidem, ſine reſpectu perſonarum. Quatenus uerò hortatur ad amplectendum hunc mediatorem, & ſtatuant homines ſe recipi propter ipſum in gratiam à Deo, eſt generis deliberatiui, & finis eſt non ſolum cognitio, ſed etiam actio, ſeu aſſenſus.

EPISTOLA, *Acto.* 10.

STans Petrus in medio plebis, dixit: Viri fratres, ipſi noſtis, de quo ſermone fama diuulgatum fuit in tota Iudęa, rumore primũ orto à Galilęa poſt baptiſma quod prædicabat Ioannes, vt Ieſum Nazarenum vnxerit Deus

ſpiritu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſpiritu ſancto, & virtute, q ambulauit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo, quoniã Deus erat cũ illo. Et nos teſtes ſumus omnium, quæ fecit et in regione Iudęorum, et Hierosolymis, quem occiderunt ſuſpẽſum in ligno. Hunc Deus ſuſcitauit tertia die, & exhibuit eum, vt manifeſtus fieret non toti populo, ſed teſtibus prius ad hoc delectis à Deo, nimirũ nobis, qui comedimus et bibimus vnà cum illo, poſtq̃ reſurrexit à mortuis. Et præcepit nobis, vt prædicaremus populo, ac teſtificaremur, ꝙ ipſe ſit ille, qui conſtitutus erat à Deo iudex viuorum & mortuorum. Huic omnes Prophetę teſtimonium ferunt, quòd remiſsionem peccatorum accepturus ſit per nomen eius, quiſquis crediderit in eum.

EXPLICATIO TEXTVS.

Aperiens Petrus. *Habet hæc concio tres partes, Exordium, quo captat ſibi beneuolentiam Cornelij, et aliorum, aſſerens etiã gentes incircũciſas, non ſeruantes traditiões Moſi, ſi timent Deum, & operantur iuſtitiam, acceptas eſſe Deo, & pertinere ad regnũ Chriſti, de quo ipſi dubitabant, non ſolum Iudæos circũciſos, & ſeruantes legem*

Moſi,

Moſi. Secundo, narrationem, qua exponit perſonã Chriſti, res geſtas, & beneficia eius, doctrinam & regnum. Tertio, exhortationem ad amplectendum Chriſtum, & doctrinam eius, per quem ſalutẽ conſecuturi ſunt omnes quicunq; credunt, ſicut inquit: Huic teſtimonium ferunt omnes Prophetæ. Aperiens. Præfatiuncula, qua Euangeliſta ſignificat, Petrum non uulgaria aut ſimplicia, ſed admiranda & inexpectata gentibus magna cũ autoritate dixiſſe. Nã hoc uocat ſcriptura os aperire. Sicut & Chriſtus Matth. 5. dicitur aperuiſſe os ſuum, cum diſcipulis ueram beatitudinem traditurus eſſet. Reipſa comperior. Id eſt, intelligo ex uiſione animalium immundorum, oſtenſa Petro, quæ ſignificauit ipſi, Deum etiam gentes non circumciſas, immundas & idololatras recepturũ in gratiam per prædicationem Euangelij, quod omnibus gratiam et remiſsionem peccatorũ affert, ſine perſonarum reſpectu, gratis, fide, propter mediatorem filium Dei. Reipſa comperior. Captatio beneuolentiæ, ꝗ etiam gentes incircumciſæ acceptæ ſunt Deo, non ſolum Iudæi, ſi timent Deũ, & operantur iuſtitiam. Reſpectus perſonarum. Sic inquit et D. Paulus ad Romanos ca. 10. Non eſt diſtinctio uel Iudæi, uel Græci. Nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum. Item ad Galatas 3. cap. Non eſt Iudæus, neq; Græcus, nõ eſt ſeruus neq; liber, non eſt maſculus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

neq; fœmina, omnes enim uos unum eſtis in Chri- ſto Ieſu. Perſonarum. Perſonas uocat exter- nas ſpecies, ſeu diſcrimina inter homines, graduũ, conditionum, nationum, ætatum, & ſimilium, q; alius eſt Græcus, alius Iudæus, alius ſeruus, alius dominus, alius Scytha, alius Germanus, alius uir, alius fœmina, alius uirgo, alius cœlebs, alius in- fans, alius adultus. Iuxta has perſonas ſeu ſpecies incurrentes in oculos, Deus non iudicat, aliũ ſal- uans, alium reijciens, propter hæc diſcrimina, ſed tantum reſpicit & ſaluat eos, qui timent ipſum, et operantur iuſtitiam, id eſt, credunt in filium ipſi- us, & fidem bonis operibus, quæ fructus & teſti- monia ſunt fidei, declarant. In quauis gente. Siue circumciſa, ſiue non circumciſa, ſeruante le- gem Moſi, ſiue non ſeruante. Qui timent. Ti- mere Deum, eſt agnoſcere ſuam immunditiem, & expaueſcere agnitione peccati, deſperare de ſuis meritis, & confugere ad mediatorem, & petere condonationem peccati fide, quam agnitionem & fidem comitatur obedientia erga legem Dei. Ope- rari iuſtitiam, eſt ex fide præceptis Dei obſequi. Eſt autem duplex iuſtitia: fidei, quæ eſt gratuita imputatio iuſtitiæ, propter mediatorem: & iuſti- tia operum, ſeu legis, de qua hic loquitur Petrus. Hæc non eſt cauſa, ſed effectus iuſtitiæ fidei, & placet externa obedientia, non propter ſuã perfe- ctionem, ſed propter fidem, ſine qua Deo nihil pla

cet,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

cet, ſicut inquit Paulus: Quicquid non eſt ex fide, peccatum eſt. Item: Impoßibile eſt placere Deo ſine fide. Acceptus eſt. Id eſt, placet Deo eius obedientia propter fidem, recipitur in gratiam, donatur ſpiritu ſancto, iuſtitia, & uita æterna. Sermonem. Narratio, qua affirmat Ieſum Nazarenum, qui in Galilæa et Iudæa pacem annunciauit, benefecit populo, et ſanauit ægrotos, et obſeſſos à Diabolo liberauit, eſſe uerũ Meßiam promiſſum patribus, crucifixum à Iudæis, et reſuſcitatum à morte, & per hunc ſolum mediatorem, recõciliatorem, Deum hominibus eſſe placatum, et remittere eis peccata. Sunt autem quinq; præcipui loci narrationis. Primus, quo tempore Chriſtus inchoauerit ſuum miniſterium prædicandi et edendi miracula. Secundus eſt de miraculis, quibus ſe Meßiam ſeu filium Dei declarauit. Tertius de ingratitudine & malitia Iudæorum, à quibus eſt crucifixus. Quartus de teſtibus factorum & dictorum Chriſti, mortis, & reſurrectionis, qui ſunt ipſi Apoſtoli. Quintus de fructu ſeu utilitate mortis & reſurrectionis Chriſti. Sermonem. Sermonem ſeu uerbum uocat phraſi Hebraica, nõ ſolum conciones Chriſti, ſed totum negocium & rem Euangelicam, cuius ſummam hic breuiter complexus eſt Diuus Petrus, quód uidelicet Deus in plenitudine temporis, ut inquit D. Paulus ad Galatas 4. miſit filium ſuum unigenitum, Ieſum Chriſtum,

omnium Dominum, per quem annunciauit mundo pacem, eamq; triplicem. Primo reconciliationem humani generis cum Deo per mediatorem, remiſſis peccatis, de qua pace inquit D. Paulus ad Romanos 5. cap. Iuſtificati ex fide, pacem habemus cū Deo. Secundo, amicitiam ſeu coniunctionem gentium cum Iudæis, de qua Epheſ. 2. inquit Paulus: Ipſe (Chriſtus) eſt pax noſtra, qui fecit ex utriſq; unum. Tertio, pacem ciuilem, de qua Eſaiæ 11. Non leuabit gens contra gentem gladium. De quo ſermone Primus locus narrationis de tempore, quo Chriſtus miniſterium ſuum docendi & edendi miracula inchoauit. A Galilæa. In qua primū cœpit prædicare & edere miracula, Ioannis 2. Poſt baptiſma. Quod fuit ſignum pœnitentiæ & teſtimonium ſecuturi Meßiæ, cuius præcurſor Ioannes Baptiſta fuit. Igitur hoc coniecto in carcerem, Chriſtus ſtatim ſuum miniſterium inchoauit, Matth. 11. Vnxerit. Matth. 17. ubi ſpiritus ſanctus in ſpecie columbæ, deſcendit ſuper Chriſtum, & audita eſt hæc uox Dei patris de cœlo: HIC eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacitum eſt. Vnxerit. Id eſt, publicè declarauerit, hunc Ieſum Nazarenum eſſe promiſſum Meßiam, & filium Dei, quem Deus mundo pollicitus erat. Spiritu ſancto. De quo Eſai. 11. Requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ et intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis. Item Eſai.

ſa. 61. Spiritus Domini ſuper me, eo ꝙ unxerit me, ad annunciandum manſuetis miſit me, ut mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertionem, quam prophetiã Chriſtus de ſe dictam affirmat, Luc. 4. **Et virtute.** Virtutem intelligit potentiam diuinam Chriſti edendi miracula, de quibus Eſaias ſic inquit, cap. 35 Deus ipſe ueniet et ſaluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt: tunc ſaliet, ſicut ceruus, claudus, & aperta erit lingua mutorum. **Qui ambulauit.** Secundus locus de miraculis Chriſti, quibus ſe declarauit Meßiam, conditorem & inſtauratorem naturæ, & uictorem diaboli, ad cuius opera deſtruenda apparuit filius Dei, ut inquit Ioannes. **Deus erat cum illo.** Id eſt, adfuit Chriſto, & adiuuit eum, & exaudiuit & defendit in miniſterio docendi & edendi miracula. **Quem occiderunt.** Tertius locus de ingratitudine & impietate Iudæorum, ꝙ Chriſtum promiſſum Meßiam crucifixerunt, ſed Deus eum glorioſè à morte excitauit, ut iam ſit Dominus omnium, uictor peccati, mortis & inferni, cuius teſtes ſunt ipſi Apoſtoli, qui cum reſuſcitato ederunt & biberunt, Lucæ 24. & Ioan. 21. **Et præcepit.** Quartus locus de teſtimonio Apoſtolorum, & commiſſo ipſis miniſterio docendi & teſtificandi de Chriſto, reſuſcitato & conſtituto à Deo iudice uiuorum & mortuorum. Vt autem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Apoſtolorum teſtimonia illuſtriora eſſent, & certiora, conuerſatus eſt cum ipſis Chriſtus, & familiariter allocutus poſt reſurrectionem dies quadraginta, edens & bibens cum illis. Vt prædicaremus. Matthæi 28. ubi inquit: Euntes docete omnes gentes. Et Marci 16. Ite in uniuerſum mundum, & prædicate Euangelium omni creaturæ. Ac teſtificaremur. Actorum 1. ubi inquit: Eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & uſq; ad ultimum terræ. Huic omnes. Quintus locus de fructu mortis & reſurrectionis Chriſti, qui eſt remißio peccatorum, quã conſequuntur per nomen Chriſti, hoc eſt, merita eius, omnes qui in ipſum credunt, id quod omnes Prophetæ, adeoq; uniuerſa ſcriptura unanimiter comprobat. Obſeruanda igitur ſunt in hoc breui dicto quatuor. Primo, quod fuerit officium Prophetarum, uidelicet ut teſtarentur de futuro Meſſia, & eius beneficijs æternis, quæ ſunt, abolere peccatum, & reſtituere iuſtitiam, & uitam æternam. Secundo, quód ad omnes pertineant beneficia Chriſti. Tertio, fide ea eſſe apprehendenda, ſeu applicanda nobis. Quarto, non per noſtra opera, ſed per ſolius Chriſti merita, hoc eſt, mortem & reſurrectionem dari Eccleſiæ remißionem peccatorum, iuſtitiam, & uitam æternam. Omnes prophetæ. Vt Moſes, Eſaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel, adeoq; uniuerſa ſcriptura. Quiſquis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Eſt enim promiſsio Euangelij uniuerſalis. Vnde inquit Chriſtus, Matth 11. Venite ad me omnes etc. Crediderit, Id eſt, certo ſtatuerit ſibi placatum eſſe Deum, & reſtitutam iuſtitiam & uitam æternam, per hunc Dominum & Mediatorem Chriſtum. Requiritur igitur fides, qua tanquam manu apprehendimus Chriſtum & beneficia eius. Et impia ac diabolica eſt doctrina aduerſariorum de dubitatione, quia Deum mendacem facit, qui ideo tradidit promiſsiones, ut certó ſtatuamus ſe nos uelle recipere propter mediatorem. Per nomē eius, Id eſt, merita, paſsionem, mortem, & reſurrectionem, non per noſtra opera, aut obſeruationem legis Moſi. Eſt igitur remiſsio peccatorum gratuita, ut ſit certa promiſsio, Romanos 4. Sequitur autem in renatis nouitas uitæ ſeu obedientia, quia fides non eſt res ocioſa, ſed efficax per charitatem, ut Diuus Paulus inquit.

OBIECTIONES *tres.*

I. *An Petrus rectè fecit, quód gentium conſuetudinem fugerit.*

Deus præcepit Iſraelitis, ne haberent ſocietatem cum gentibus, Deuteronomij 5.

Ergo Petrus rectè fecit, ſeiungens ſe à Cornelio, & cæteris gentibus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

RESPONSIO.

Præceptum de uitandis gentibus non ſimpliciter prohibebat ſocietatem gentium, ſed monebat, ne Iſraelitæ earum idololatriam & mores imitarentur. Sic uetat ducere uxorem gentilis filiam, quia inquit: Seducet filium tuum, ne ſequatur me. Deinde mandatum de uitando gentium conſortio, ad tempus durauit, donec Chriſtus eſt exhibitus, qui etiam gentes uocauit ad cognitionem Euangelij, & ſocietatem Eccleſiæ, nam etiam gẽtium fuit redemptor, iuxta promiſsionem Gene. 22. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes.

II. *De iuſtitia operum.*

Petrus inquit: Qui timet Deum & operatur iuſtitiam, eſt acceptus ei:

Ergo iuſtitia operum, ſeu legis, eſt cauſa iuſtificationis, & propter opera placemus Deo, & non propter fidem.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt fallacia conſequentis. Nam timorem Dei, et bona opera præcedit fides tanquam cauſa, quia ſicut inquit Paulus: Impoßibile eſt placere Deo ſine fide. Item: Quicquid non eſt ex fide, peccatum eſt. Poſtquam igitur perſona accepta eſt Deo gratis fide propter mediatorem, placet etiam inchoata obedientia, ſicut

cut dicitur de Abel, Geneſ. 4. Reſpexit Dominus ad Abel, & munus ipſius. Sic etiam Cornelius habuit fidem in Chriſtum, conceptam ex eius concionibus ac fama, quia inquit Petrus: Sermonem de Ieſu Chriſto noſtis. Ideo fidem ſuam eleemoſynis, quas prædicat Angelus, teſtatus eſt. A Petro autem confirmatur eius fides, & plenius inſtituitur in doctrina Euangelij.

QVAESTIO.

Eſt ne certò ſtatuendum, nos eſſe in gratia Dei, & placere Deo propter mediatorem?

Reſpon. Etiam.

CONTRA.

Eſt temeritas ſeu præſumptio ſtatuere de voluntate Dei, & magna eſt in nobis infirmitas:

Ergo non debemus neque poſſumus, de gratia Dei certi eſſe. Quia temeritas ſeu præſumptio eſt peccatum, & noſtra indignitas reclamat, ne ſimus certi.

RESPONSIO.

Nego eſſe temeritatem ſeu præſumptionē, quia expreßè mandauit, ut credamus nos recipi. Sicut inquit ad Thomam: Beati qui crediderunt. Item:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Paulus Rom. 10. Qui crediderit, q̃ Deus Ieſum excitauit à morte, ſaluus erit. Deinde noſtra infirmitas non eſt cauſa ſufficiens noſtræ dubitationis, quia ideo tradidit Deus promißionem de gratia, ut ſtatueremus nos etiam indignos placere, et acceptos eſſe Deo propter mediatorem. Sicut inquit Paulus: Nulla eſt condemnatio his, qui inſiti ſunt Chriſto. Item, ipſe Chriſtus laborantes et infirmos ad ſe uocat, Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos.

EPISTOLA FERIA TERtia Paſchatis, de morte, ſepultura, & reſurrectione Chriſti, Actorum XIII.

Tetraſtichon.

Quem digito Baptiſta agnum monſtrauit Ieſum,
 Eſt Abrahæ ſemen, filius atq; Dei.
Mortuus hic ligno mundi pro crimine pendens,
 Iam mortis uictor, regnat ubiq; Deus.

Argumentum.

Eſt hæc Epiſtola pars concionis illius inſignis D. Pauli, quam habuit ad Iudæos in Synagoga Antiochiæ ciuitatis Piſidiæ, in qua Apoſtolus poſt lõgam narrationem de origine, ſeu electione Iſraelitarum, et beneficijs Dei erga ipſos, probat Ieſum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Nazarenum crucifixum à Iudæis Hieroſolymis, eſſe Meßiam natum ex ſemine Dauidis, iuxta promiſsionem ipſi datam, id quod primum confirmat teſtimonio Ioannis Baptiſtæ, qui cum Iudæi honorem ipſi Meßiæ deferrent, non agnouit cum honorem, ſed dixit, Ioan. 1. Quem me arbitramini eſſe (Meßiam) non ſum ego, ſed ecce uenit poſt me, cuius non ſum dignus calciamenta pedum ſoluere. Idem iam in hoc textū probat ex ipſius Chriſti reſurrectione à mortuis, cuius teſtes ſunt ipſius diſcipuli, & multi alij, qui cum ipſo multos dies poſt reſurrectionem familiariter conuerſati ſunt. Initio autem quaſi in exordio captans beneuolētiam, oſtendit, ad ipſos Iudæos propriè pertinere Chriſtum, et beneficia eius æterna, quia ex ipſorum genere, uidelicet ab Abraham ſit genitus, cui promiſſio facta eſt de Chriſto, Gene. 22. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Eſt igitur ſtatus totius concionis, ut credant Iudæi, hunc Ieſum Nazarenum crucifixum Hieroſolymis, & reſuſcitatum à morte, eſſe uerum Meßiam, & ab hoc ſolo expectent, & petant remiſsionem peccatorum, iuſtitiā, & uitam æternam, ſicut in Epilogo inquit: Notum igitur ſit uobis uiri fratres, q per hunc (Ieſum) crucifixum, & reſuſcitatum, uobis remißio peccatorum annunciatur ab omnibus, quibus non potuiſtis in lege Moſi iuſtificari, In hoc omnis qui credit, iuſtificatur.

EPI-

EPISTOLA, *Acto.13.*

SVrgens autem Paulus, & manu ſilentium indicens, ait: Viri fratres, filij generis Abrahæ, & qui inter vos timēt Deum, vobis ſermo ſalutis huius miſſus eſt: qui enim habitabant Hieroſolymis, & principes eorum, cum ignorarent illum, & voces Prophetarum, quæ per omne Sabbatum leguntur, cōdemnato eo, impleuerunt, nullaq; cauſa mortis inuēta, petierunt à Pilato, vt interficeret illum. Cumq; conſummaſſent omnia, quę de eo ſcripta erāt, depoſitum de ligno poſuerunt in monumēto. Deus aūt ſuſcitauit eum à mortuis, qui viſus eſt per dies multos his, qui ſimul aſcenderāt cum eo à Galilęa Hieroſolymam, qui ſunt teſtes eius apud plebem. Et nos vobis annunciamus, ꝙ eam repromiſsionem, quę ad patres facta eſt, Deus adimpleuerit filijs illorū, nimirum nobis, reſuſcitato Ieſu.

EXPLICATIO TEXTVS.

Viri fratres. *Apoſtrophe eſt ad Iudæos Antiochenſes, qua iterum hic in medio orationis, ſicut in eius initio beneuolentiam eorum captat, & attentos reddit, affirmans ad ipſos præcipuè perti-*

nere Meſſiam, & beneficia eius regni, quòd ſit Abrahæ, ipſorum patri promiſſus. Argumentatur igitur hoc modo: Promiſſio de Meſſia facta eſt Abrahæ patri ueſtro: Ergo promiſſio de Meſſia ad uos etiam filios pertinet. Ideo credite in Ieſum Nazarenum, quem nos affirmamus eſſe Meſſiam, genitum ex poſteritate Abrahæ, & Dauidis, iuxta promiſſionem. Viri. Argumentum à ſexu: Eſtis uiri, Ergo decet ut cognoſcatis doctrinam de Meſſia, & conſtantes ſitis in profeſſione. Fratres. A cognatione, ſumus fratres non ſolum iuxta carnem ab Abraham geniti, ſed etiam iuxta ſpiritum ſeu promiſſionem factam Abrahæ de Meſſia, in quo Deus nos filios adoptauit, & hæredes conſtituit uitæ æternæ. Igitur credite in exhibitum iam Meſſiam, quem nos annunciamus uobis, crucifixum, & reſuſcitatum à morte. Filij. A natalibus: Eſtis filij Abrahæ patriarchæ, cui promiſſus eſt Chriſtus, hic quia iam eſt exhibitus, quod Ioannes Baptiſta teſtatus eſt, amplectimini iam eum, & credite noſtro ſermoni, quo uobis beneficia Meſſiæ æterna offerimus, & annunciamus. Et qui inter vos. A profeſſione ſeu ſtudio religionis. Tribuitis uobis laudem ueræ religionis, & timoris Dei, Ergo credite in Ieſum, ſeu Meſſiam exhibitum uobis. Nam ſine hoc mediatore, nemo Deum uerè agnoſcit, timet, aut colit. Vobis. Præcipuè, quia Abrahæ et eius poſteritati facta eſt promiſſio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

miſsio de Meſsia naſcituro, ex ipſius Abrahæ genè
re. Sicut inquit Chriſtus: Salus ex Iudæis. Ideo om-
nium primum Euangelium de Chriſto, ipſis Iudæis
eſt prædicatũ per Apoſtolos, et ipſe Chriſtus, Matt.
15. inquit, ſe ad ſolas perditas oues Iſraelis miſſum
eſſe, ſed cũ Iudæi Chriſtum, et Apoſtolos contemne
rent, et reijcerent, abierunt Apoſtoli ad gentes, &
ipſis annunciauerunt Euangelium de Chriſto. Sic-
ut inquit Paulus Acto. 13. Vobis oportebat primũ
loqui uerbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, &
indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuerti
mur ad gentes, ſic enim præcepit nobis Dominus.
Sermo ſalutis. Sic appellat Euangeliũ, ab effe
ctu, quia eſt doctrina, qua offertur omnibus ſalus,
id eſt, remiſsio peccatorum, iuſtitia, et uita æterna,
gratis per fidem propter mediatorem filium Dei,
mortuũ, et reſuſcitatum. Vnde Rom. 1. uocat poten
tiam Dei, ad ſalutem omni credenti. & 2. Corin. 3.
miniſterium ſpiritus & iuſtitiæ. **Vobis.** Iudæis
habitantibus in exteris regionibus, cum Iudæi in
Hieroſolymis Chriſtum reiecerunt à ſe, & crucifi
xerunt. **Qui enim.** Aetiologia, cur hæc ſalus
exteris Iudæis, non habitantibus Hieroſolymis,
qui tamen præcipua pars populi erant, annuncie-
tur, quia, inquit, incolæ, & principes Hieroſolymi
tani, miſſum ad ipſos Meſsiam reiecerũt, ideo uo-
bis peregrinis & exulibus annunciatur hæc ſalus.
Habitabant. Circumſtantiæ ſunt perſonarum

& lo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

& loci, à quibus crucifixus ſit Meſsias, à proprio populo, et præſtantiſsima eius parte, à principibus & pontificibus Hieroſolymitanis, qui cauſæ efficientes fuerunt mortis Chriſti, item diabolus incitās Iudæos, & accendens in eis odium Chriſti, & doctrinæ eius. Cum ignorarent, Cauſa impulſiua in ipſis Iudæis perſequendi Chriſtum, et occidendi, ignorantia & cæcitas, quæ uoluntaria & affectata fuit, ſeu, ut uocant, ignorantia iuris, non facti, quæ non excuſat. Illum. Meſsiam, perſonam eius, beneficia eius æterna, et modum redimendi humanum genus per mortem ſuam, et reſurrectionē, ab æternis malis, id eſt, à peccato, morte æterna, et regno diaboli. Voces. Id eſt, Vaticinia ſeu prædictiões de Meſsia, quæ paſsim in omnibus Prophetis leguntur, ut Eſaiæ 53 Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt. Item Danielis 9. Poſt hebdomadas ſeptuaginta duas occidetur Chriſtus. Leguntur. Sine uero intellectu, ſpiritu, et fide. Erat autem huius ignorantiæ præcipua cauſa, in Iudæis falſa perſuaſio de regno Meſsiæ mundano, in quo habituri eſſent pacem, et reliqua beneficia corporalia. Impleuerunt. Ignorantes ſe ipſum Meſsiam condēnare et occidere, quem non arbitrabantur eſſe hūc Ieſum Nazarenum, hominem abiectum et contemptum, cum mundanum regem expectarent. Nullaq́ causa. Quia, ut inquit Eſaias, non eſt inuentus dolus in ore eius. Et ipſe inquit Ioannis 8.

Quis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Quis ueſtrum arguet me de peccato? Cumq́ꝫ. *Hæc de ſepultura ideo addit, ut probet uerè mortuum fuiſſe Chriſtum, cum ſit in monumento poſitus, & morte ſua uerè λύτρον perſoluiſſe pro nobis.* Deus autē. *De reſurrectione Ieſu Chriſti, qua ſecundo probat eum eſſe Meßiam, ſeu promiſſum ſeruatorem Iſraelis, hoc modo: Meßiam interfectum Deus ſuſcitare debebat à morte, ſicut inquit Pſal. 15. Non dabis ſanctum tuum uidere corruptionem. Deus Ieſum Nazarenum crucifixum à morte ſuſcitauit. Ergo Ieſus Nazarenus eſt promiſſus Meßias. Minorem probat teſtimonio Apoſtolorum et aliorū, qui Chriſtum reſuſcitatū uiderunt multos dies: ſic & ad Rom. 1. ex reſurrectione ꝓbat Chriſtum eſſe Meßiam, ſeu filium Dei, cū inquit: Qui (Chriſtus) natus ex ſemine Dauid, iuxta carnem, declaratus fuit filius Dei cum potentia ſecundum ſpiritum ſanctificationis, ex eo, ꝙ reſurrexit à mortuis.* Deus. *Vel ipſe Deus pater, uel diuina natura in Chriſto, unita inſeparabiliter humanæ naturæ. Tribuunt autē Apoſtoli reſurrectionē Chriſti Deo patri, ſicut & ipſe Chriſtus omnē honorē adſcribit patri, utpote ſuperiori in cōmiſſo miniſterio: alioqui ipſe Chriſtus, utpote Deus, propria potētia ac uirtute reſurrexit, ſicut ipſe teſtatur, cum inquit ad Iudæos: Deſtruite templum hoc, & ego in triduo reædificabo. Illud loquitur enim de ſua morte, et reſurrectiōe.* Per dies

multos.

multos. *Comprobatio reſurrectionis Chriſti, à teſtimonio Apoſtolorum et aliorum, quibus ſe Chriſtus rediuiuum oſtendit, & 40 integros dies cum ipſis eſt conuerſatus, & collocutus familiariter.*

Et nos. *A teſtimonio, ſeu miniſterio annunciandi ipſis reſurrectionem Chriſti, & alia eius beneficia, quo non ſolum affirmat Chriſtum reſurrexiſſe à morte, ſed etiam pertinere eius fructum ad ipſos, quia Deus promiſsionem factam patribus Abraham, Iſaac, & Iacob præſtitit, mittens Meſsiã promiſſum, & mortuum eum reſuſcitauit, ut per ipſum donetur Abrahæ, & poſteritati eius indulgentia peccatorum, iuſtitia, & hæreditas uitæ æternæ, ſicut inquit Roma. 4. Quia Deus ſuſcitauit Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum à mortuis, qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtri.*

OBIECTIONES *quatuor.*

I. *De uocatione gentium.*

Paulus inquit: Sermonem ſalutis de Meſsia, ad Iudæos ſeu ſemen Abrahæ miſſum eſſe:

Ergo gentes non ſunt participes beneficiorum Meſsiæ, nec verbum ſalutis ſeu Euangelium de Chriſto eſt ijs annunciandum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia Paulus non negat hic Meßiam gentibus etiam eſſe miſſum, ſed affirmat præcipuè eſſe miſſum Iudæis, quibus fuit promiſſus. Vnde & Chriſtus Matth. 15. inquit, ſe tantum miſſum ad perditas oues domus Iſraeliticæ, uidelicet, quantum ad ſuum miniſterium attinebat, & uetuit Apoſtolis, ne in uias gentium abirent, quos tamen poſtea iußit ire in uniuerſum mundum, & prædicare Euangelium inter omnes gentes. Et Paulus Actorum 13. inquit ad Iudæos Quia uos reijcitis uerbum ſalutis, ecce conuertimur ad gentes.

II. *De eadem.*

Abrahæ & ſemini eius promiſſus fuit Chriſtus, Gene. 22.
Gentes non ſunt ſemen Abrahæ:
Ergo gentibus non eſt promiſſus Meſſias.

Reſpondeo ad maiorem per diſtinctionem: Promiſſus fuit Abrahæ, et poſteritati eius, quantũ ad carnem, nam ex genere eius naſci debebat, ſed quantum ad ſpiritualem benedictionem, etiam gentibus fuit promiſſus. Sic inquit Deus ad Abraham: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Sunt igitur duplices filij Abrahæ: Carnales, ad quos, niſi credant in promiſſum liberatorem, non pertinet ſpiritualis benedictio: Et ſpirituales, qui in pro-

miſſum Meßiam credunt, ſiue ex Iudæis, ſiue ex gentibus. Nego igitur minorem, quia etiam gẽtes, quæ in promißionem de Chriſto, factam Abrahæ, credunt, ſunt Abrahæ ſemen. Sicut inquit Paulus de gentibus Galat. 1 Si uos eſtis Chriſti, Ergo ſemẽ Abrahæ eſtis, ſecundum promißionem hæredes. Item cap. 4. Nos gentes ſecundum Iſaac promißionis ſumus filij.

III. De ignorantia Iudæorum.

Ignorantia excuſat.
Iudei ignorantes crucifixerunt Chriſtum:
Ergo Iudæi ſunt excuſati.

Reſpondeo ad maiorem per diſtinctionem: Ignorantia eſt duplex Iuris, & Facti, quarum illa non excuſat, cum quis ea ignorat, quæ debet ac poteſt ſcire. Talis fuit ignorantia Iudæorũ, affectata ſcilicet et uoluntaria, inter tot diuina miracula Chriſti, quæ teſtabantur, ipſum eſſe Meßiam, & habere diuinam potentiam. Cauſa autem ignorantiæ fuit primum odium aduerſus Chriſtum, reprehendentem ac damnantem eorum impietatem. Deinde impia perſuaſio de iuſtitia, quam ex lege quæſierunt, ſicut teſtatur Paulus ad Rom. 10. Et fuit hoc uelamen ante faciem Moſi, de quo 2. ad Corinthios 4. Tertio falſa opinio de regno Meßiæ corporali, ſeu mundano imperio, de quo uaticinia Prophe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

tarum intellexerunt, non de regno ſpirituali, et æternis beneficijs Meßiæ.

IIII. *De diuinitate Chriſti.*

Deus excitauit Chriſtum à mortuis: Ergo Chriſtus non fuit Deus.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia multa dicta ſcripturæ clarè teſtantur, Chriſtum eſſe natura Deum ſeu filium Dei, ut Ioan. 1. Verbum erat Deus. Item: Vidimus gloriam eius tanquam unigeniti à patre. & ad Coloſſen. 2. In quo Chriſto habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et Chriſtus Luc. 18. ſignificat ſe propria potentia reſurrecturum eſſe à morte, cum inquit: Poſtquam flagellauerint gentes filium hominis, occident eum, & tertia die reſurget. Cum igitur ſcribunt Apoſtoli, quód Deus excitauerit Chriſtum à mortuis, uel intelligunt diuinam naturam in Chriſto, uel hunc etiam honorem tribuunt Deo patri, ſicut ipſe Chriſtus opera ſua patri tribuit, ut ipſe pater glorificetur, Ioannis 14. Pater qui in me eſt, ipſe facit opera.

DOMINICA QVASIMO dogeniti, Epiſtola S. Ioannis Apoſtoli, de fide in Chriſtum, ſeu filium Dei, & de dilectione Dei & proximi.

I. Ioan. V.

Tetraſtichon.

Sola fides mundum uincit, uictoria noſtra,
Et fratri præſtat ſedula amoris opus.
Eſt hæc in Chriſti meritis fiducia certa,
Aeterni natos quæ facit eſſe Dei.

Summa totius Epiſtolæ Ioannis.

Tria præcipuè agit in ſumma Apoſtolus in utraq; Epiſtola. Primo tradit ueram notitiam Dei, et fidem in Chriſtum Ieſum, quem affirmat uerè eſſe Meßiam, & filium Dei, promiſſum redemptorē humani generis, & unicum mediatorem inter Deum & hominem, per quem & propter quem ſolum Deus placatus eſt humano generi. Deinde hortatur ad dilectionem Dei & proximi, quæ fidem in filium Dei tanquam certißimum eius ſignum, & fructus comitatur. Tertio concionatur de Antichriſto, et pſeudoapoſtolis, & commonet ut ſpiritus probemus, an ex Deo ſint, & ut doctrinam de Deo, et fidem in Ieſum Chriſtum, ſeu filium Dei incorruptam conſeruemus. Eſt autem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

hæc doctrina & fides uera, quód Ieſus Chriſtus filius Dei humanam naturam aſſumpſit, mortuus, et reſuſcitatus eſt, & propter ipſum ſolum donatur credentibus ſpiritus ſanctus, remißio peccatorum, iuſtitia, & uita æterna.

Argumentum huius textus.

In hoc autem textu præcipuè agit tria. Primum hortatur ad mutuam dilectionem proximi, & obedientiam mandatorum Dei, quæ obedientia & dilectio oriuntur ex notitia Dei, & dilectione ipſius erga nos, tanquam fructus ſeu effectus. Deinde commendat efficaciam, ſeu præſtantiam fidei in Chriſtum ſeu filium Dei, quód hac ſola, mundum, hoc eſt, Diabolum, tyrannos, perſecutiones, & omnia mala ſuperamus. Tertio commemorat quibus teſtimonijs Chriſtus confirmauerit ſe eſſe filium Dei, & promiſſum Meßiam, qui in aſſumpta humana natura factus ſit uictima pro peccatis hominum, & inſtituerit miniſterium Euangelij & Sacramentorum, in quo beneficia ſua æterna annunciatur humano generi. Huic concioni de filio Dei qui credit, ſaluatur, ſicut inquit: Qui habet filium Dei, habet uitam: Qui non habet filium Dei, uitam non habet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

EPISTOLA, 1.Ioan.5.

OMnis,qui credit Ieſum eſſe Chri-
ſtum,ex Deo natus eſt. Et omnis
qui diligit eum qui genuit,diligit eum
qui natus eſt ex eo. In hoc cognoſci-
mus quod diligamus filios Dei,cũ De
um diligimus, & præcepta eius ſerua-
mus. Hęc eſt enim charitas Dei,ut prę
cepta eius ſeruemus, & præcepta eius
grauia non ſunt. Quoniã omne quod
natũ eſt ex Deo,uincit mundũ, & hæc
eſt uictoria quæ uicit mundũ, fides no
ſtra. Quis eſt qui uincit mundum,niſi
qui credit, quòd Ieſus eſt filius Dei?
Hic eſt qui uenit per aquã et ſangui-
nẽ,Ieſus Chriſtus,non per aquã ſolũ,
ſed per aquam & ſanguinem. Et ſpiri-
tus eſt ,qui teſtificatur,quoniam ſpiri-
tus eſt ueritas. Quoniam tres ſunt qui
teſtimonium dant in cœlo, Pater,Ser-
mo, & Spiritus ſanctus,& hi tres unũ
ſunt. Et tres ſunt qui teſtimoniũ dant
in terra: Spiritus,& aqua, & ſanguis,
& hi tres unum ſunt. Si teſtimoniũ ho
minum accipimus,teſtimoniũ Dei ma
ius eſt, quoniam hoc eſt teſtimonium
Dei, quo teſtificatus eſt de filio ſuo.

Qui credit in filium Dei, habet vitam in ſe ipſo. Qui non credit Deo, mendacem fecit eum, quia non credidit in teſtimonium, quod teſtificatus eſt Deus de filio ſuo.

EXPLICATIO TEXTVS.

Omnis qui. *Commendatio fidei ab effectu, quód filios Dei efficiat, id eſt, hæredes uitæ æternæ, & omnium bonorum Dei. De hac ſpirituali regeneratione, quæ fit fide, inquit etiam cap. 1. Euangelij: Quotquot receperunt eum (filiū Dei) dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his uidelicet, qui credunt in nomine ipſius.* Omnis. *Obſeruanda eſt diligenter hoc loco, & alibi uniuerſalis particula Omnis, quæ teſtatur Deum recipere omnes, et adoptare filios ſine diſcrimine perſonarū, quotquot credunt in filium mediatorem. Hæc ſumma eſt conſolatio contra tentationem, de prædeſtinatione, particularitate, & indignitate noſtra.* Credit. *Id eſt, certó perſuaſum habet, & conſolatur, et ſuſtentat ſe hac fide in tentationibus, quód filius Dei tua etiam cauſa humanam naturam induerit, mortuus ſit propter delicta tua, & reſuſcitatus propter tuam iuſtificationem. Nam hæc uera eſt fides, cum hoc modo unuſquiſq; ſibi applicat beneficia filij Dei, exemplo Pauli, qui inquit ad Galatas 2. Viuo in fide filij Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.* Ieſum. *Illum Nazarenum cruci-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

crucifixum,& reſuſcitatum à morte, filium Ma‑
riæ uirginis. Eſſe Chriſtum. Id eſt, Meßiam
ſeu promiſſum illum Dominum & ſeruatorem hu
mani generis, qui caput ſerpentis contereret, hoc
eſt, deuaſtaret regnum Diaboli, peccati & mor‑
tis, & redderet humano generi iuſtitiam, & ui‑
tam æternam. Ex Deo natus eſt. Effectus fi‑
dei, id eſt, efficitur filius Dei, & hæres uitæ æter‑
næ: per hanc ſuam fidem habet placatum Deum,
eſt uictor peccati et mortis, quibus antea fuit ſub‑
iectus filius iræ & damnationis. Et omnis. Ad‑
hortatio ad dilectionem proximi, quam ubiq; Apo
ſtolus inculcat tanquam fructum fidei, & dilectio
nis Dei erga nos. Et argumentatur ab adiacenti‑
bus, id eſt, à ϛοϛγῆ, hoc eſt, naturali inclinatione,
ſeu amore mutuo inter fratres ſeu filios eiuſdem
parentis, hoc modo:

Qui diligit Deum patrem, à quo ipſe genitus, di‑
ligit etiam alios, qui ex eodē patre, id eſt, Deo
nati ſunt.

Omnis credens Ieſum eſſe Chriſtum, diligit Deum
tanquam ſuum Patrem:

Ergo diligit etiam eos, qui ex Deo geniti ſunt.

Et omnis. Sic inquit & cap. 4. Si Deus nos di‑
lexit, & nos debemus nos alterutrum diligere. Itē:
Hoc mādatum habemus à Deo, ut qui diligit eum,
diligat et fratrem ſuum. Nam ſolet hoc modo Apo
ſtolus dilectionem Dei & proximi, tanq̄ cauſam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

& effectum coniungere. **In hoc cognoſcimus.** Monet hæc ſententia de cauſa noſtræ dilectionis erga proximum, quæ eſt dilectio Dei. **In hoc.** Id eſt, ex hoc, uidelicet, quia nati ex eodem patre fratres, naturali στοργῇ inuicem ſe diligũt. Colligit igitur dilectionem proximi per gradationem, hoc modo, à cauſa ad effectus:

Qui credit Ieſum eſſe Chriſtum, ex Deo natus eſt, id eſt, eſt filius Dei, Ioan. 1. Qui ex Deo natus eſt, diligit eiuſdem patris filios, id eſt, fratres ſuos.

Qui diligit fratres, ſeruat præcepta Dei. Addatur & concluſio, quæ oſtendit fidem cauſam eſſe impletionis legis, ſeu dilectionis.

Ergo credens Ieſum eſſe Chriſtum, ſeruat præcepta Dei.

Cognoſcimus. Id eſt, dilectio Dei, qua ſtudemus ex animo obtemperare Deo, impellit & mouet nos, ut diligamus fratres noſtros, qui & ipſi ſunt filij Dei, & cohæredes nobiſcum uitæ æternæ. Eſt igitur ordo & ſententia: Quia diligimus Deũ, & ſeruamus eius præcepta, diligimus etiam proximũ, idq; cognoſcimus et experimur ex motu ſpiritus ſancti, qui impellit et excitat in nobis amorẽ proximi, quẽ ante uel odimus, uel neglexim<s>us</s>. Poteſt et hæc eſſe ſententia poſterioris mẽbri, cum diligimus Deum, & etiã præcepta eius ſeruamus, et ſic rectè accõmodatur ſequẽs ætiologia, de cau

ſa obedientiæ, uidelicet de charitate Dei, cum inquit: Hæc enim eſt charitas Dei, ut præcepta eius ſeruemus, id eſt, charitas Dei impellit nos, ut obedientiã, quam debemus Deo, libenter et ſponte præſtemus. Et pręcepta eius grauia nõ ſunt. Occurrit obiectioni de difficultate ſeu impoßibilitate ſeruandi præcepta Dei, quæ facilia reddit dilectio, ſicut inquit Bernhardus: Vbi amor, ibi labor non eſt. Duobus autẽ modis poßibilis eſt lex, eamq; implemus imputatiuè, cum id quod nõ fit, ut inquit Auguſti. non imputatur nobis propter fidẽ in Chriſtũ. Secundo effectiuè, cũ adiuuante ſpiritu ſancto, inchoamus nouam obediẽtiam, quæ etiamſi à perfectione legis abeſt, tamen reputatur hæc inchoatio obedientiæ, eſſe impletio legis perfecta, propter fidem in mediatorem, iuxta illud Pauli: Nulla eſt condemnatio his, qui inſiti ſunt Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant, ſed ſecundum ſpiritum, hoc eſt, qui per ſpiritum ſanctum reluctantur carni, eamq; mortificãt. Quoniam omne quod. Aetiologia facilitatis, à præſentia et auxilio Dei, qui adiuuat nos per ſpiritum ſanctum, ut poßimus obedire Deo, præſtare conſtantiam in profeßione Euangelij, contemnere tyrannos, et cruciatus, et pericula, quæ omnia appellatione mundi intelligit. Eſt igitur hic ſecundus effectus fidei, uictoria in perſecutionibus, quas pij patienter tolerant, et eluctantur tandẽ fiducia & inuoca-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

inuocatione filij Dei, qui robur eis addit ſicut in-quit: Confidite, quia ego uici mundū. Quod na-tum eſt. Id eſt, qui credit Ieſum eſſe Chriſtum, hoc eſt, promiſſum Meſsiam, ſicut ſupra dixit, id eſt, qui filius eſt Dei, regeneratus per fidem, habet Deum opitulatorem, & defenſorem uitæ. Vin-cit. Primum mortificat carnales concupiſcētias, deinde contemnit tyrannorum minas, ſicut marty res, Laurentius & ſimiles. Tertio liberatur à pec cato & morte, et regno ſeu tyrannide diaboli Et hæc eſt uictoria noſtra. Expoſitio, quā fidē nominat, & tribuit ei uictoriam, liberationem, & & conſtantiam in perſecutionibus, quia intuetur promiſsiones Dei de auxilio, de liberatione, et fu-tura uita. Ideo patiēter fert perſecutiones, petit et expectat auxilium Dei, non deficit propter crucē, unde inquit D. Iacobus ca. 1. Cum in tentationes ua rias incideritis, ſcitote q̃ probatio fidei ueſtræ pa tientiam operatur. Exempla huius uictoriæ multa recenſet Paulus ad Hebræos, inquiens: Sancti per fidem uicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, ade-pti ſunt repromiſsionem, obturauerūt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gla dij, conualuerunt de infirmitate &c. Quis eſt. Repetit præcedens dictum de fide ſuperante mun-dum, per interrogationem, & ipſe ſibi quaſi ſubie ctione reſpondet, declarans, quæ ſit illa fides uin-cens mundum, uidelicet qui credit Ieſum nō ſolum

eſſe Chriſtum, ſeu Meßiam, natum hominem ex ſemine Dauid, ſed etiam filium Dei, qui diuina ſua potentia ſuſtulit peccatum, deleuit mortem, & regnum Satanæ deuaſtauit. Hic eſt. Addit teſtimonia aduentus Chriſti, ſeu filij Dei in carnem, & recenſet primum teſtimonia humanæ naturæ, deinde diuinæ. Qui venit. In mũdum, hoc eſt, induit humanam naturam, & teſtatus eſt, ſe uerè aſſumpſiſſe humanam naturam. Ieſus Chriſtus. Promiſſus Meßias, liberator humani generis, qui uerus homo & uerus Deus eſt. Per aquam. Alij intelligunt aquam et ſanguinem, quæ ex latere Chriſti aperto lancea, fluxerunt, ut teſtatur paßionis hiſtoria, ꝙ hæc ſigna fuerunt naturæ humanæ in Chriſto. Alij per aquam intelligunt Baptiſmum, de quo Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua et ſpiritu. Item Ephe. 5. Mundauit Eccleſiã lauacro aquæ in uerbo uitæ. Sanguinem uero intelligũt eum, qui in cœna Domini offertur ac bibitur, in ſignum, ꝙ ſanguine Chriſti abluti ſumus à peccatis, ut inquit Ioannes. Non per aquam ſolum. Videlicet baptiſmi, quæ non eſſet efficax ſine ſanguinis effuſione, nec ipſa ſola operari ſalutẽ poſſet, quia peccatum ſine precio ſeu λύτρῳ non remittitur, quod precium fuit ipſa mors Chriſti, et ſangnis eius effuſus in paßione. Et ſpiritus. Spiritũ intelligunt hic quidam. Chriſti animam, cuius commendatione in manus patris, ſe eſſe uerè hominem oſtendit,

cum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

cum diceret: Pater, in tuas manus commendo ſpiritum meũ. Alij uero ſpiritum ſanctũ, qui ſua interna ſuggeſtione ſeu teſtimonio certos nos reddit, Chriſtum eſſe filium dei, et præſens atq; efficax eſt in ſacramento baptiſmi. Itẽ apparuit in baptiſmo Chriſti ſpecie columbæ, teſtificans hac ſua præſentia, Chriſtum uerè eſſe filiũ Dei, et promiſſum ſeruatorem humani generis. **Eſt veritas.** Id eſt, eſt uerus, ſeu uerum eius teſtimonium. Vetus lectio habet: Quoniam Chriſtus eſt ueritas. **Quoniam tres ſunt.** Aetiologia, qua primum recenſet teſtes diuinos præſentiæ Meßiæ, ipſas perſonas tres diuinitatis, Deum patrem, Verbum et filiũ Dei, & Spiritũ ſanctum, qui unanimi conſenſu teſtati ſunt Chriſtum eſſe Meßiam et filium Dei, primũ in baptiſmo Chriſti, Matth. 3. & 7. Deinde ſæpe alias. Diuerſam lectionem huius loci, uide apud Eraſmũ in annotationib. Variat et Germanica translatio. **Tres ſunt.** Perſonæ diuinitatis. **Dant teſtimonium.** Id eſt, teſtantur Ieſum eſſe Chriſtum, ſeu Meßiam & filium Dei. **Pater.** Cuius uox Matth. 3. & 7. auditur de cœlo: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacitum eſt, ipſum audite. **Sermo.** Id eſt, ipſe Chriſtus, qui & concionibus ſuis, & editis admirandis & diuinis operibus teſtatus eſt, ſe eſſe Meßiam ac filium Dei. Sicut inquit Ioan. 3. Ego ſum lux mundi. Item: Si mihi non creditis, credite operibus, quæ facio. **Spi-**

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ritus ſanctus. *In baptiſmo Chriſti apparens in ſpecie columbæ, Matth. 3. Item in ſpecie linguarum ignitaram in die Pentecoſtes, Actor. 2. Et Chriſtus de eo inquit: Spiritus ſanctus de me teſtabitur, & ſuggeret uobis omnia, quæ dixi.* Vnũ ſunt. *Primum ſubſtantia, quia ὁμοούσιοι. Secundo uoluntate et teſtimonio, quia unanimiter teſtantur Ieſum eſſe Meßiam, filium Dei, promiſſum Dominum & ſeruatorem humani generis.* Et tres ſunt qui. *De teſtibus terrenis exhibiti Meßiæ, quód non ſolum ſit uerus Deus, ſed etiam uerus homo, id quod teſtatur ſpiritus, quem expiraturus in patris manum commendauit. Item aqua & ſanguis, quæ ex latere eius profluxerunt.* Dant teſtimonium. *Chriſtum eſſe Meßiam, uerum hominem & uerum Deum.* In terra *Primum tempore paßionis, cum conuerſus eſt Centurio ad agnitionem Chriſti, inquiens Luc. 23. Verè hic homo iuſtus erat. Ac deinde omnibus temporibus confirmat mentes de exhibito Meßia, & æternis eius bonis, aqua baptiſmi, qui ſanguine Chriſti eſt ſalutaris & efficax in abluendis peccatis.* Vnum ſunt. *Id eſt, unum idemq́; teſtantur, uidelicet Ieſum eſſe Meßiam, uerum hominem, et uerum Deum. Germanica translatio babet: coniuncta ſunt, uel ſimul ſunt,* Sie ſind bei einander / *uidelicet teſtimonio ſeu efficacia.* Si teſtimonium hominum. *Collatio teſtimonij diuini & humani,*

ni, qua hortatur ad aſſentiendum diuinis teſtimonijs de Chriſto à minore ad maius, hoc modo: Si hominibus credimus, qui mendaces ſunt, quanto magis credendum eſt Deo, qui mentiri non poteſt. Quoniam. Expoſitio diuini teſtimonij de Chriſto, ꝙ ſit Meſsias filius Dei ſeu λόγος, à patre ab æterno genitus. Quo teſtificatus eſt. In Baptiſmo, Matth. 3. et in monte Thabor, Matt. 15. inquiens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacitum eſt, ipſum audite. Qui credit. Effectus fidei, certificatio nos eſſe filios Dei adoptiuos per hunc naturalem filium Dei, et ſpiritus ſanctus efficax eſt per hanc fidem, conſolans nos, confirmans, & retinens ne ab hac fide deficiamus. Habet teſtimoniũ in ſe ipſo. Id eſt, certus eſt per hanc fidem, ſe eſſe filiũ Dei, et hæredem uitæ æternæ. Sicut inquit: Qui habet filiũ, id eſt, credit in eum, habet uitam. Qui non credit. Antitheſis de incredulitate, quæ ſola damnatiõis cauſa eſt, quia nulla eſt condonatio peccatorum, iuſtitia, et uita æterna extra Chriſtum, quem ſola fides apprehendit, incredulitas uerò reijcit. Eſt igitur certo ſtatuendum, nos habere uitam æternã, reconciliatos eſſe Deo, exaudiri et iuuari à Deo propter filiũ: et impia eſt aduerſariorum doctrina de dubitatione, quæ Deum, ut hic inquit Ioannes, mẽdacij arguit. Fides autem tribuit ei ueritatem in promiſſionibus. Eſt enim fides certa fiducia miſericordiæ

Dei

Dei promiſſæ propter mediatorem. Et hoc eſt. Summa eſt Euangelij, ꝙ per fidem propter filium Dei, non propter merita noſtra donatur nobis iuſtitia, & uita æterna, quia ſolus Chriſtus eſt reconciliator & mediator inter Deum et humanum genus. Ideo Turcæ et Iudæi blaſphemantes Chriſtum, & quæcunq; aliæ gentes hunc mediatorem reijciunt, non habent uitam æternam, non uerè agnoſcunt Deum, non inuocant, non colunt uerè Deū. Quia ſicut hic inquit Apoſtolus, uita eſt in filio. Ergo qui habet filium, habet uitam æternam: qui non habet filium, non habet uitã. Item Baptiſta, Ioan. 3. Qui credit in filium, habet uitam æternam: qui incredulus eſt filio, non uidebit uitam, ſed ira Dei manet ſuper eum.

OBIECTIONES tres.

I. De uictoria fidei.

Abel, Eſaias, Ioannes Baptiſta, Laurentius nati fuerunt ex Deo.

Abel, Eſaias, Ioannes Baptiſta, Laurentius victi ſunt à mūdo, quia ſunt interfecti:

Ergo quidam nati ex Deo, non vincunt mundum.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt figura dictionis ſeu amphibologiæ. Nam uincere mundū, uocat Apoſtolus contemnere cruciatus tyrannorum, &

conſtantem manere in confeßione, nec deficere à ueritate propter crucem, quam conſtantiam comitatur tandem uictoria, hoc eſt, glorioſa liberatio, lætitia, & uita æterna, quæ poſt hanc uitam conſpicietur, cum Tyranni abijcientur in perpetuos cruciatus.

II. *De poßibilitate legis.*

Inquit Ioannes: Præcepta Dei grauia non ſunt:

Ergo legem noſtris viribus implere poſſumus.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam: Quia plus ſeu aliud eſt in cōſequente, quàm in antecedente. Nam loquitur Apoſtolus de interiore homine, quatenus uoluntas renouata eſt, & adiuuatur à ſpiritu ſancto. Huic poßibilis ſeu facilis eſt lex, quantum ad ipſum implendi legem deſiderium attinet. Sicut inquit de ſe Paulus Rom. 7. Condelector legi Dei ſecundum interiorem hominem. Non loquitur de humanis uiribus, ſine auxilio ſeu gratia ſpiritus ſancti, quibus impoßibilis eſt lex, iuxta hoc Pauli, 1. Corinth. 2. Animalis homo non intelligit ea, quæ ſunt Dei. Et ad Roma. 8. Sapientia carnis legi ſubijci non poteſt. Eſt igitur poßibilis lex per gratiam ſpiritus ſancti, qui nouam lucem accendit in mente, ac renouat & impellit uoluntatem, ut ex animo obtemperet Deo, etiamſi nō per omnia ſatisfiat legi, quæ

integram

integram obedientiam requirit omnium uirium humanarum interiorum & exteriorum.

III.

Paulus credens in Chriſtum, nondum habet vitam, quia interficitur à Nerone tyranno:

Ergo hoc dictum Ioannis, Qui credit in filium Dei, habet vitam, non eſt verum.

Reſpondeo per diſtinctionem. Loquitur primũ Ioannes de lætitia & conſolatione interiore, qua mens lætatur et acquieſcit in Deo, expectãs certo promiſſam uitam æternam, etiamſi adhuc cruci ſit ſubiecta Eccleſia. Deinde credentes habent uitam æternam, quia liberati ſunt à peccato et morte per Chriſtum, quæ liberatio reuelabitur in altera uita ſicut inquit Paulus Coloſſ. 3. Vita noſtra eſt abſcondita cum Chriſto in Deo, cum autẽ Chriſtus apparuerit, uita noſtra, tunc & nos apparebimus cum ipſo in gloria. De hac futura uita loquitur etiam Chriſtus Ioan. 5. Amen amen dico uobis, qui uerbũ meum audit, et credit ei, qui miſit me, habet uitam æternam, et in iudicium non uenit, ſed tranſiuit à morte ad uitã. Dicitur autem uitam eſſe in filio dupliciter. Primo, quia ipſe largitur uitam omnibus creaturis. Deinde quia ipſe meruit et reſtituit nobis uitam ſua morte, et propter ipſum nobis donatur gratis. Vnde Paulus donũ Dei uocat, Rom. 6.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

DOMINICA MISERI-cordias Domini, Epiſtola S. Petri, de præſtanda obedientia, ſeu patientia in afflictionibus, exemplo Chriſti. I. Petri II.

Tetraſtichon.

Cum maledicta tulit Chriſtus, mortemq; cruentã,
Innocuus miti non dedit ore ſonos.
Quiſq; ſilens animo toleret ſic omnia dura,
Quæ iubet in mundo multa ferenda Deus.

Argumentum.

Eſt hæc Epiſtola exhortatio efficaciſsima generis ſuaſorij, ad ferendam patiẽter crucem ſeu afflictiones, quibus premitur Eccleſia, & ſingula eius membra, propter Euangelij confeſsionem, ſumpta ab exemplo Chriſti, cuius innocentiam uitæ, et patientiam ſingularẽ amplificat, & cauſam afflictionũ eius & mortis addit eſſe noſtra peccata, ut exhortatio tanto ſit efficacior, cum Chriſtus ſit innocens, & patiatur noſtra cauſa: Nos autem ſumus rei, ac meriti æternas pœnas propter peccatum. Sunt autem cauſæ crucis Eccleſiæ præcipuè quatuor. Prima, ut mortificetur in pijs peccatum, ſeu corrupta natura, & exerceantur in eis fides et inuocatio. Secunda, ut conſpiciatur Dei omnipotẽtia & bonitas in liberatione. Tertia, ut reddamur ſimiles imagini filij Dei in paſsione, ut etiam con-

formes

formes eidem fiamus in gloria, ut docet Paulus ad Roma. 8. Quarta, ut extet teſtimonium in Eccleſia de ſecutura immortali uita, in qua melius erit futurum bonis, qui in hac mortali uita ærumnis oppreßi fuerint.

EPISTOLA, 1. Petri 2.

SIquidem in hoc vocati eſtis, quoniã & Chriſtus afflictus eſt pro nobis, relinquens nobis exemplum, vt inſequamini veſtigia ipſius. Qui peccatũ non fecerat, nec inuentus eſt dolus in ore illius: qui cum maledictis inceſſeretur, non regeſsit maledicta: cum malis afficeretur, non minabatur, ſed tradidit vindictam ei, qui iudicat iuſtè. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper ligno, quò peccatis mortui iuſtitiæ viueremus. Cuius eiuſdem vibice ſanati fuiſtis. Nam eratis velut oues errantes, ſed conuerſi eſtis nunc ad paſtorem & curatorem animarum veſtrarum.

EXPLICATIO TEXTVS.

Chriſtus. *Propoſitio exhortationis ab exemplo Chriſti: Suſtinete modeſtè & patienter afflictiones, ſicut & Chriſtus patienter ſuſtinuit ſuam crucem. Ratio conſequentiæ, quia Chriſtus non ſolum paſſus eſt, ut fieret uictima pro nobis, et eſſet*

donum,ſed etiam ut exemplũ patientiæ eius, aliarumq; uirtutum imitaremur. Alloquitur autem propriè ſeruos,quos hortatur,ut moroſis etiã dominis obtemperent propter Deum, et patienter ferant iniurias, q, hæc obedientia et moderatio ipſorum placeat Deo. Sicut inquit: Hæc eſt gratia apud Deum,ſi benefacientes,ſuſtinetis iniurias,non malè facientes,& addit ἀιτιολογίαν,à cauſa finali uocationis,inquiens: In hoc enim uocati eſtis, uidelicet ad cognitionem Euangelij, ut patienter ſuſtineatis crucẽ, quam certiſsimum comitẽ habet Euangelium, et ut ueſtra modeſtia et patientia ornetis doctrinã Euangelij. Quia & Chriſtus. Aetiologia ab exemplo Chriſti. Chriſtus patienter ſuam crucem tulit,ergo & nos iniurias æquo animo feramus. Pro nobis. Non propter ſua delicta, ſed propter noſtra, pro quibus factus eſt uictima,placans irã Dei. Relinquens nobis exemplum. Proponitur igitur Chriſtus dupliciter Eccleſiæ. Primum ut donum,quia ſua morte reconciliauit nos Deo,quod beneficium eſt gratuitum, & fide accipiendum. Deinde ut exemplum omnium uirtutũ,quod imitemur in actionibus noſtris. Sicut inquit, Matt. 11. Diſcite à me, quia mitis ſum,& humilis corde. Exemplum. Patientiæ, & aliarum uirtutum omnis generis beneficentiæ,innocentiæ,humilitatis &c. Vt ſequeremur veſtigia. Id eſt, ut actiones ſeu uirtutes

tes eius omnes imitaremur, inprimis uero patientiam in cruce. **Qui peccatum non fecerat.** Expoſitio inſignis patientiæ filij Dei, quam amplificat ab eius innocẽtia. Et eſt antitheſis: Chriſtus paſſus eſt innocens, & patienter tulit crucem, quanto magis & nos patienter feremus noſtras ærumnas, qui multipliciter rei ſumus, & meruimus pœnas. **Non fecerat.** Cuius uita inculpatiſſima fuit, nullis peccatis cõtaminata. Sicut ipſe de hac ſua innocentia gloriatur contra Iudæos, Ioannis 8. Quis ex uobis arguet me de peccato? **Nec inuentus.** Teſtimonium innocentiæ filij Dei, ſumptum ex Eſaiæ cap. 53. quod totum uaticinatur de paßione Chriſti, & eius cauſa, quæ fuerũt peccata noſtra, quorum pœnam filius Dei in ſe deriuauit, eamq; ſuſtinuit pro nobis. **Qui quum maledictis inceſſeretur.** Expoſitio ſummæ patientiæ Chriſti, primum in dißimulandis maledictis, deinde in perferendis malis, ſeu cruce, quã ſumma patientia tulit, non ſolum non comminitãs pœnas hoſtibus, ſed etiam orans pro ipſis. Sicut inquit pendens in cruce: Pater, dimitte eis, quia neſciunt quid faciunt. **Sed tradidit vindictam.** Id eſt, non ſumpſit pœnas ab hoſtibus, ſed uindictam tradidit patri. Sicut inquit Ioannis 8. Vos me ignominia afficitis, ego non quæro gloriam meã, eſt qui quærat, ac iudicet. **Sed vindictam tradidit.** Iuxta illud Deuterono-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

mij 22. Mihi uindictam, & ego retribuam. Quo di-
cto prohibetur uindicta priuata, non publica, quæ
eſt ordinatio Dei, ſicut ipſe magiſtratus, ut docet
Di. Paulus ad Romanos 13. cap. Qui peccata.
Cauſa & fructus paßionis Chriſti, quæ cauſa non
fuerunt propria peccata Chriſti, ſed noſtra, quo-
rũ pœnam filius Dei pro nobis ſuſtinuit, ut hoc mo
do immenſam iram Dei aduerſus peccata noſtra
placaret. Peccata noſtra. Id eſt, pœnam pec-
catorum noſtrorum. Ipſe. Filius Dei, qui ſolus
potuit placare horrendam iram Dei aduerſus pec
catum humani generis. Noſtra. Pronomen, No-
ſtra, monet de applicatione, ut certó ſtatuamus,
Chriſtum pro nobis paſſum & crucifixum eſſe,
& eius morte placatum nobis eſſe Deum. Per-
tulit. Id eſt, ſatisfecit iuſtitiæ Dei, & placauit
iuſtam iram eius aduerſus peccatum humani ge-
neris. In corpore ſuo. Subiectum, ſeu cauſa
materialis in qua, paßionis Chriſti, fuit corpus ei-
us, & anima. Quorum illud cruciatus intolera-
biles, hæc triſtitiam ingentem ſenſit, quæ æquiua-
lens precium fuerunt in illa diuina perſona, pro-
pter quod Deus pater remiſit æternam pœnam,
quem perpetuo ſuſtinuiſſet humanum genus, niſi
unigenitus filius Dei perſoluiſſet λύτρον in cor-
pore ſuo. Super lignum Id eſt, ſuper crucem,
quam Chriſtus, ut teſtatur paßionis hiſtoria, ipſe
portauit, eiq; eſt affixus. Atq; ita factus eſt pro
nobis

nobis maledictum, hoc eſt, uictima ſuſtinens iram Dei pro nobis, ut docet Paulus, 2. Corinth. 5. Iuxta illud: Maledictus omnis, qui pendet in ligno, Deut. 21. Vt peccatis. Cauſa finalis paßionis & mortis Chriſti duplex: Meritoria, ut per eam genus humanum liberaretur à peccato & morte, & donaretur æterna iuſtitia & uita. Et Exemplaris, Vt quemadmodum Chriſtus mortuus eſt corporaliter peccato ſemel, ut inquit Paulus ad Rom. 6. Ita & nos ſpiritualiter quotidie peccato moriamur, ne uidelicet illud uiuat, hoc eſt, efficax ſit in membris noſtris, ſed mortificetur, ſicut ibidem inquit Apoſtolus: Ne dominetur peccatum in corpore ueſtro mortali, ut obediatis deſiderijs eius. Vt mortui peccatis. Mori peccatis primum eſt liberari à peccato per mortem & iuſtitiam filij Dei. Secundo non obſequi, ſeu indulgere peccatis contra conſcientiam, ſed repugnare uitioſis affectibus corruptæ naturæ. Viuere iuſtitiæ. Eſt primum ſtatuere nos eſſe iuſtos iuſtitia filij Dei, quam Deus nobis imputat gratis fide, & hac nos conſolari in terroribus peccati & mortis. Sicut inquit Paulus ad Romanos 6. Conſepulti ſumus cum illo (Chriſto) per baptiſmum in mortem, ut quemadmodum Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambularemus. Cuius eiuſdem. Repetit meritum ſeu cauſam noſtræ ſanationis, ſeu liberationis à

peccato & morte, quæ non ſunt merita noſtra, ſed tantum uibices Chriſti, hoc eſt, paßio & mors, quibus ſanamur, id eſt, Deus primum tollit morbos noſtros ſpirituales, peccatum & mortem, & ornat iuſtitia Filij ſui. Deinde dat nobis ſpiritum ſanctum, ut is reſtituat in nobis priſtinam integritatem, & ſit efficax in nobis, ut peccatis reſiſtere poßimus, quæ ſpiritualis ſanatio corruptæ naturæ inchoatur in hac uita, perficietur autem in futura. **Nam eratis ſicut oues.** Aetiologia, qua errores noſtros, & miſerias humani generis deſcribit, comparans totum humanum genus perditum & ſaucium, ouibus, quo nullum eſt animal magis imbecille & fatuum: & ipſum Chriſtum, paſtori, qui nos oues perditas & errantes in uiam ſalutis reduxit, paſcit, defendit contra lupos, hoc eſt, diabolum. Vnde & ipſe Chriſtus ſe paſtori comparat, Ioan. 10. & Matth. 15. qui ouem perditam requirit, & inuentam imponit humeris, & ad gregem, hoc eſt, Eccleſiam, reportat. Eſt autem locus deſumptus ex cap. Eſaiæ 53. **Errantes.** Et mente, quia uera luce ſeu notitia Dei caruimus, nã ſine Chriſto paſtore ac duce Deus non uerè agnoſcitur, colitur aut inuocatur: Et uoluntate, quia peccatis ſecurè indulſimus. **Conuerſi.** Per prædicationem Euangelij, & internam ſpiritus ſancti motionem, qui per externum miniſterium eſt efficax. **Ad paſtorem.** Id eſt, defenſorem &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Opitulatorem. Curatorem, Epiſcopum, qui curam habet animarum noſtrarum, liberat nos à peccato & morte, paſcit, & reficit Eccleſiam ſuo uerbo, impedit Tyrannos & hæreticos, colligit & conſeruat ſibi Eccleſiam in humano genere. Sicut inquit Ioan. 10. Oues meæ uocem meam audient, et ego do uitam pro eis.

OBIECTIONES tres.

I. De cauſa paßionis ac mortis Chriſti.

Chriſtus vocat in Pſalmo ſe peccatorem, & queritur ſe propter ſua peccata affligi:

Ergo non pro nobis, ſeu propter noſtra peccata eſt afflictus, ſed propter ſua.

RESPONSIO.

Chriſtus primum loquitur in perſona Eccleſiæ ſeu populi ſui, cuius peccata ipſe in ſe deriuauit. Vnde Deus 2. Reg. 7. inquit, Se Meßiam filium arguiturum in uirga uirorum, & in plagis filiorum hominum. Dicitur igitur Chriſtus peccatum à Paulo, quia pendens in ligno, ſeu cruce, factus eſt à Deo pro nobis uictima, ſuſtinens pœnam peccati, ſicut Eſaias inquit: Deus ſuper eum (Meßiam) iniquitates omnium noſtrum poſuit, ut nobis ſit

pax,

pax, hoc eſt, remißio peccatorum, reconciliatio cũ Deo, & uita æterna.

II. *De cruce piorum, ſeu* Eccleſiæ.

Amicus bene vult eſſe amicis.

Chriſtus non vult bene eſſe Eccleſiæ, quia ſinit eam affligi varijs ærũnis in hac vita:

Ergo Deus non eſt amicus Eccleſiæ.

RESPONSIO.

Nego minorem, quæ ſimpliciter falſa eſt. Nam, *ut inquit* Salomon: Quem *diligit* Deus, *hunc caſtigat.* Etſi *igitur ad tempus* Deus Eccleſiam *ſeu pios premi ſinit ærumnis, & caſtigat eam, ut pater liberos, tamen tandem erit pœnarũ finis, quæ ideo imponuntur renatis, quia* Deus *iuſtus eſt, puniens uniuerſaliter in omnibus peccatum.* Deinde, *ut peccatũ hærens in natura, caſtigetur et mortificetur.*

III.

Sublata culpa, etiam aufertur pœna culpæ.

Chriſtus paſsione ſua et morte ſuſtulit culpam noſtrorum peccatorum:

Ergo etiam ſuſtulit pœnam: & per cõſequens, Eccleſia quæ habet remiſſionem peccatorum, premi non debebat cruce ſeu ærumnis, quæ pœna ſunt peccatorum.

Reſpon-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Reſpõdeo ad maiorem, per diſtinctionem: Chriſtus ſua morte ſuſtulit æternam pœnam ſeu mortem, ſed mors temporalis, & aliæ calamitates manent in hac uita. Primo, ut agnoſcatur magnitudo peccati, deprauatio naturæ, & horrenda ira Dei aduerſus peccatum. Deinde, ut habeat Eccleſia exercitia fidei, & inuocationis in afflictionibus. Sicut inquit Propheta: Bonum eſt mihi, Domine, ꝙ humiliaſti me. Tertio, ut Deus celebretur poſt liberationẽ. Sicut inquit ad Apoſtolum: Virtus mea in infirmitate perficitur, hoc eſt, tunc potentia & miſericordia, ſeu bonitas Dei conſpicitur in Eccleſia, cum Deus oppreſſam ærumnis mirabiliter liberat & conſeruat.

DOMINICA III. POST Paſcha (Iubilate) Epiſtola D. Petri, de pietate ſeu fructibus fidei, de abſtinentia à carnalibus deſiderijs, obedientia erga Magiſtratus, & patientia ſub cruce.

Priore Petri

II.

Tetraſtichon.

Signa renatorum fidei ſunt certa notanda,
Quæ tua nos pacis pagina Petre docet.
Sunt timor, hæc, Domini, regum ueneratio, ſigna,
Atq; ſuam carnem mortificare cruce.

Argumentum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Exhortatio eſt ad pietatē, ſeu fructus fidei, qui ſunt, primum mortificatio carnaliū deſideriorum, & honeſta conuerſatio inter homines, per quā celebratur Deus, et obturatur os calumniantium doctrinam Euangelij. Secundo, obedientia erga magiſtratus, et dominos noſtros, quibus tanquam Vicarijs Dei, et ordinationi diuinæ obediendum eſt, tum propter mandatum Dei, tum propter tranquillitatem retinendam, & pacem publicam, ut cœleſtis doctrina rectè tradi, et cōſeruari diſciplina inter homines poßit. Tertio, patientia in afflictionibus, quam ornaturus eſt Deus ueris & æternis præmijs in uita æterna. Sicut inquit Matth. 5. Beati, qui perſecutionem patimini propter me, quoniam merces ueſtra copioſa eſt in cœlis. Prima igitur pars Epiſtolæ monet, quomodo erga nos ipſos gerere nos debeamus. Secunda, quomodo erga magiſtratus, ſeu ſuperiores noſtros. Tertia, quomodo erga hoſtes, ſeu perſecutores, ne ſcilicet uindictæ ſimus cupidi. His tribus partibus ſeu membris tota uita Chriſtiana conſiſtit, quantum ad diſciplinam, ſeu obedientiam externam legis attinet.

EPISTOLA, 1. Petri 2.

DIlecti, obſecro, tanquam aduenas ac peregrinos, abſtinete à carnalibus concupiſcentijs, quæ militant aduerſus animam: & conuerſationem ue-

ſtram habete honeſtam inter gẽtes, vt
in hoc quod obtrectãt vobis quaſi ma
leficis, ex bonis operibus æſtimantes
vos, glorificent Deum in die viſitatio-
nis. Proinde ſubditi eſtote cuiuis hu-
manæ creaturæ propter Dominum, ſi
ue regi tanquam præcellenti, ſiue præ
ſidibus, vt qui per eũ mittantur, ad vin
dictam quidẽ nocentium, laudem ve-
rò rectè agẽtium: quoniã ſic eſt volun
tas Dei, vt benefaciendo obturetis os
hominibus ſtultis, et ignorantibus, tan
q̃ liberi, et non veluti prætextũ haben
tes malitię libertatẽ, ſed tanq̃ ſerui dei.
Omnes honorate, fraternitatẽ diligite.
Deũ timete, regem honorate. Famuli
ſubditi ſint cũ timore dominis, non ſo-
lũ bonis ac humanis, verumetiam pra-
uis. Nam hęc eſt gratia, ſi quis propter
conſciẽtiam Dei ſuffert moleſtias, præ
ter meritũ affectus malis. Quæ enim
eſt laus, ſi cum peccantes alapis cędimi
ni, ſufferetis? At ſi cum benefacitis, &
tamen malis afficimini, ſuffertis. Hæc
enim eſt gratia apud Deum.

EXPLICATIO TEXTVS.

Dilecti. *Captatio beneuolẽtiæ aut à ſuo amo*
re,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

re,aut ipſius Dei erga Eccleſiam. q.d. Hæc ſcribo uobis motus ſummo amore erga uos, Ergo obedite huic meæ exhortationi : uel diligit uos Deus propter Filium, Ergo huic exhortationi meæ, quæ dei eſt, obtemperate. Obſecro. Apoſtolica obteſtatio, qua et Paulus ſæpe utitur, ut oſtendat officium Apoſtolorum, et docentium Eccleſiam eſſe, non tyrannicè imperare, aut ſæuire in Eccleſiam, ſed humaniter ac beneuolè eam admonere et exhortari. Abſtinete. Propoſitio exhortationis de abijciendis ſeu mortificandis carnalibus deſiderijs, quæ exhortatio ad ſuam cuiuſq; perſonam pertinet. Tanquam aduenas. Ratio exhortatiōis à cōditione ſeu breuitate huius uitæ, quam peregrinationi comparat, et eſt Enthymema: Eſtis aduenæ, & peregrini in hac uita, Ergo nolite obſequi carnalibus deſiderijs, quæ impediunt, quo minus in ueram et cœleſtem patriã peruenire poteſtis. Aduenas. Sic et Paulus inquit ad Hebræ. 13. Non habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus. E 2. ad Corinth. 5. Dum ſumus in hoc corpore (mortali) peregrinamur à Domino. Item Micheæ 2. dicitur: Surgite, et ite, quia non habetis hic requiem. Carnalibus concupiſcentijs. Intelligit opera carnis, quæ recenſet Paulus ad Gal. 5. inquiens: Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum cultus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones,

æmulationes,iræ,rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ,homicidia,ebrietates,comeſſationes, & his ſimilia,quæ prædico uobis & prædixi,quoniam qui talia agunt,regnum Dei non conſequentur. **Militant aduerſus.** Ab effectu carnalium deſiderio rum. Idem eſt,quod Paulus inquit ad Galat. 5. Spiritu ambulate,& deſideria carnis non perficietis, nam caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem, hæc enim ſibi inuicem aduerſantur. **Militant.** Id eſt, impediunt ſpiritum ſanctum,& ſpirituales motus,ut notitiam Dei,fidem,inuocationem Dei, quæ fieri non poteſt læſa conſcientia peccatis. **Et conuerſationem.** Alterum membrum huius prioris exhortationis de honeſtate uitæ, cuius effectus eſt, ut obturetur os obtrectantium,et glorificetur Deus. Sicut et Chriſtus inquit Matth. 5. Sic luceat lux ueſtra coram hominibus,ut uideant opera ueſtra bona, & glorificent patrem ueſtrum,qui in cœlis eſt. **Obtrectant.** Id eſt,falſo & calumnioſe accuſant uos,ut doctrinam Euangelij odioſam reddant alijs, cõtra has calumnias,& obtrectationes conſolatur Chriſtus Eccleſiam, cum inquit Matth. 5. Beati eſtis, cum maledixerint uobis homines, et perſecuti uos fuerint, & dixerint aduerſus uos omne malum, mentientes,propter me,gaudete & exultate,quoniam merces ueſtra copioſa eſt in cœlis. **In die viſitationis.** Diem uiſitationis hic uocat tem-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

pius, quód Deus etiam obtrectatores Eccleſiæ & impios uiſitat per prædicationem Euangelij, et uocat eos ad pœnitentiam, qui ſi obtemperant uocationi, celebrant poſtea Deum, q. per gratiam eius, & honeſtam conuerſationem piorum commoti, ad cognitionem ueritatis peruenerint. Proinde. Secunda exhortatio de obedientia ſubditorum erga magiſtratum. De quá præcipit & Paulus ad Roma. 13. Eſt autem hæc quaſi diſtributio præcedentis generalis admonitionis, de honeſta conuerſatione: Nam dicit, quibus in rebus ea maximè cōſiſtat. Cuiuis humanæ creaturæ. Id eſt, magiſtratui, ſeu ſuperioribus poteſtatibus à Deo ordinatis. Propter Dominum. Id eſt, propter mandatum & uoluntatem Domini, qui hanc obedientiam exigit, & peccant contra Deum qui eam nō præſtant. Vnde Paulus inquit: Non ſolum propter iram, hoc eſt, pœnam, obediendum eſſe, ſed etiam propter conſcientiam, quæ peccato inobedientiæ ſauciatur, & accerſit ſibi homo pœnas corporales & æternas. Siue regi. Expoſitio ſeu enumeratio diuerſorum ordinum adminiſtrationis politicæ, quæ quoniam Dei eſt ordinatio, ut docet Paulus, placet etiam Deo obedientia, & omnia politica opera, ut iudicia, bella legitima, contractus, & ſimilia. Ad vindictam. Cauſa finalis magiſtratus. De qua et Paulus inquit: Magiſtratus Dei miniſter eſt in bonum, ſi bonum feceris. Vindex in

iram,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

iram, ſi feceris mala. In laudem. Sic Paulus: Principes non ſunt timori bonis, ſed malis. Vis autem timere poteſtatem, bonum fac, & habebis laudem ex illa. Quoniam. αἰτιολογία à uoluntate Dei, Deus uult ut bonis operibus refutetis obtrectationes & calumnias impiorum. Tanquam liberi. A cauſa finali libertatis Chriſtianæ, quæ triplex eſt. Prima, liberatio à peccatis. Secunda, à maledictione legis. Tertia à ceremonijs Moſaicis & humanis traditionibus. De hac inquit Chriſtus Ioannis 8. Si filius uos liberauit, uerè liberi eſtis. Argumentatur autem ſic: Liberati eſtis per Chriſtum à peccatis. Ergo deinceps peccatis indulgere uos non decet, ſed potius uacate bonis operibus. Sicut inquit & Paulus ad Romanos 6. Liberati à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. Non velut. Id eſt, non ideo liberati eſtis à peccatis, ut deinceps liceat uobis quiduis agere, ſeu peccare impunè, ſed ut ſeruiatis Deo, uitetis peccata. Sicut inquit Chriſtus ad mulierem deprehenſam in adulterio: Vade, & iam amplius noli peccare. Omnes honorate. Addit alia membra diſtributionis quatuor, quibus uniuerſum Chriſtianiſmum complectitur. Omnes honorate. Id eſt, alius alium honore præueniat, & excellentiorem ſe exiſtimet, ut hoc modo conſeruetur inter uos concordia. Fraternitatem diligite. Id eſt, præſtate inuicem alius alij officia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

charitatis. Sicut & Paulus inquit ad Rom. 12. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. **Deum timete.** Timor Dei, qui eſt, nihil agere contra mandatum Dei, & agnoſcere propriam immunditiem ex lege, complectitur etiam fiduciam miſericordiæ Dei, condonantis nobis peccata, & recipientis nos propter filium: hæc fiducia diſcrimen facit inter timorem filialem, de quo hic loquitur Apoſtolus, & timorem ſeruilem, qui Deum, ut tyrannum, metuit & fugit. **Regem honorate.** Sic Paulus ad Romanos 13. Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. **Famuli ſubditi.** Tertia exhortatio de obedientia famulorum erga dominos, quorum iniquior olim, & durior conditio ac ſeruitus fuit, quàm eſt hodie, quia domini poteſtatem & in bona & corpora ſeruorum habuerunt. Ideo crudelius etiam & inhumanius eos tractarunt domini, tanquam mancipia, uerberantes & cogentes ad laborem. Hortatur igitur eos non ſolum ad obedientiam, ſed etiam patientiam, & conſolatur, quód hæc tolerantia ipſorum, gratus cultus ſit Deo, ſi præter meritum durius tractentur. **Famuli.** Apoſtrophe ad famulos. **Subditi eſtote.** Propoſitio exhortationis, complectitur autem omnia officia ſeruilia, ſeu œconomica. Eſtq; hæc magna conſolatio ſeruorum, quód opera ipſorum ac ſtatus, tametſi

contem-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

contemptus, placeat tamen Deo, & ſit cultus Dei hæc obedientia, ſi fiat in fide, hoc eſt, agnitione & fiducia mediatoris. Et loquitur de ea obedientia, quæ non eſt contra Deum. Nam de impia obedientia, quæ uel abſtrahit à confeßione ueræ doctrinæ, aut impedit noſtram ſalutem, tenendum eſt dictum Apoſtolorum, Actorum 5. Oportet magis obedire Deo, quàm hominibus. Cum timore. Hoc membrum ſic explicat Paulus ad Epheſios 5. Serui obedite dominis carnalibus, cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis ueſtri, ſicut Chriſto, non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed ut ſerui Chriſti, facientes uoluntatem Dei ex animo cum bona uoluntate, ſeruientes, ſicut Domino, & non hominibus. Nam hæc eſt. αἰτιολογία à cauſa tolerantiæ, quæ non eſſe debent delicta, quorum pœna merito ſuſtinetur, ſed innocentia uitæ, propter quam ſi quis patitur, grata eſt Deo obedientia, eamq́; præmijs cumulabit. Propter conſcientiam Dei. Id eſt, grata eſt Deo patientia, ſi quis moleſtia afficitur, non quia commeruit delictis pœnam, ſed quia eſt innocens, atq; huius innocentiæ ſuæ teſtem habet conſcientiam, quód non propter delicta patiatur, ſed propter Deum et uoluntatem eius. Quę enim. A contrario docet, tolerantiam pœnarum, quas propter ſcelera quis ſuſtinet, non eſſe gratam Deo. Quæ enim eſt laus. Quaſi dicat, nul-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

la, quia ſceleroſi & inobedientes pœnam dignam factis ſuſtinent. Quæ laus. Quod præmium. Cum peccantes. Non præſtantes dominis debitam obedientiam, aut debita officia. At ſi quis. Repetitio per Antitheſin utilitatis tolerantiæ in malis, quibus præter meritum ſerui afficiuntur à dominis.

OBIECTIONES tres.

I. De concupiſcentia, ſeu affectibus.

Carnales concupiſcentiæ ſunt abijciendæ.

Adfectus ſeu ςοργὴ, hoc eſt, amor parentum erga liberos, eſt concupiſcentia:

Ergo ςοργὴ ſeu amor parentum erga liberos, eſt abijciendus tanquam malus.

Reſpondeo per diſtinctionem: Carnales concupiſcentiæ, diſſentientes à lege Dei, quales Paulus recenſet ad Galatas 5. ſunt abijciendæ, uidelicet affectus mali, ſeu inordinati, ut ſunt fornicatio, ira, diſſenſiones, inuidia, & ſimiles, non affectus ordinati ſeu boni, qui ſunt naturæ inditi, ut eſt ςοργὴ, ſeu amor liberorum, qui donum eſt Dei neceſſarium, ad conſeruationem humani generis.

Vnde

Vnde Paulus ἀϛόργȣς parentes, id eſt, qui nullo amore ſeu cura afficiuntur liberorum, recenſet inter eos, quos Deus in reprobum ſenſum tradidit. ad Romanos 1.

II. *De obedientia erga magiſtratus.*

In imperijs ſeu regnis multæ ſunt confuſiones, vitia, iniuriæ, & multi impij rapiunt & tenent imperia:

Ergo Imperia, ſeu magiſtratus, non ſunt ordinatio Dei. Quia Deus nõ eſt autor confuſionum, vitiorum, & iniuriarum.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam: Quia eſt fallacia à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter, uel eſt fallacia accidentis, nam diſcernenda ſunt uitia perſonarum, & confuſiones, quæ aliunde accedunt, quas improbat Deus: non ipſum ordinem politicum, cuius Deus autor eſt, quem approbat & conſeruat. Sicut igitur non ualet conſequentia: In generatione hominis accedunt multæ uitioſæ cupiditates, Ergo ipſa generatio in uniuerſum eſt damnata à Deo. Ita non ualet hæc conſequentia: Multæ ſunt in imperijs confuſiones, & uitia principum, Ergo ipſa imperia ſunt damnata.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

III. *De libertate Chriſtiana.*

Liberi non ſeruiunt.
Chriſtiani ſunt liberi:
Ergo Chriſtiani non ſeruiunt: & per conſequẽs, qui ſerui antea fuerunt, & facti nunc ſunt Chriſtiani, non debent præſtare obedientiam dominis ſuis. *Nam & Paulus inquit ad Galatas 4. State in libertate, & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri.*

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt fallacia amphibologiæ, quam parit ambiguitas uocis liberi. Quia in Maiore intelligitur de libertate ciuili, qua liberi, id eſt, immunes ſumus ab oneribus politicis. Minor loquitur Metaphoricῶs de libertate Chriſtiana, quæ eſt liberatio à peccato, maledictione legis, ceremonijs Leuiticis, et traditionibus humanis. Hanc libertatem, ſpiritualem ſcilicet, intelligit Paulus, quam etiam ſerui credentes habent. Vnde inquit Paulus: In Chriſto Ieſu non eſt ſeruus, neq; liber. Sunt igitur quatuor termini in Syllogiſmo, quia aliter accipitur libertas in Maiore, aliter in Minore.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

DOMINICA IIII. POST

Paſcha (Cantate) de autore omnium bonorū Deo, de ſpirituali regeneratione per uerbum Dei, & de nouitate uitæ, quæ illius regeneratio=nis fructus eſt. Iacobi I.

Tetraſtichon.

Dat bona uera Deus, perfectaq́; munera ſolus:
  Ipſe ſed interitus eſt homo cauſa ſibi.
Viuifico genuit ſancti nos ſemine uerbi,
  Vt donet nobis cœlica dona, Deus.

Argumentum.

Initio monet in hac Epiſtola Apoſtolus, de autore ſeu cauſa omnium donationum bonarum, corporalium & ſpiritualium in Eccleſia, quæ cauſa eſt ipſe Deus, conditor & conſeruator omnium rerum bonarum, ideoq́; ab ipſo ſolo beneficia tum corporis, tum animæ, petere et expectare fide debemus. Deinde hortatur ad ſtudium & meditationem uerbi Dei, cuius lucem, inter cætera cœleſtia beneficia, Deus per filium ſuum rurſus accendit, & per eam colligit Eccleſiam, eamq́; regenerat ad hæreditatem uitæ æternæ: hoc ſummum beneficium Dei, uult Apoſtolus, ut diligenter conſideremus, ueneremur, & conſeruemus publicum miniſterium, ſimus modeſti, ne ira ſeu contentionibus hæc lux Euangelij in Eccleſia rurſus extinguatur.

tur. In fine hortatur ad nouitatem uitæ, hoc eſt, ad uirtutes oĩs generis, ad munditiem ſeu caſtitatem, lenitatem, tēperantiam, mãſuetudinem, et ſimiles quos fructus profert prædicatio Euangelij in cre- dentib. Nam ſpiritus ſanctus, qui per externã uocẽ Euangelij accipitur, eſt efficax in mentibus, accen- dit fidem, qua iuſti, hoc eſt, accepti ſumus Deo, gra- tis per mediatorem, & renouat mentes, ut conci- piant nouos motus conſentientes legi Dei &c.

EPISTOLA, *Iacobi* I.

NOlite itaq; errare, fratres mei dile- ctiſsimi, Omnis donatio bona, & omne donum perfectũ ẽ ſupernis eſt, deſcendens à patre luminũ, apud quẽ non eſt tranſmutatio, aut conuerſionis obumbratio. Is deſtinata voluntate ꝑ- genuit nos ſermone veritatis, vt eſſe- mus primitię quędam ſuarum creatu- rarũ. Itaq; fratres mei dilecti, ſit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum, tardus ad irã. Nam ira vi- ri iuſtitiã Dei non efficit. Quapropter depoſita omni immunditia, & redun- dantia maliciæ, cum manſuetudine re cipite inſitum ſermonem, qui poteſt ſaluas reddere animas veſtras.

EXPLICATIO TEXTVS.

Nolite

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Nolite itaq;. Concluſio eſt præcedentis admonitionis, de cauſa tentationis ad malum, hoc eſt peccati & mortis, quam cauſam dicit non eſſe ipſum Deum, ſed malam concupiſcentiam hominis, quæ generat primum peccatum, deinde peccatum parit mortem. Sicut inquit: Ne quis cum tentatur, (id eſt, allicitur ad peccandum) dicat ſe à Deo tentari, nam Deus ut malis tentari non poteſt, ita nec ipſe quenquam tentat ad malum, imo unuſquiſque tentatur, dum à propria concupiſcentia abſtrahitur & ineſcatur. Deinde concupiſcentia, poſteaquam concepit, parit peccatum: peccatum uero perfectum progignit mortem. Huic admonitioni de cauſa peccati, quæ non eſt Deus, ſed concupiſcētia, ſeu praua inclinatio hominis, addit hāc concluſionem: Nolite itaque errare fratres, hoc eſt, nolite exiſtimare Deum eſſe autorem peccati & mortis. Nam Deus peccatum non approbat, neque homines ad peccandum impellit, ſed peccatum extremè abominatur. Sicut inquit Pſalmus: Deus non uolens iniquitatem tu es. Eſt igitur peccati cauſa Diabolus, & uoluntas hominis, qui liberè ſe à Deo auertit, ſicut Eua illecta cupiditate propria edendi pomi, liberè ſe à Deo auertit, & contra mandatum Dei fecit, Geneſ.3. Sicut autem Deus non eſt cauſa peccati, ita nec mortis, & aliarum calamitatum, quibus genus humanum premitur, cauſa eſt, ſed peccatum, quod mors ipſa,

&

et cæteræ ærumnæ tanquam pœna ſubſecutæ ſunt, ſicut inquit Iacobus:Peccatum perfectum generat mortem. Item Paulus ad Roma. 5. Per peccatum mors intrauit in mundum. & cap. 6. Stipendium peccati mors eſt. **Omnis donatio bona.** Hæc addit iam quaſi per antitheſin, docens Deum non eſſe autorem ſeu cauſam malorum, ſed bonorum,tum in natura, quam condidit & conſeruat, tum in Eccleſia, quã uerbo ſuo adhuc colligit, regenerat,exaudit & ſeruat mirabiliter. Monet igitur etiam Apoſtolus de prouidentia Dei, q; non caſu ſeu fortuito obijciantur nobis bona,ſed q; Deus largiatur nobis omnia beneficia, corporalia et ſpiritualia,q; curam noſtri agat,conſeruet nos, exaudit inuocantes etc. **Omnis donatio.** Deus eſt autor et dator omnium bonorũ,corporaliũ et ſpiritualiũ,qui ea confert nobis propter filiũ,ut colligatur et conſeruetur Eccleſia in genere humano, à qua ipſe rectè agnoſcatur & celebretur. **Bona.** Hoc addit,ut diſtinguat res bonas,hoc eſt,ſalutares & conuenientes naturæ, à malis,hoc eſt, à peccato,morte, et cæteris calamitatibus, quibus autor non eſt Deus,ſed diabolus. Sunt autẽ duplicia bona:Spiritualia,ut uera agnitio Dei,iuſtitia, remiſſio peccatorum,fides, doctrina Euangelij,ſacramenta,ueri doctores Eccleſiæ,patientia in cruce,dilectio proximi, & cæteri fructus ſpiritus, quos recenſet Paulus ad Gal. 5. Et corporalia, ut

ſunt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſunt, pax publica, ſanitas corporis, opes, eruditio,
honeſta politia, & id genus alia, quorum omnium
autor et conſeruator eſt deus, ut conſeruetur natu
ra & Eccleſia. **E ſupernis.** Id eſt, è cœlo, ſeu à
Deo, non ex nobiſipſis, qui ad malum natura pro-
penſi ſumus. **A patre luminũ.** Sic uocat Deũ
ab effectu, quod ſol ſit iuſtitiæ & uitæ, illuſtrans men
tes noſtras uera agnitione Dei, per Chriſtum. Si-
cut dicitur Pſal. 36. Apud te eſt fons uitæ, et tuo
lumine uidebimus lumen. Ita et Chriſtus ſe lucẽ uo
cat Ioan. 8. & 1. Ioan. 1. inquit Apoſtolus: Deus eſt
lux, & in illo non ſunt tenebræ ullæ. Vide & ad
Ephe. 5. & Coloſſ. 2. **Pater luminum.** Id eſt,
qui accendit lucem, hoc eſt, ueram notitiam Dei in
mentibus hominum, quæ ignorant Deum, & quaſi
obſcuratæ ſunt per peccatum: hanc lucem accen-
dit rurſus Deus per uocẽ Euangelij, ut rectè agno
ſcant Deum, colant, et celebrẽt. **Apud quem.**
Deſcriptio Dei, ab eius proprio, quod eſt, non com
mutari, ut homines mutantur, ſed eſſe conſtantem
in promiſsionibus, in largiendo bona, & poſtulan-
do recta ſeu honeſta. Non igitur poteſt Deus non
uelle & dare inutilia hominibus, quia eſt immuta
bilis non ſolum eſſentia, quæ æterna eſt, ſed etiam
uoluntate, ſicut inquit Malac. 3. Ego Dominus, &
non mutor. Et Pſalmo 102. inquit Dauid: Tu Do-
mine in æternum permanes, tu idem ipſe es, & an
ni tui non deficiunt. **Is deſtinata volunta-**

te.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

te. Quaſi exemplum bonitatis Dei addit omnium maximè admirandum opus, & ſalutare humano generi, quód Deus primam promißionem edidit, et per eam collegit Eccleſiam, ſtatim ab initio conditi humani generis, eamq́; adhuc conſeruat & regit, regenerat mentes, & accendit in eis per ſpiritum ſanctum ueram & ſpiritualem lucem, ut Deum uerè agnoſcant, & cultus placentes Deo præſtent, idq́; nõ motus ullis hominum meritis, ſed gratuita et paterna uolũtate et miſericordia, qua complexus eſt humanum genus in filio deprecatore & reconciliatore. Deſtinata voluntate. Qua ab æterno conſtituit mirando & arcano decreto, redimere humanum genus per filiũ à peccato, morte, & tyrannide diaboli. De hac uoluntate Dei inquit Paulus ad Epheſ.1. Qui elegit nos in ipſo (filio) antequam iacerentur fundamenta mundi. Item, qui prædeſtinauit nos, ut adoptaret nos in filios, per Ieſum Chriſtum in ſeſe, iuxta beneplacitũ uoluntatis ſuæ. Sermone veri. Commendatio miniſterij ſeu uocis externæ Euangelij, per quam ſpiritus ſanctus eſt efficax, accendens in mentibus nouam lucem, hoc eſt, agnitionem Dei, et fidem, et in uoluntate excitans motus cõſentientes legi Dei, inuocationẽ, patientiam, iuſtitiam, temperantiam, caſtitatem, & ſimiles. Vt eſſemus. Cauſa finalis ſpiritualis regenerationis, ut adoptaremur in filios Dei, & eſſemus primitiæ, id eſt, præcipua

membra

membra Eccleſiæ Dei, deſtinata et ſelecta ad cultus Dei. Reſpexit enim Apoſtolus ad primitias ueteris Teſtamẽti, hoc eſt, primos fructus, qui dicari et deferri Deo ſolebant, Exod. 23. & 34. Item Numeri 3. Itaq; Concluſio, quæ continet adhortatiõnem ad amplectendam doctrinam Euangelij, & prohibet ſimul, ne temerè nos ingeramus ad docendi munus, priuſquam ſatis ipſi inſtituti ſimus, et ne per iram, hoc eſt, æmulationes & contentiones impediamus miniſterium, & ægrè feramus admonitiones aliorum. Itaq́; Quia Deus gratuito inter nos lucem ſui Euangelij accendit, & per illam colligit & conſeruat Eccleſiam. Velox ad audiendum. Id eſt, ad diſcendum doctrinam Euangelij, non ſit Neophytus, non temere partes docẽdi ſuſcipiat, non doceat priuſquam integram doctrinam Eccleſiæ intelligat. Tardus ad loquendum. Præceptum de taciturnitate, quæ uirtus inprimis neceſſaria eſt ad retinendam tranquillitatem in Eccleſia et politijs. Loquitur autem Apoſtolus præcipuè de miniſterio docendi, quod nemo ſuſcipere debet, qui non ſatis antea ſit inſtitutus in doctrina pietatis Ad iram. Præceptum de ſugienda ira. Intelligit autem præcipuè contentiones & æmulationes inter doctores Eccleſiæ, quæ imprimis curſum doctrinæ Euangelij impediunt. Sicut dicitur Prouerb. 30. Qui emittit iram, emittit diſcordias. Nam ira. Ratio pro-

ximi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ximi præcepti de ſugienda ira, ſumpta ab incommodo ſeu inutili, quia inquit: Ira iuſtitiam Dei nõ efficit, id eſt, nõ operatur quod iuſtum eſt, ſeu quod Deus tanquam iuſtum & rectum exigit & approbat. Quapropter. Generalis exhortatio ad nouitatem uitæ, & eſt conſequens Enthymematis: Deus uocauit nos per uocem Euangelij ad cognitionem ueritatis, Ergo ſimus grati Deo, et inſtituamus uitam piam, & ſanctam, qualem Deus in uerbo ſuo exigit. Inſitum ſermonem. Euangelium ſeu uerbum Dei, quod quaſi ſemen inſeritur & implantatur mentibus, ut fructum edat, uidelicet mortificationem carnis, & ſtudium ſeu amorem omnium uirtutum, caſtitatis, manſuetudinis, patientiæ, & cæterarum. Qui poteſt. Commendatio uerbi externi, ab effectu, qui eſt, ſalus animarum noſtrarum. Sicut & Paulus inquit, ad Romanos 1. Euangelium eſt potentia Dei, ad ſalutem omni credenti. Et Chriſtus Ioan. 8. Amen amen dico uobis, ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, non uidebit mortem in æternum. Quia in Euangelio traditur uera cognitio Dei, & filij eius Ieſu Chriſti, in quem qui credunt, conſequuntur remiſsionem peccatorum, iuſtitiam, & uitam æternam. Sicut inquit Ioan. 17. Hæc eſt uita æterna, ut cognoſcant te uerum Deum, & quem miſiſti Ieſum, eſſe Chriſtum, hoc eſt, promiſſum Meſsiam, ſeu redemptorem humani generis.

OBIE-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

OBIECTIONES *tres.*

I. *De cauſa peccati.*

Inquit Deus Eſaiæ 45. Ego Dominus, & non eſt alter, formans lucem, et creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. Ego Dominus faciens omnia hæc. *Item Propheta inquit:* Non erit malum in ciuitate, quod non faciat Dominus:

Ergo Deus eſt cauſa peccati, non voluntas diaboli & hominis.

Reſpondeo per diſtinctionē: Loquuntur Deus et Propheta de malo pœnæ, hoc eſt, calamitatibus, quibus Deus peccata punit, uel publicè, uel priuatim, non de malo culpæ, hoc eſt, peccato, quod Deus uerè odit. Sicut dicitur in Pſal. Non Deus uolens iniquitatē tu es. Item, Propter iniquitatē corripis filios hominum. Et Zacha. 8. inquit Deus: Malū ne cogitetis in cordibus ueſtris, et iuramentum fallax ne diligatis, Omnia enim hæc ſunt quæ odi, dicit Dominus. Eſſe aūt uoluntatem diaboli, et homines cauſam peccati, teſtatur Chriſtus Ioan. 8. inquiens, Quando mendaciū loquitur diabolus, ex proprijs loquitur, Quia mendax eſt, et pater mendacij, hoc eſt, primus fons et cauſa mēdacij. Et 1. Ioan. 3. Qui facit peccatum, ex diabolo eſt, quia diabolus ab initio peccat. Ad Rom. 5. Per hominem intrauit peccatum in mundum. Et priore Ioan. 2. Concupiſcen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

tia carnis non eſt ex patre, ſed ex mundo eſt.

II. *De tentatione.*

Geneſ.22. ſcribitur, Deum tentaſſe Abraham. Et Ioan.6. tẽtauit Chriſtus Philippum: & petimus in Oratione dominica, ne Deus inducat nos in tentationem:

Ergo dictum Iacobi, vbi inquit: Deus neminem tentat, non eſt verum.

Reſpondeo per diſtinctionem: Primum, Deus neminem tentat ad malum, ſed ad bonum, hoc eſt, ea uoluntate, ut probet fidẽ ſuorum, corrigat & mortificet in eis reliquias peccati. Sed diabolus tentat ad malũ, hoc eſt, ad peccandum, hac uoluntate, ut perdat. Deinde, Deus tantum tentat pios, non impios, qui non ſunt membra ipſius regni, iuxta illud 2. ad Corin.6. Quæ eſt concordia Chriſto cum Belial? Tertio, Deus non tentat ultrà q̃ ſufferre poſſumus. 1. Corin.10. Diabolus contrà facit. Quarto, Iacobus loquitur hic non de tentationibus communibus Eccleſiæ, hoc eſt, afflictionibus, morbis, egeſtate, de quibus antea dixit: Beatus qui ſuffert tentationem, ſed loquitur de illectamentis ad peccandũ, ſicut inquit: Qui tentatur, (ad malum) à propria concupiſcentia abſtrahitur. & ineſcatur.

III. *De Ira.*

Ira, *ut inquit Iacobus*, iuſtitiam Dei non operatur.

Chri-

Chriſtus iraſcitur contra Iudæos, eiji-
ciens eos è templo: & Moſes contra
Core, Datan, & Abyron, *Numeri 16.*
Item magiſtratus puniens ſcelero-
ſos:
Ergo Chriſtus, Moſes, item magiſtra-
tus, iuſtitiam Dei non operantur.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia Iacobus loquitur de ira, quæ eſt cupiditas ulciſcendi ſeipſum, contra leges. Chriſti, Moſis, & magiſtratus punientis malos ira, non eſt cupiditas ſeipſum ulciſcēdi, ſed zelus puniendi peccata, et aſſerendi gloriam Dei, & ueros cultus, qui zelus eſt uirtus ſeu impetus diuinus, non peccatum. Sicut dicitur Pſalm. 68. Zelus domus tuæ comedit me.

DOMINICA V. POST

Paſcha (Vocem Iucunditatis) Epiſtola de nouitate uitæ, ſeu bonis operibus, quæ ueram fidem, ut teſtimonia & fructus, neceſſario ſequuntur. Iacobi I.

Tetraſtichon.

Quid tibi uirtutis laudem, quid nomina ſumis,
Qui fructus nullos relligionis habes?
Sis uerbi effector, non ſis auditor inanis:
Eſt pietas factis uera probanda bonis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Argumentum.

Hortatur & hac Epiſtola, ut ſuperiori D. Iacobus, ad nouitatem uitæ, ſeu fructus fidei, eos, qui per Chriſtum mediatorem conſecuti iam ſunt gratis remiſsionem peccatorum, iuſtitiam, et uitam æternam fide, & reprehendit eos qui gloriantur ſe eſſe Chriſtianos, tantum propter externã profeſsionem doctrinæ Chriſti, nulla interim teſtimonia ueræ pietatis ſeu fidei edentes, ſed in peccatis perſeuerantes contra conſcientiam. Hæc falſa & impia eſt opinio & ſecuritas multorum, nam uera fides Euangelij eſt efficax per bona opera. Ideo qui in peccatis ſecurè perſeuerant, neq; teſtantur fidem ſuam bonis operibus mandatis in uerbo Dei, nondũ ſunt regenerati per ſpiritum ſanctum, qui efficax eſt in mentibus, mortificando carnales concupiſcentias, & præſtando bona opera omnis generis, cuiuſmodi hic quædam recenſet Iacobus, uidelicet credere Euangelio, eſſe conſtantem in eius confeſſione, frenare linguã, uiſitare orphanos et uiduas, & ſeruare ſeipſum immaculatum à mundo &c.

EPISTOLA, *Iacobi* I.

SItis autem effectores ſermonis, & non auditores tantum, fallentes voſmetipſos. Quoniam ſi quis audiat ſermonem, nec eum factis exprimat, hic ſimilis eſt viro conſideranti faciem nati

uitatis ſuę in ſpeculo, cõſiderauit enim ſemetipſum, & abijt, & continuò oblitus eſt qualis eſſet. At qui proſpexerit in legem perfectam, quę eſt libertatis, & permanſerit, hic cum nõ ſit auditor obliuioſus, ſed effector operis, beatus facto ſuo erit. Si quis uidetur religioſus eſſe inter vos, qui non frenat linguam ſuam, ſed aberrare ſinit cor ſuũ, huius vana eſt religio. Religio pura et immaculata apud Deum & patrem, hæc eſt, inuiſere orphanos et viduas in afflictione ſua, immaculatum ſeipſum ſeruare à mundo.

EXPLICATIO TEXTVS.

Sitis autem effectores. *In fine præcedentis Epiſtolæ, cui hæc ſtatim additur, adhortatus eſt Apoſtolus Eccleſiam ad amplectendum Euangelium, ſeu ad ſtudium uerbi Dei, inquiens: Cum manſuetudine recipite inſitum ſermonem, qui poteſt ſaluas reddere animas ueſtras. Quia autem non ſatis eſt, audire uerbum Dei (etſi hoc ad ſalutem etiam requiritur. Nam ſpiritus ſanctus non niſi per externam uocem Euangelij eſt efficax:) Ideo addit nunc adhortationem ad obedientiam uerbi. Quæ eſt duplex. Primum, ipſa fides, hoc eſt, ut aſſentiamur Euangelio. Deinde [illegible]tas uitæ,*

hoc eſt, ut mores conſentiant legi Dei, ne contra conſcientiam in peccatis perſeueremus. Sitis effectores. Propoſitio exhortationis: Non ſolum audite uerbum Dei, ſed etiam fide illud amplectimini, & exprimite uitæ moribus. Sic & Chriſtus inquit, Lucæ undecimo: Beati qui audiunt uerbum Dei, & cuſtodiunt illud. Et Matthæi ſeptimo inquit: Omnis qui audit ex me ſermones hos, & facit eos, aßimilabo illum uiro prudenti, qui ædificauit domum ſuam ſuper petram &c. Eſt autem huius obedientiæ cauſa dilectio Dei, quæ oritur ex cognitione miſericordiæ Dei, exhibitæ nobis in Filio. Sicut inquit Chriſtus: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit: qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Sitis. Mandatum de obedientia ſeu amplectendo uerbo Dei. Effectores. Facere uerbum Dei, eſt ei credere & obedire, ſicut inquit Chriſtus Ioan. 6. Hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum, qui miſit me. Non auditores tantum. Quaſi dicat, Vtrunque requiritur ad ſalutem, & audire uerbum Dei, & ei obtemperare, neq; enim alterum ſine altero ſufficit. Nam uerbum Dei eſt quaſi uehiculum, ut inquit diuus Auguſtinus, ſpiritus ſancti, ſed niſi ſequatur obedientia, hoc eſt, aſſenſus ſeu fides, & nouitas uitæ, nihil prodeſt audire uerbum. Vnde inquit Chriſtus Lucæ octauo: Videte, quomodo audiatis. Fallentes voſmetipſos. Ratio ab

inuti-

inutili. Quaſi dicat: Hac falſa perſuaſione uos ipſos decipietis, nam non ſatis eſt, audire uerbum, intereſſe uiſibili cœtui Eccleſiæ, & uti ſacramentis. Quoniam. Confirmatio à ſimili, quód quemadmodum qui contemplatus eſt faciem ſuam in ſpeculo, & deinde ſtatim abit, primum obliuiſcitur ſuæ formæ, deinde nihil accedit ad eius pulchritudinem: ita etiam audientes tantum uerbum Dei, non exprimentes illud opere, ſtatim obliuiſcuntur auditi uerbi, quum non accedit meditatio, non fiunt meliores, ſed perſeuerant in priſtinis peccatis: hos intelligit Chriſtus parabola Lucæ octauo, de quadruplici ſemine, &c. At qui. Exhortatio per antitheſin ſeu contrarium, ab effectu ſeu utili obedientiæ erga Euangelium. Qui uerbum Dei ſeu Euangelium non ſolum audiunt, ſed etiam factis exprimunt, hoc eſt, credunt Euangelio, piè ac ſanctè uiuunt, et perſeuerant in confeſſione ſub cruce, conſequuntur ſalutem hac ſua obedientia, hoc eſt, fide & perſeuerantia. At qui perſpexerit. Perſtat in metaphora ſeu ſimilitudine, quam ſumpſit de ſpeculo. Qui perſpexerit. Id eſt, qui audierit diligenter Euangelium, & ex eo uoluntatem Dei cognouerit. In perfectam legem. Sic uocat Euangelium, quod perfectos reddit & liberat conſcientias à peccato, morte & tyrannide Diaboli, & ceremonijs Moſaicis. Sicut inquit Chriſtus, Ioannis 8. capite: Si

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

māſeritis in ſermone meo, uerè diſcipuli mei eſtis, & cognoſcetis ueritatem, & ueritas liberos reddet uos. Non igitur intelligit Legem Moſi, quæ accuſat & damnat conſcientias propter peccatum. Quæ eſt libertatis. Id eſt, Euangelium confert credentibus in Chriſtum ſpiritum ſanctum, qui teſtatur nos liberatos eſſe à ſeruitute ſpirituali, peccato, morte, & regno diaboli. Et permanſerit. In cognitione Euangelij, hoc eſt, non defecerit à doctrina Chriſti, propter perſequutiones ſeu pericula. Sicut inquit de hac perſeuerantia Chriſtus Marci 13. Qui perſeuerauerit uſque ad finem: hic ſaluus erit. Hic quum ſit. Quia audit, diſcit, & meditatione aßidua retinet uerbum Dei, illudq́; uita exprimit, mortificans carnem ſuam, & adiuuans proximum egentem. Sed effector. Id eſt, credit Euangelio, & nouam uitam iuxta illud inſtituit. Beatus eſt. Id eſt, ſcit habere ſe reconciliatum Deum propter filium mediatorem, conſequi remißionem peccatorum, iuſtitiam, & uitam æternam. Facto ſuo. Id eſt, hac ſua fide, qua apprehendit promißionem Euangelij, & perſeuerat in confeßione Euangelij, & inchoat nouitatem uitæ, non q, hæc obedientia, & perſeuerantia ſint meritum dignum uita æterna, ſeu beatitudine, ſed quia ſunt media neceſſaria ad conſequendam uitam æternam, quæ gratis donatur nobis à Deo propter filium reconciliatorem.

Vnde

Vnde & Paulus uitam æternam donum Dei uo-
cat, ad Rom. 6. **Si quis.** Poſt generalem exhor-
tationem ad obedientiam uerbi Dei, addit iam ſpe
cies tres, quibus illam generalem explicat. Prima
eſt, de frenanda lingua, cuius multa uitia ſunt,
quæ Deus inprimis deteſtatur, ut mendacium,
ſcurrilitas, maledicentia, garrulitas, futilitas, ſy-
cophantiæ, cõuitiatio, ſeu petulantia linguæ, calu-
mniæ, ſiniſtræ interpretationes, falſæ accuſatio-
nes, falſa teſtimonia, impia doctrina, ſophiſtica,
quæ omnia, et ſimilia uitia linguæ Deus prohibuit
in 8. præcepto Decalogi. Hæc impediunt primum
inuocationem Dei, & alios cultus. Deinde cauſa
ſunt magnorum malorum & diſſenſionum in Ec-
cleſia & communi uita. Vnde inquit Pſalmus 33.
Quis eſt homo, qui uult uitam, diligit dies uidere
bonos? Prohibe linguam tuam à malo, et labia tua
ne loquantur malum. Et Euripides dixit: τῶν ἀ-
χαλίνων ϛομάτων τέλος δυϛυχία. Id eſt,
linguæ effrenis finis eſt calamitas. Sicut autem pe
tulantia linguæ & publicè et priuatim plurimum
nocet, ita contra beneficia ſunt ingentia linguæ ue
racis & modeſtæ, nam ſermone, doctrina, & con-
ſilijs magna ex parte tota uita regitur. **Reli-
gio pura.** Secunda ſpecialis admonitio de miſe-
ricordia & beneficijs erga egenos, maximè erga
orphanos & uiduas, quæ opera Deus præ ceremo
nijs, ſeu cultibus externis requirit, ſicut dicit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Oſeæ 6. Miſericordiam uolo, non ſacrificium. Et Apoſtolus hic egregio elogio ea exornat, cum appellat puram et immaculatam religionem, hoc eſt, cultus ſeu opera quæ uerè placent Deo, quia ipſe mandauit ea. Et Chriſtus inquit: Quicquid feceritis uni ex minimis his, qui in me credunt, mihi feciſtis. Et recenſet opera charitatis, Matth. 25. quæ in nouiſsimo die æternis præmijs exornaturus eſt.

Et immaculatum. Tertia exhortatio ſpecialis de puritate uitæ, ſeu fugiendis mundanis concupiſcentijs, hoc eſt, ut interpretatur Ioannes, ne diligamus mundum, & ea quæ ſunt in mundo. Quoniam omne, quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia uitæ, quæ non eſt ex patre, ſed ex mundo eſt, & mundus tranſit, & concupiſcentia eius: qui autem facit uoluntatem Dei, manet in æternum. Iubet igitur Apoſtolus abſtinere ab omnibus uitijs, quæ ſunt in mundo, ut ſunt incredulitas, contemptus Dei, impudicitia, immundities. Hoc uocat Chriſtus negare ſeipſum, & Paulus mori ſeu crucifigi mundo. Sicut inquit de ſe ad Galat. 6. Per Chriſtum mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.

OBIECTIONES tres.

I. De Lege.

Lex vocatur à Iacobo perfecta, & lex libertatis:

Ergo

Ergo Lex ſeu Decalogus reddit perfectos, hoc eſt, iuſtos coram Deo, & liberat conſciētias à peccato & morte &c.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam: Quia antecedens loquitur non de Decalogo, ſeu lege Moſi, quæ ſeruos generat. Sicut docet Paulus ad Galat. 4. ſed de Euangelio ſeu doctrina Chriſti, quæ ſola perfectos generat, & liberat à morte & peccato. Sicut inquit Chriſtus Ioan. 8. Si manſeritis in ſermone meo, uerè diſcipuli mei eſtis, & cognoſcetis ueritatem, & ueritas liberos reddet uos. Ideo autem Decalogus ſeu Lex, quæ per ſe bona, ſancta & perfecta eſt doctrina, non liberat à peccato & morte, quia nemo perfectè legi obtemperat, propter corruptionem humanæ naturæ.

II. *De iuſtitia operum.*

Iacobus inquit: Effector ſermonis beatus facto ſuo erit:

Ergo beatitudo ſeu vita æterna datur propter obediētiam legis: ſeu bona opera ſunt meritum vitæ æternæ.

Reſpondeo ad antecedens, per diſtinctionem: Iacobus intelligit hic uniuerſalem obedientiam, non tantũ legis, ſed maximè Euangelij, quæ obedientia eſt uera fides aſſentiens Euangelio, quam ſequitur

nouitas

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

nouitas uitæ. Item de perſeuerãtia, quæ neceſſaria eſt ad ſalutem conſequendã, ut inquit Chriſtus: Qui perſeuerauerit uſq; ad finem ſaluus erit. Non autẽ tribuitur donatio uitæ æternæ bonis operibus, ſeu nouæ obedientiæ tanquam merito. Quia obedientia eſt imperfecta & immunda, & Paulus uitam æternam donum Dei uocat, ad Rom. 6.

III. De impletione legis, & gratuita imputatione iuſtitiæ.

Effectores ſermonis, vt hic docet Iacobus, tantum ſaluantur.
Nemo efficit ſermonem ſeu legem:
Quia nemo diligit Deum ſuper omnia, & proximum ſicut ſeipſum:
Ergo nemo ſaluatur.

Reſpondeo. Iacobus uocat facere ſermonem, primum credere ſeu aſſentiri Euangelio. Deinde exprimere uitæ moribus, ſeu inchoare nouam obediẽtiam, quæ concio legis eſt, ſed ex Euangelio addendum, q. Deus gratuito nobis imputet iuſtitiam, ſeu impletionem legis gratis propter Chriſtum fide. Quia cum nemo ſatisfaciat legi, Deus per miſericordiam propter filium cõdonat nobis peccata, & non imputat ad damnationem, q. deeſt noſtræ impletioni legis. Sicut inquit Paulus: Non eſt condemnatio in his, qui inſiti ſunt Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant, ſed ſecundum ſpiritũ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

IN DIE ASCENSIONIS Domini, Epiſtola, de ſignis, quibus ſe Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam à morte, diſcipulis rediuiuum manifeſtauit, de promiſſo & dato ſpiritu ſancto, de diſcrimine Baptiſmi Chriſti & Ioannis, de ignorantia diſcipulorum, & Aſcenſione Chriſti in cœlum. Actorum I.

Tetraſtichon.

Sede uoluptatis pulſi ſumus æthere clauſo:
Attulit hunc caſum primus in orbe parens.
Tu gradiens mortis uictor, ſed ad æthera, Chriſte,
Hanc reſeras nobis, quæ uia clauſa fuit.

Argumentum.

Euangeliſta Lucas hic initio uoluminis hiſtoriæ ſuæ de geſtis Apoſtolorum, primum quaſi in ſumma indicat, quæ de uita & doctrina Meßiæ exhibiti fuſius ſcripſit in priore ſuo uolumine, uidelicet de natiuitate humana Chriſti, de doctrina & miraculis, de paßione, morte, & reſurrectione eius, & quibus argumentis Chriſtus ſuam reſurrectionem coram diſcipulis manifeſtè declarauerit, conuerſans & colloquens cum illis familiariter integros quadraginta dies, de regno ſuo ſpirituali. Secundo exponit, quomodo Chriſtus præceptum dederit ante aſcenſionem ſuam, diſcipulis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ne ab Hieroſolymis diſcederent, ſed ibi expectarent congregati ſpiritum ſanctum promiſſum, quem accepturi eſſent in die Pentecoſtes, demiſſum cœlitus, iuxta promiſsionem patris. Tertio oſtendit, quanta fuerit in ipſis diſcipulis etiam poſt reſurrectionem Chriſti, infirmitas & ignorantia de regno Meſsiæ, quod arbitrati ſunt fore corporale, & mundanum imperium, in quo Chriſtus & ipſi dominaturi eſſent in toto orbe terrarum, ſubiectis ſibi Romanis, à quibus Iudæi id temporis oppreſsi erant. Hanc carnalem diſcipulorum & falſam imaginationem de regno ſuo, hic reprehendit Chriſtus, et docet ſuum regnum fore ſpirituale, in quo ipſi per miniſterium Euangelij collecturi eſſent Eccleſiam ex humano genere, per uniuerſum mundum, ad quod ipſis opus miſſurus eſſet ſpiritum ſanctum. Quarto narrat, quomodo Chriſtus aſcenderit in cœlum, ſubductus per nubem ab oculis diſcipulorum, & aſtiterint ipſis duo Angeli, qui concionati ſunt eis de reditu Chriſti in extremo iudicio, ut conſolarentur diſcipulos, & Eccleſiam, quód Chriſtus iterum aliquando rediturus eſſet, & Eccleſiam ſuam oppreſſam in hac uita omnibus periculis & ærumnis, ad ſe adducturus in cœlum, quo ipſe præceſsit caput Eccleſiæ. Interea autem Chriſtus non eſt ocioſus in cœlo, ſed colligit ſibi quotidie Eccleſiam per uocem Euangelij, exaudit eam, remittit peccata, ſeruat & defendit eã

mirabili-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

mirabiliter, interpellat pro ea apud æternum Patrem, quod regnum eius eſt ſpirituale in hac uita, de quo Prophetæ concionati ſunt.

EPISTOLA, *Actorum* I.

SVperiore quidem volumine, diximus, ô Theophile, de omnibus quę cœpit Ieſus tum facere, tum docere, ad eum vſq; diem, quo, poſtquam impertitus in hoc ipſum, ſpiritum ſanctum, mãdata dediſſet, quos delegerat, Apoſtolis, ſurſum aſſumptus eſt: Quibus etiã ſeipſum exhibuerat viuentem, poſteaq; ſupplicio eſſet affectus; idq; com pluribus argumẽtis, dum per dies quadraginta cõſpicitur ab illis, ac loquitur eis de regno Dei. Et congregans illos in idẽ loci, præcepit eis, ne diſcederent Hieroſolymis, ſed vt expectarent promiſſum patris, de quo, inquit, audiſtis ex me: Quoniam Ioannes baptizauit aqua, vos autẽ baptizabimini ſpiritu ſancto, poſt dies hoſce non multos. Illi igitur, vbi conueniſſent, percontabantur illum, dicentes: Domine, num in tempore hoc reſtitues regnum Iſraëli? Dixit autem ad illos: Non eſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

veſtrum noſſe tempora, & articulos tẽporum, quos pater in ſua ipſius conſtituit poteſtate: Sed accipietis virtutem, poſteaq̃ ſpiritus ſanctus aduenerit ſuper vos. Et eritis mihi teſtes, non ſolũ Hieroſolymis, verumetiam in vniuerſa Iudęa, Samariaq́, deniq́ vſq́ ad extrema terræ. Atq́ hęc locutus, videntibus ijſdem, in altum ſublatus eſt, & nubes ſubduxit illum ab oculis eorum: Cumq́ eſſent defixis in cœlum oculis, eunte illo, ecce viri duo aſtiterunt illis amicti veſtibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid ſtatis intuentes in cœlum. Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.

EXPLICATIO TEXTVS.

Superiore quidem. *Apoſtrophe ad Theophilum, cui & hoc hiſtoricum opus dedicauit, qua breuiter indicat ſummam eorũ, quæ in priore opere cõplexus eſt, uidelicet, uitã et doctrinã Chriſti, ſeu exhibiti Meßiæ, itẽ acta et dicta ipſius Chriſti poſt reſurrectionem uſq́; ad diem Aſcenſionis, quo ſublatus eſt in cœlũ.* Ieſus. *Id eſt, Meßias promiſſus liberator humani generis, quem ſe eſſe Chriſtus tum doctrina, tum mirandis operibus declarauit,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

quæ Lucas & cæteri Euangeliſtæ memoriæ tradi
derunt. **Tum facere.** Id eſt, edere miracula, qui
bus doctrinam ſuam, ut ueram et cœleſtem, decla-
rauit. **Tum docere.** Id eſt, prædicare Euange-
lium de regno Dei, quo omnes uocauit ad pœniten
tiam et remiſsionē peccatorum petendam, et expe
ctandam à deo fide propter ſe, hoc eſt, ſuum meri-
tum. ſicut inquit Matt. 4. Agite pœnitentiam, quia
appropinquat regnū cœlorum. Oſtenditur autem
hic duplex officiū Eccleſiaſtæ, hoc eſt, doctoris Ec
cleſiæ, primùm, ut uera et ſalutaria doceat. Dein-
de, ut etiā exemplo piæ ac honeſtæ uitæ doctrinam
ſuam exornet et confirmet, ne ſcandalis auditorū
animi abalienētur ab Euangelio. Vnde inquit Pau
lus 1. Tim. 3. Oportet Epiſcopū eſſe irreprehenſibi
lem **Ad eum vſq; diem.** Id eſt, uſq; ad diē aſ-
cēſionis, qui quadrageſimus fuit à die reſurrectio
nis. **Poſtq̃ mandata dediſſet.** Videlicet de
prædicando Euangelio de regno Dei in uniuerſo
mundo, et baptiſando omnes gentes in nomine, hoc
eſt, autoritate, ſeu mandato Dei patris, filij et ſpiri
tus ſancti, Mar. 16. Matth. 28. **Impertitus in
hoc ipſum.** Videlicet ad conſtanter et feliciter
exequendum miniſteriū docendi Euangelij, et ad-
miniſtrādi baptiſmatis, ut illud efficax eſſet in mē
tibus auditorū, et ſalutare multis, et auderent con
fiteri doctrinam Euangelij apud tyrannos, et per-
ſecutores. **Impertitus eſſet.** Ioan. 20. ubi inq̄t:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

*Accipite ſpiritum ſanctũ, quorumcũq; remiſeritis
peccata, remittuntur eis: & quorumcunq; retinue
ritis, retenta ſunt.* Spiritum ſanctum. *Id eſt,
donũ ſpiritus ſancti, non illud ſpeciale uariarũ lin
guarum, & edendi miracula, quod in die Penteco
ſtes acceperunt uiſibili ſpecie, ſed generale remit-
tẽdi peccata, & prædicãdi Euãgelij.* Quos de-
legerat. *Id eſt, quos ad prædicandũ Euangelium
in uniuerſo mũdo peculiariter uocauerat, Mat. 4.
quos ob id habuit apud ſe toto tempore ſuæ præ-
dicationis, teſtes, id eſt, doctrinæ auditores, & ſpe
ctatores miraculorum.* Quibus etiam ſe-
ipſum. *De teſtimonijs ueræ reſurrectionis Chri-
ſti, quæ apud Euangeliſtas multa leguntur. Præci
puè aũt & frequentius ſe Apoſtolis manifeſtauit,
tanquã teſtibus. Vnde inquit Petrus Act. 10. Hunc
(Ieſum crucifixum) Deus ſuſcitauit tertio die, &
dedit eũ manifeſtũ fieri, nõ omni populo, ſed teſtib.
præordinatis à Deo, nobis, qui manducauimus &
bibimus cum illo, poſtquam reſurrexit à mortuis:*
Dum per dies. *Expoſitio ſeu cõmemoratio ar
gumentorũ reſurrectionis Chriſti, quorũ duo præ
cipua recenſet. Primũ, cõſpectum Chriſti poſt re-
ſurrectionẽ. Secũdum, colloquiũ eius familiare, &
multorũ dierũ, uidelicet, quadraginta, cum Apoſto
lis, quib. adduntur ex Euãgeliſtis mãducatio, Lu.
24. & cõtrectatio, Ioan. 20. ubi inquit ad Thomã:
Adfer manum tuã, & mitte in latus meũ, & noli*

eſſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

eſſe incredulus, ſed credulus. Et loquitur. Regnum Dei ſeu Chriſti in hac uita eſt primùm deuaſtatio regni Diaboli, peccati & mortis, iuxta promiſſionẽ Gen. 3. Semen mulieris conteret caput ſerpentis, id eſt, abolebit peccatum & mortẽ. Secundo, ordinatio ſeu inſtitutio miniſterij Euãgelij, per quod uocantur homines ad agnitionẽ Dei & Chriſti, datur ſpiritus ſanctus, qui efficax eſt in credentibus. Tertio, remiſſio peccatorũ, & donatio uitæ æternæ. Quarto, interpellatio pro Eccleſia apud patrẽ, & exauditio. Quinto, conſeruatio Eccleſiæ in periculis: de hoc regno Dei locutus eſt Chriſtus diſcipulis poſt reſurrectionem ſuã, quale illud ſit, & quæ ſint eius æterna beneficia, uidelicet uictoria aduerſus Diabolum, remiſſio peccatorum, donatio ſpiritus ſancti & uitæ æternæ, de quibus Prophetarũ dicta de regno Meſſiæ omnia intelligenda ſunt. Et cõgregans. Hæc acta ſunt in ipſo die Aſcẽſionis in mõte Oliueti, unde in cœlũ ſublatus eſt. In idẽ loci. Id eſt, in Bethaniã, ſicut teſtatur Luc. 24. prioris uoluminis, ubi inquit Chriſtus ad Apoſtolos: Et ego mittã promiſſum patris mei in uos. Vos aũt ſedete in ciuitate Hieroſolyma, quoadusq; induamini uirtute ex alto. Eduxit aũt eos foràs in Bethaniã, & eleuatis manib. ſuis, benedixit eis, & factum eſt, dũ benediceret illis, receſſit ab eis, & ferebatur in cœlum. Ne diſcederẽt ab Hieroſolymis. Quia hinc prædicatio Euãgelij

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

inchoari debebat, & ſpargi uox eius in uniuerſum mundum, iuxta illud Eſai. 2. De Zion exibit Lex, et uerbum Domini de Hieruſalem. Promiſſum patris. Hoc eſt, ſpiritũ ſanctum, quẽ Deus pater in ueteri teſtamento per Prophetas promiſit Eccleſiæ. Vt cum inquit Eſai. 2. Effundã ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionem meam ſuper ſtirpem tuã. Et Ezech. 36. Spiritum meum ponam in medio ueſtri. Et Iocl 2. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. Sic & Chriſtus inquit, Ioan. 14. Patrem eſſe miſſurum ſpiritum ſanctum in ſuo nomine. De quo audiſtis ex me. Scilicet patrẽ miſſurum eſſe uobis ſpiritum ſanctum, ut cum inquit Ioan. 14. Paracletus ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille docebit uos omnia. Item: Et ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis, ut maneat uobiſcum in æternum, ſpiritum ueritatis. Quoniam. αἰτιολογία, quæ diſcrimen continet inter Chriſtum et Ioannẽ Baptiſtam, et inter utriuſq; Baptiſmũ. Chriſtus eſt dator ſpiritus ſancti et uitæ æternæ: Ioannes eſt tantum miniſter Chriſti, ſicut alij Prophetæ, Apoſtoli, & oẽs ueri doctores & gubernatores Eccleſiæ. Dat igitur Chriſtus in Baptiſmo ſpiritum ſanctum: Ioãnes adminiſtrat externam ceremoniam. Vnde inquit: Ioannes baptizauit uos aqua, id eſt, externã ceremoniam adminiſtrauit in ſignũ pœnitentiæ, et remiſſiõis peccatorum, uos autem baptizabimini,

id

id eſt, replebimini ſpiritu ſancto in die Pentecoſtes. Sic inquit & Baptiſta, Ioan. 1. Hic (Ieſus) eſt, qui baptizat in ſpiritu ſancto, id eſt, ſolus confert ſpiritum ſanctum Eccleſiæ, quē ego conferre non poſſum, ſed externam tantum adminiſtro ceremoniam, per quam efficax eſt Chriſtus, dans ſpiritum ſanctum ijs, qui baptizantur. Illi igitur. Curioſitas et ignorantia diſcipulorum de regno Meßiæ, quod ex mala inſtitutione Phariſæorum, ſomniarunt fore politiam mundanam, in qua, deuictis & expulſis Romanis, ipſi cum Chriſto reſuſcitato deinceps dominaturi eſſent in ſumma tranquillitate & gaudio, quam imaginationem de corporali regno, et curioſitatem diſcipulorum hic reprehendit Chriſtus, et docet quale ſit ſuum regnum, uidelicet ſpirituale, conſiſtens in miniſterio, ſeu prædicatione Euangelij, uirtute et efficacia ſpiritus ſancti, et quod ſit futurum Apoſtolorum officium in mundo, uidelicet annunciare Euangelium, et teſtari de beneficijs ſuis, de morte et reſurrectione, & horum fructu, de remißione peccatorum, iuſtitia, & uita æterna, ad quod miniſterium promittit eis ſpiritū ſanctum, qui in eis futurus ſit efficax in docendo, edendis miraculis, et confitendo ſub cruce Euangelium coram tyrannis & impijs. Domine. Quæſtio diſcipulorū curioſa & intempeſtiua de reſtauratione regni Iſraelitici terreni, de quo dicta Prophetarum de regno Meßiæ malè intellexerūt. Ideo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

hic quærunt de eius regni reſtauratione, quia ſceptrũ à Iuda ablatũ iã erat, iuxta Prophetiã Iacob, Gene. 49. & regnum ad Romanos translatũ, & dura ſeruitute præmebantur Iudæi. In hoc regno corporali, ſcilicet Meßiæ, petunt filij Zebedæi ſedere, alter ad dexteram, alter ad ſiniſtram Chriſti, Matth. 20. In hoc tempore. Noui teſtamenti, ſeu reſurrectionis Chriſti à morte. Reſtituis. Deuictis & eiectis Romanis ex Iudæa & Hieruſalem, qui regnum ui occupatum obtinebant. Iſraëli. Id eſt, populo Iſraëlitico, ſeu Iudæis, qui propter peccata regnum amiſerant, translatum ad Romanos, & Herodem regem alienigenam. Non eſt veſtrum. Reprehẽſio modeſta curioſitatis diſcipulorum, quã Chriſtus tanquam inutilem & nõ neceſſariã humaniter reijcit, quia de hac reſtitutione Deus in uerbo ſuo nihil reuelauerat Eccleſiæ. Reprehendũtur autem hic omnes curioſi, & intẽpeſtiuè diſputantes de rebus, quæ non ſunt reuelatæ aut expreſſè traditæ in ſcriptura. Sed accipietis. Promißio ſpiritus ſancti accipiendi in die Pentecoſtes, cuius uirtute & præſentia prædicauerunt Apoſtoli Euangeliũ, et miracula ediderunt, & miniſterium eorum fuit efficax et ſalutare in auditoribus. Et eritis mihi teſtes. Officium Apoſtolorum, teſtari de Chriſto, de eius perſona, q. ſit uerus Deus & uerus homo, & de beneficijs mortis et reſurrectionis eius per uniuerſum orbem terrarũ,

ſicut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſicut inquit: Ite in uniuerſum mundum, & prædicate Euangelium omni creaturæ. Marc. 16. **Vſq; ad extrema.** Iuxta illud Pſal. 18. Exiuit ſonus eorum in omnem terram, & uerba eorũ in omnes fines terræ. Eſt igitur prædicatio Euangelij uniuerſalis, offerens beneficia Meſsiæ omnibus hominibus, Iudæis & gentibus, & ſaluantur omnes, qui Euãgelio uerè aſſentiũtur. **Atq; hęc locutus.** De Aſcenſiõe Chriſti uiſibili in cœlũ, quæ primùm teſtes habuit ipſos diſcipulos Chriſti, numero 120. ut in hoc cap. Act. 1. Lucas teſtatur. Vel ut alij ex 1. Corinth. 15. tradunt, plus quàm quingentos fratres, quibus Chriſtus ſimul uiſus eſt. Deinde duos angelos, qui de Chriſti reditu ad extremum iudicium concionati hic ſunt diſcipulis. **Amicti veſtibus albis.** Veſtes albæ ſignificant primũ gaudium Eccleſiæ de Aſcenſione Chriſti in cœlũ. Deinde uictoriam glorioſam, & triumphalem pompam patriarcharum, & aliorum piorum, qui unà cum Chriſto in cœlũ aſcenderunt. Sicut inquit Pſal. 67. Aſcẽdit in altum, & captiuã duxit captiuitatem, & dona dedit hominibus. **Viri Galilęi.** Concio angelorũ, qua primùm reprehendunt inutilem expectationem diſcipulorum, quaſi Chriſtus rediturus iam ſit, & apparitурus iterum Eccleſiæ, corporali & uiſibili ſpecie, ante extremum diem, ſicut aliquoties iam apparuerat diſcipulis poſt reſurrectionem, quod futurum negant: aderit tamen

Chriſtus præſens Eccleſiæ uſq; ad finem mundi inuiſibiliter colligens ſibi Eccleſiam, defendens & ſeruans eam. Sicut inquit Matth. ult. Ecce ero uobiſcum omnibus diebus uſq; ad conſummationē ſeculi. Hic Ieſus. Prædictio de reditu Chriſti in nouiſsimo die ad iudicium, in quo Eccleſiam æterna gloria exornabit, perſecutores autem & impios abijciet in perpetuos cruciatus. Hic Ieſus. Qui eſt promiſſus Meßias, ſeruator humani generis, præter quem alius non eſt iam expectandus. Sic ueniet. Eodem ſcilicet corpore glorificato, ſeu in humana natura, quam ex Maria aſſumpſit, et in quo conuerſatus eſt inter homines, paſſus eſt, & reſurrexit. Veniet. In nube, quæ ipſum ab oculis diſcipulorum ſubduxit. Sicut inquit Chriſtus ad Iudæos Mar. 14. Videbitis filium hominis ſedentem à dextris uirtutis Dei, & uenientem cum nubibus cœli. Aſſumptus eſt. Marcus addit: Et ſedet ad dexteram Dei. quibus uerbis docet, Chriſtum eſſe æqualem patri, non eſſe ocioſum in cœlo, ſed colligere ſibi Eccleſiam æternam ex humano genere, eam defendere & ſeruare, impedire conatus Diaboli, & membrorū eius, ne Eccleſiam prorſus deleant. Sicut dicitur in Pſal. Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.

OBIECTIONES quatuor.

I. De regno Meßiæ.

Eſaias inquit, capite 2. de regno Meßiæ: Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas in falces; non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltrà prælia;

Ergo regnum Meſsiæ erit corporalis politia, in qua homines victuri ſunt in ſumma tranquillitate & pace, cuiuſmodi regnum Chriſti Anabaptiſtæ ſomniant.

RESPONSIO.

Fallacia eſt æquiuocationis ſeu phraſeos. Nam Propheta his figuris ſumptis à tranquillitate ſeu pace regnorum mundi, ſignificat in Eccleſia tempore Chriſti ſeu noui Teſtamenti, fore ſummã unitatem, ſeu concordiam animorum, obedientium Euangelio, & habituros eos pacem, hoc eſt, reconciliationem cum Deo per filium mediatorem. De hac pace inquit Paulus Rom. 5. Iuſtificati fide pacem habemus cum Deo: de illa, ad Rom. 12. Pacem habete cum omnibus, quantum in uobis eſt.

II. De duplici Aſcenſione Chriſti in cœlum.

Chriſtus primùm ſublatus eſt in cœlum quadrageſimo die poſt reſurrectionem;

Ergo ante illud tempus non aſcendit in cœlum, nec in cœlo fuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Reſpondeo ad maiorem, per diſtinctionem: Sublatus eſt in cœlum quadrageſimo die, coram diſcipulis uiſibiliter, deuicto iam antè peccato, morte & Diabolo. Hanc ſuam inuiſibilem aſcenſionem, uiſibili quaſi declarauit in triumpho coram Eccleſia. De uiſibili igitur aſcenſione intelligendum eſt dictum Chriſti ad Mariam Ioan. 10. Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad patrem meum. Chriſtum autē ſeu filium Dei ſemper fuiſſe in cœlo, ſecundum diuinam naturam, teſtatur ipſe Chriſtus Ioan. 3. Nemo aſcēdit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, filius hominis, qui eſt in cœlo. Vnde Ruffinus ait, in expoſitione Symboli: Aſcendit in cœlos, non ubi uerbum Deus antè non fuerat, quippe qui erat ſemper in cœlis, & manebat in patre, ſed ubi caro factum antè non ſedebat.

III. *De Aſcenſione noſtrorum corporum in cœlum.*

Paulus inquit 1. Corinth. 15. Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt:

Ergo corpora noſtra non aſcendent in cœlum: ſed animæ tantùm, ut Martiani & Valentiniani heretici docuerunt.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia Paulus loquitur de carne & ſanguine, ſeu corporibus noſtris, ut ſunt

nunc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

nunc mortalia & obnoxia peccatis, non de glorificatis, depoſita mortalitate, quale corpus Chriſti fuit poſt reſurrectionem, cui noſtra corpora conformia reddentur, ut dicit Paulus ad Philippen. 3.

IIII. An Chriſtus certo alicui loco in cœlo affixus ſit.

Chriſtus aſcendens in altum, reſedit ad dexteram patris:
Ergo certo loco affixus eſt.

RESPONSIO.

Aſcendere in cœlum, eſt eum uiſibilem præſentiam Eccleſiæ ſubduxiſſe: & ſedere ad dexteram patris, eſt habere eandem poteſtatem cum patre, implentem omnia. Sicut inquit Paulus Ephe. 4. Chriſtus aſcendit ſuper omnes cœlos, ut impleat omnia, id eſt, ut regnet ubiq; Dominus & Rex ſuper oẽs creaturas, angelos, homines, & diabolos.

DOMINICA VI. POST Paſcha (Exaudi) Epiſtola de fructibus fidei, de ſobrietate, oratione, charitate proximi, hoſpitalitate, ac fide præſtanda in uocatione. Priori Pet. IIII.

Tetraſtichon.

Eſt fidei fructus ueræ, dilectio fratris,
Hoſpitis hæc curas officioſa leuat.

Sobria

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Sobria quam ſequitur uigilanſq; oratio ſemper,
Curaq́; tradendi dogmata rite Dei.

Argumentum.

Exhortatio eſt ad fructus fidei, primùm ad ſobrietatem, orationem, charitatem mutuam, & hoſpitalitatem, ſeu beneficentiam erga exules propter Euangelium. Deinde ad ſedulitatem in adminiſtranda uocatione, iuxta menſuram cuiuſq; doni ſeu gratiæ Dei, quæ uaria eſt in ſingulis membris Eccleſiæ. Tertio monet miniſtros ſeu doctores Eccleſiæ, ut ſolum uerbũ Dei traditum in ſacra ſcriptura per Prophetas, per Chriſtum & Apoſtolos, doceant in Eccleſia, nõ humanas traditiones, Sicut inquit: Si quis loquitur, loquatur ut eloquia Dei: idq́; facient non propria fidentes ſapientia, ſeu ratione humana, ſed uirtute Dei, qui præſens adeſt fideliter docentibus, dat eis ſpiritum ſanctum, ut colligat & conſeruet ſibi Eccleſiam in humano genere, à qua ipſe uerè agnoſcatur, colatur & celebretur, per filium mediatorem.

EPISTOLA, 1. Pet. 4.

SItis ſobrij & vigilantes ad orãdum. Ante omnia verò charitatem inter vos vehemẽtem habentes. Nam charitas operit multitudinẽ peccatorũ. Hoſpitales eſtote erga vos inuicẽ ſine murmurationibus. Vt quiſq; accepit donũ,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ita alius in alium illud miniſtrantes, ut boni diſpenſatores variæ gratiæ Dei. Si quis loquitur, loquatur vt eloquia Dei. Si quis miniſtrat, miniſtret tanquam ex virtute, quam ſuppeditat Deus; vt in omnibus glorificetur Deus per Ieſum Chriſtum. Cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

EXPLICATIO TEXTVS.

Sitis igitur. *Propoſitio primæ exhortationis ad ſobrietatem & uigilantiam, ut mens orationi uacare poßit, quod facere nō poteſt, cum crapula & ebrietate eſt obruta. Vnde Chriſtus inquit Lucæ 21. Attendite uobis, ne fortè grauentur corda ueſtra crapula & ebrietate, & curis huius uitæ. Item: Vigilate itaq; omni tēpore, orantes ut digni habeamini fugere iſta omnia, quæ futura ſunt, & ſtare ante filiū hominis. Et eſt hæc quaſi concluſio præcedentis dicti, quo Apoſtolus nos ad pœnitentiam & mortificationē carnalium deſideriorū hortatur: primùm à breuitate huius uitæ, inquiens: Omniū finis appropinquabit. Deinde à futuro iudicio, in quo omnes reddituri ſunt rationē factorum ſuorum, ei, qui paratus eſt iudicare uiuos & mortuos.* Sitis ſobrij. *Sobrietas eſt uirtus, qua tēperamus appetitum cibi ac potus, et in tota uita adhibemus moderationē quandam, nō ſolùm appetitus,*

ſed

ſed etiam affectuum. Et eſt hæc uirtus neceſſaria ad inuocationem. Nã mẽs onerata immodicè uino & crapula, intendere cogitationem non poteſt. Inuocatio autem ſine hac attentione, quem inuocemus, & propter quem exaudiamur, uera non eſt, neq; exauditur à Deo. Vnde ſcriptura ubiq; ferè ſobrietatem et orationem coniungit. Vigilãtes ad orandum. Exigit Chriſtus uigilantiã, attentionem, alacritatem & aſsiduitatẽ in orando, cùm inquit: Inſtanter orate, & non deſinite. Et quia mandata eſt inuocatio, certum eſt nõ eſſe irritam, ſed impetrare quæcunq; petimus fiducia mediatoris. Sicut inquit Chriſtus: Quæcũq; petitis patrem in nomine meo, credite q̃ accipietis, & erunt uobis. Ante omnia. Secunda exhortatio ad præſtanda officia charitatis, quam uult eſſe non falſam, ſed uehementem & ueram, qua miſerorum ærumnis non ſolùm afficimur, ſed etiã reipſa eos iuuamus. Deinde ignoſcimus erratis & offenſionibus proximi, de quo membro hic proprie loquitur Apoſtolus. Nã charitas. αἰτιολογία ſumpta ab effectu charitatis in hac ciuili conſuetudine, qui eſt offenſarũ condonatio, et diſsimulatio, unde exiſtit pax & cõcordia, non ſolùm in Eccleſia, ſed etiam in politijs & œconomijs. Eſt aũt ſumpta ſententia ex cap. 10. Prouerb. ubi loquitur Salomon, nõ de remiſsione peccatorũ corã Deo, quæ eſt gratuita propter Chriſtũ, ſed de ἐπιεικείᾳ, hoc eſt, æquitate,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

æquitate, candore & condonatione offenſionum, & erratorum proximi, quæ charitas quia uindictæ non eſt cupida, tegit, diſsimulat, & remittit, primùm propter mandatum Dei, et promiſsionem. Sicut inquit Chriſtus Matth. 7. Remittite, & remittetur uobis. Secundo, propter publicam pacem, quæ turbatur, cum omnes iniurias perſequimur. Tertio, quia & ipſi indigemus condonatione multorum errorum, tum diuina, tum humana. Quarto, ne turbetur inuocatio, & noſtra, & aliorum. Charitas. Id eſt, ἐπιείκεια, id eſt, moderatio animi, lenitas, manſuetudo. Teget. Diſsimulabit, condonabit. Multitudinem. Non noſtrorum, ſed alienorum, quæ charitas tolerat et diſsimulat, cauſa publicæ & priuatæ tranquillitatis Hoſpitales. De hoſpitalitate ſeu beneficentia ergà exules egenos, qui propter confeſsionem Euangelij eiecti ſunt ex ſedibus, quales in primitiua Eccleſia multi fuerunt, ut Euſebius teſtatur. Sine murmurationibus. Id eſt, ſine difficultate, iuxta illud Eccleſiaſt. 35. Hilarem datorem diligit Deus. Vt quiſq;. Tertia exhortatio ad diligentiam & ſedulitatem in obeunda uocatione, iuxta menſuram doni, quod cuiq; Deus pro ſua uoluntate tribuit, ad utilitatem Eccleſiæ, ſeu proximi. Monet autem præcipuè quatuor hic locus. Primum, ut ſuũ quiſq; munus diligenter adminiſtret et exornet, non inuadat temere alienam uocationem, uel petulantia ali

qua,

qua,uel πολυπραγμοσύνῃ,ſed ut Paulus inquit ad Theſſalonicenſes,quiſq; propria faciat. Deinde,ut in uocatione imploremus & expectemus diuinum auxilium & præſentiam, ſine qua labores ſunt irriti. Vnde addit Petrus,adminiſtret munus ex uirtute,quam Deus ſuppeditat. Et Salomon inquit: Ne innitaris prudētiæ tuæ. Tertio,ut ſtatuamus opera piæ uocationis placere Deo, prælucēte fide, & ab ipſo iuuari conatus. Sicut inquit Pſal. Cōmenda Deo uiam tuam,& ipſe faciet. Quarto, præſtandam eſſe obedientiā Deo,nec deſerendā uocationem deſperatione, ſi labores uidentur irriti. Prohibetur et ocium, quia uult Deus,ut unuſquiſque ſuo loco, in ſua uocatione,iuuet Eccleſiam & communem ſocietatem. Vt quiſq; accepit. *Id eſt,ne ſinat donum negligētia uel ſocordia interire, ſed illud exerceat, & utatur eo ad aliorum utilitatem. Deinde nō ſtultè moliatur maiora uiribus, ſed inſeruiat alijs pro mediocritate doni, in timore Dei.* Vt boni diſpenſatores. *Monet hic Apoſtolus de cauſa finali donorum, quæ propterea conferuntur nobis à Deo,ut alijs inſeruiamus, tanquā œconomi & diſpenſatores omnia referre debent ad conſeruationem familiæ.* Varię gratiæ Dei. *Id eſt,uariorum donorū,quæ Deus diſtribuit unicuiq; iuxta ſuā uoluntatē, ad propagationē & cōſeruationē miniſterij in Eccleſia.* Si quis. *Subijcit nunc ſpecialem admonitionē, quæ proprie ad docto-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

doctores Eccleſiæ pertinet, quos monet, ut in Ec-
cleſia proponant ac ſonent uocem Dei, quam reue
lauit Eccleſiæ per Prophetas, filium, & Apoſto-
los. Primum de ſua diuina eſſentia & uoluntate.
Deinde de cultibus ipſi acceptis. Tertio de mori-
bus noſtris, & ne ſanam ac ſalutarem doctrinam
deprauent corruptelis humanarum traditionum,
nihil ei uel addant uel adimant. Sicut inquit Deus,
Deut. 4 Non addetis ad uerbũ, quod uobis loquor,
nec auferetis ex eo. Item Prouer. 33. inquit Salo-
mon: Ne addas quicquam uerbis illius (Dei) & ar
guaris, inueniariſq; mẽdax. Si quis loquitur.
Id eſt, docet Eccleſiam de eſſentia et uolũtate Dei,
de cultibus Eccleſiæ, et gubernatione morum, de
quibus extra uerbum Dei mens humana in tanta
caligine non rectè iudicat. Ergo continẽda eſt in-
tra metas traditæ doctrinæ à Deo, humano gene-
ri. Vt eloquia Dei. Id eſt, ea tantum doceat et
aſſeueret in Eccleſia, quæ ſcit certè uocem Dei eſ-
ſe, reuelatam in ipſius uerbo, de eſſentia Dei, uo-
luntate eius, & cultibus. Iuxta dictum Pſal. Lucer
na pedibus meis uerbum tuum, Domine. Si quis
miniſtrat. Alia ſpecialis admonitio, pertinens
peculiariter ad gubernatores Eccleſiæ, ut Diaco-
nos, & ſimiles miniſtros. Tametſi de doctoribus et
interpretibus ſcripturæ rectè intelligi poteſt, quos
monet, ne in miniſterio docendi & gubernandi Ec-
cleſiam, propria ſapientia fidant, ſed uirtute Dei,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

quo adiuuante, ſolum efficax & ſalutare eſt miniſterium Dei. Sicut inquit Baptiſta, Ioan. 1. Nemo poteſt ſibi aliquid ſumere, niſi ei datum fuerit deſuper. Et ipſe Chriſtus Ioan. 15. Sine me nihil poteſtis facere. Et Paulus 1. Corin. 4. Noſtra ſufficientia ex Deo eſt. Vt in omnibus. Cauſa finalis omniũ actionum noſtrarum, & miniſteriorum Eccleſiæ, celebratio nominis Dei, qui ideo ſibi Eccleſiam ex immenſa bonitate colligit & conſeruat in humano genere, ut ipſe à nobis agnoſcatur, & glorificetur in uita æterna, & aliqui ſaltem ſaluentur, & participes fiant ſuæ beatitudinis & gloriæ. Per Ieſum. Id eſt, propter Ieſum Chriſtum, uel in Ieſu Chriſto, Quia nulla eſt extra filium uera notitia Dei, nullus cultus aut celebratio Deo placens. Sicut inquit Chriſtus: Nemo nouit patrem, niſi filius. Item, Nemo uenit ad patrē, niſi per me. Cui. Gratiarum actio, ſeu celebratio ingentium & æternorum beneficiorum Dei, quibus Eccleſiam exornat in filio, conſeruans miniſterium Euangelij in humano genere, contra malitiam & potentiam Diaboli, & membrorum eius. Gloria. Agnitio & celebratio miſericordiæ, ſapientiæ, bonitatis, iuſtitiæ, & omnipotentiæ Dei. Imperium. Id eſt, uictoria, & dominium aduerſus hoſtes Dei, & Eccleſiæ, Satanam, & membra eius, quæ deuaſtant Eccleſiam, & impellunt homines ad peccata, ut ſcandalis deformetur cœleſtis doctrina. In ſecu

la.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

la. Id eſt, hæc uictoria aduerſus diabolum & membra eius, & celebratio Dei, ſit aſsidua in Eccleſia, quæ celebrabit Deum in uita æterna, abiectis impijs in æternos cruciatus, cum diabolis.

OBIECTIONES quinq;.

I. De charitate operiente multitudinem peccatorum.

Charitas operit multitudinem peccatorum:

Ergo dilectio tegit peccata noſtra coram Deo: & per conſequens, mereatur condonationem peccatorum.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam: Quia aliud eſt in conſequente, quàm in antecedente. Nam antecedens loquitur de mutua condonatione peccatorum inter homines, qua pleraq; delicta diſsimulamus, nec omnes iniurias perſequimur, quod oſtendit antitheſis apud Salomonem cap. 10, Odium excitat rixas, ſed omnia delicta tegit dilectio. Non loquitur igitur de remiſsione noſtrorum peccatorum, quæ tantum fit gratis fide, propter merita Reconciliatoris, non propter noſtram dilectionem, ſeu dignitatem noſtrorum operum.

II. De Oratione.

Chriſtus inquit: Inſtanter orate, & non deſinite:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Ergo omni tempore eſt orandum, & nihil agendum aliud.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt ambiguitas in dicto Chriſti. Nam loquitur non de externo opere, ſed de uoluntate ſeu ſpiritu, cuius ſuſpiria & uota debent eſſe aſsidua ad Deum. Recitatio autem uerborum fieri debet, quoties uacat præ alijs neceſſarijs operibus uocationis. Iuxta regulam: Præcepta adfirmatiuæ de externis operibus, obligant ſemper, ſed non pro ſemper, Id eſt, externum officium præſtandum eſt, quando fieri poteſt, & offertur occaſio, quæ oblata non eſt negligenda.

III. *De eadem.*

Repetitio eſt dubitatio:
Ergo dubitant qui repetunt orationẽ ſeu preces.

RESPONSIO.

Nego antecedens: quia repetitio eſt aſſeueratio prioris petitionis, non dubitatio, ut apparet in muliere Cananæa, Matth 15 et repetendo excitatur mens, & fit ardentior inuocatio, & deſiderium auxilij.

IIII. *De donis.*

Deus variè largitur dona:
Ergo eſt προσωπολήπτης, id eſt, perſonarum

narum acceptor in dandis donis ſpi ritualibus.

Reſpondeo ad antecedens, per diſtinctionem: Deus uariè largitur dona ad utilitatem Eccleſiæ, ut ἐυταξία, hoc eſt, ordo ſeruetur in docendo & gubernando. In donis igitur neceſſarijs Eccleſiæ diuerſitas eſt, non in beneficijs æternis, quæ cuiq; ſunt neceſſaria ad ſalutem In his non reſpicit Deus perſonam, ſed placent quicunq; ipſum timent, et faciunt iuſtitiam, ut inquit Petrus, Act.10.

V. *De liberalitate erga hoſpites.*

Chriſtus inquit, Lucæ 6. Omni petenti te, tribue:

Ergo omnibus hoſpitibus eſt dãdum, & ſic tandem futura erit erogatio omnium facultatum noſtrarum.

RESPONSIO.

Chriſti dictum eſt particulare: Omni date, id eſt, non habete reſpectum perſonæ in dando, ſiue ſit amicus, ſiue inimicus. Sed tamen dandum eſt pro facultatibus, ne nobis ſit afflictio, alijs uero ignauia, ut inquit Paulus. Vnde & Prouerbiorum 5. dicitur de modo liberalitatis: Deriuentur fontes tui forâs, ſed tu dominus illorum eſto.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

DOMINICA PENTECO-
ſtes, Epiſtola, de miraculoſa & uiſibili miſsione Spiritus ſancti. Acto. II.

Tetraſtichon.

Conſcendens cœlos Chriſtus, demiſit ab alto
Diſcipulis donum ſpirituale Patris.
Eſt bonitas ingens deitatis, amorq; ſtupendus,
Quód mentes noſtras incolit ipſe Deus.

Argumentum.

Hiſtorica eſt narratio de miſſo cœlitùs Spiritu ſancto in Apoſtolos, iuxta promiſsionem Chriſti, quæ primum continet circumſtantiam temporis, quo miſſus eſt ſpiritus ſanctus, uidelicet in ipſo die Pentecoſtes, hoc eſt, die quinquageſimo à Paſchate, quo Iudæi celebrabant memoriam promulgatæ legis in monte Sinai. Deinde deſcriptionem perſonæ Apoſtolorũ, quales fuerint, uidelicet concordes, unanimiter expectantes promiſſum donũ ſpiritus ſancti Hieroſolymis. Tertio, qua ſpecie, et quomodo datus ſit ſpiritus ſanctus, in ſonitu ſcilicet uenti uehementis, et linguis igneis, quibus natura & uis ſpiritus ſancti oſtenditur, quæ eſt impellere et accendere mentes uera notitia et amore Dei. Quarto, quæ dona ſecũ attulerit ſpiritus ſanctus, cognitionem uidelicet uariarum linguarum, quibus opus fuit Apoſtolis ad promulgationem doctrinæ Euangelij in toto mundo. Quinto, diuerſita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

tem iudiciorũ de hoc admirando & diuino munere, quod alij gratis mentibus agnouerunt et celebrarunt, alij uero impiè calumniati ſunt, & deriſerunt, adſcribẽtes illud temulentiæ: quam calumniam Petrus reſutauit, primum à circumſtãtia temporis, deinde ſcripturæ teſtimonio.

EPISTOLA, *Actorum 2.*

ET cum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes vnanimiter in eodem loco: Et factus eſt repente de cœlo ſonitus, tanquam impetus venientis flatus vehementis, & repleuit totam domũ, vbi erant ſedentes. Et viſę ſunt illis diſſectæ linguæ, veluti igneæ, ſeditq́ʒ ſuper ſingulos eorum, ac repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, cœperuntq́ʒ loqui alijs linguis, prout ſpiritus ille dabat eloqui illis. Erant autem Hieroſolymis habitãtes Iudæi, viri religioſi, ex omni natione earum, quæ ſub cœlo ſunt. Is rumor cum increbuiſſet, conuenit multitudo, & confuſa eſt, quòd audiret vnuſquiſque lingua ſua illos loquentes. Stupebant autem omnes, ac mirabantur, dicẽtes inter ſeſe: Nónne ecce omnes iſti qui loquuntur, Galilęi ſunt? Et quomodo nos audimus eos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſua quiſq; lingua, in qua nati ſumus, Parthi & Medi, & Elamitæ, & habitatores Meſopotamiæ, Iudeæq; & Cappadociæ, Ponti & Aſiæ, Phrygiæ, & Pamphyliæ, Aegypti & partium Libyæ eius, quæ eſt finitima Cyrenæ, & aduenæ Romani, Iudæiq; & Proſelyti, Cretes & Arabes, audimus eos loquẽtes noſtris linguis magnifica Dei. Stupebant autem omnes, ac mirabantur, intra ſe dicentes: Quidnam vult hoc eſſe? Alij autẽ irridentes dicebant: Muſto expleti ſunt iſti.

EXPLICATIO TEXTVS.

Cũm complerentur. *Primus locus hiſtoriæ, quo tẽpore ſit datus ſpiritus ſanctus, uidelicet in ipſo die Pentecoſtes, hoc eſt, quinquageſimo poſt Paſcha, in quo ſicut olim Iſraelitis lex accuſans et oſtendens peccatum, promulgata eſt in monte Sinai, uoce terribili, ita nunc mittitur eodem die ſpiritus ſanctus, qui inchoet nouum regnum, in quo tollitur peccatum, & mentes renouet, accendens in eis nouos et diuinos motus, cõſentientes legi. Eſt igitur duplex Pentecoſte: Vetus, in qua lex data eſt, accuſans et damnans peccatũ: Et noua, in qua datus eſt ſpiritus ſanctus, inchoans nouum et ſpirituale regnum, in quo offertur condonatio peccatorum gratuita propter mediatorem, & efficax eſt*

ſpiri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſpiritus ſanctus,per miniſteriū Euangelij. **Dum complerentur.** Exactis ſcilicet quinquaginta diebus , à die Paſchatis , ſeu exitus ex Aegypto. **Erant vnanimiter.** Secundus locus,de affectu & moribus Apoſtolorum expectantium unanimiter ſpiritum ſanctum,quo docemur eos tantum accipere ſpiritum ſanctum,qui ſunt unanimes, quorum conſcientia non eſt ſaucia peccatis,agunt pœnitentiam, expectant & petunt ſpiritum ſanctum à Deo.Sicut inquit Chriſtus: Pater meus dat ſpiritum ſanctum petentibus ſe. **In eodem loco.** In cœnaculo Hieroſolymis,ſicut teſtatur Lucas Act. 1,cum inquit: Et cum introiſſent(diſcipuli in Hieruſalem à monte Oliueti) in cœnaculum aſcenderunt,ubi manebant , & omnes erant perſeuerantes unanimiter in oratione. **Et factus eſt repentè.** Tertius locus,quomodo miſſus ſit ſpiritus ſanctus,& qua ſpecie. **Repentè.** Sic datur ſpiritus ſanctus præter expectationem, ne exiſtimetur meritum eſſe noſtrum.Sicut inquit Chriſtus Ioan.3 Spiritus,ubi uult,ſpirat,et uocem eius audis,ſed neſcis unde ueniat,et quo uadat.ſic eſt omnis,qui natus eſt ex ſpiritu. **De cœlo.** Hic oſtenditur,cœleſti regeneratione opus eſſe ad uitam æternam. Sicut inquit Chriſtus Ioan.3.Niſi quis renatus fuerit deſuper per aquam et ſpiritum , non poteſt uidere regnum cœlorum. **Sonitus.** Sic ſpiritus ſanctus eſt efficax in mentibus,quas mouet & impellit, ut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

adſentiantur doctrinæ Euangelij, & mortificent carnalia deſideria. Sedentes. In cœnaculo, orantes & expectantes promiſſionem patris. Et viſæ ſunt. Diſſectæ linguæ ſignificant cognitionem uariarum linguarum, quo dono Apoſtoli ſunt donati à Domino peculiariter, ut ab omnibus gentibus intelligerentur. Velut igneę. Ignis ſignificat efficaciam et energiam prædicationis Euangelij, per quod ſpiritus ſanctus, tanq̃ ignis, accendit mentes uera luce ſeu cognitione Dei, et purificat ac emendat ueterem hominem. Sedit. Donati ſunt ſinguli ſpiritu ſancto, ſeu eius dono. Cœperuntq́ʒ. Effectus ſeu donum ſpiritus ſancti in Apoſtolis, cognitio & uſus uariarum linguarum. Erant autem Hieroſol. Quartus locus continens teſtimonia de hac publica miſſione ſpiritus ſancti, & uaria de eadem iudicia hominum, quorũ alij pij admirati ſunt, et celebrarunt cœleſte donũ, alij ſuperbè deriſerunt, & calumniati ſunt malitioſè. Viri religioſi. Tria genera piorũ hominum id temporis hic recenſet Lucas. 1. Iſraelitas ſiue Iudæos, natos ex ſemine Abrahæ. 2. Proſelytos, qui ex gentibus circumciſi erant, et ſeruabãt ritus Moſaicos. 3. Viros religioſos, hoc eſt, homines ethnicos, incircumciſos, qui à Iudæis accipiebant legẽ Moralem, ſeu Decalogum, et aſſentiebantur promiſſioni de Meſſia, ſed non ſeruabant ceremonias Moſaicas, quales fuerunt, Naaman Syrus, Eunu-

chus Candaces reginæ Aegypti, Centurio Act. 10.
et multi alij ex gentibus, qui ſalutē conſequebātur
per ſolam fidem in promiſſum Meßiam, ſine obſer
uatione legis Moſaicæ ceremonialis, ad quam ſo-
lum ſemen Abrahæ alligatum fuit, hoc eſt, Iudæi,
non gentes. Parthi. Catalogus uariarum gentiū,
qui ex diuerſis nationibus, & prouincijs Hieroſo-
lymis confluxerunt diſcendi gratia, propter cele-
britatem templi, & Scholæ, ſeu Academiæ, in qua
diſcebant Moſen, Prophetas, & diſciplinas libera
les, ut Medicinam, & alias. Parthi. Id eſt, ori-
undi ex Parthia regione Aſiæ minoris. Medi.
Eſt Media regio Aſiæ, Parthiam ab occaſu termi
nans. Elamitæ. Id eſt, Perſæ. Eſt enim Elamis,
uel Elimis (Hebraicè Elam) regio Perſidis in Su-
ſane, μεγάλη, id eſt, magna cognominata, ad
diſcrimen eius, quæ eſt in Media. Hinc Elamitæ,
eius incolæ dicuntur, teſte Vadiano. Meſopota
miæ. Eſt hæc regio Orientalis, inter Tigrim &
Euphraten fluuios, unde nomen habet à μέσος,
id eſt, medius, & ποταμὸς, id eſt, fluuius. Iu-
dæa. Regio eſt Aſiæ maioris, in qua habitabant
Iudæi populus Deo peculiariter quōdam dilectus,
à quo Chriſtus ſecundum carnem natus eſt. Cap-
padociæ. Regio eſt Ponti, Armeniæ confinis.
Ponti. Pontus gen. fœm. regio eſt Aſiæ minoris
inter Armeniā, Colchidē, et mare ſita. Aſię. A-
ſia eſt tertia pars orbis, qui ab Europa, Tanai, ab
Aphrica

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Aphrica uero Nilo ſeparatur, eſtq; duplex: Maior et Minor, quæ has in ſe regiones cõtinet, Phrygiam, Cariam, Lydiam, Lycaoniam, et pleraſq; alias. Phrygiæ. Regio eſt minoris Aſiæ, ſicut & Pamphylia quæ inter Ciliciam & Syriam ſita eſt. Aegypti. Regio eſt Aſiæ, Plinius Aphricæ aſcribit, fœcunda inundatione Nili. Et partium Libyæ. Libya eſt pars Aphricæ, & intelligit Euangeliſta eam partem, quæ Cyrenæ ciuitati Libyæ inter Aegyptum & Syrtes confinis eſt, quæ pars ſeu tractus Pentapolis, à quinq; ciuitatibus appellata eſt. Aduenę Romani. Sic uocat homines Romanos, qui legem Moralem ſeu Decalogum ſeruabant, & uenerant Hieroſolymam propter ſcholam publicam diſcẽdi cauſa, ut ſuprà dictum eſt. Proſelyti. Qui ex gentibus circumciſi ſeruabant legem Moſi ceremonialem. Cretes. Creta inſula eſt maris Mediterranei. Arabes. Populi Arabiæ, quæ regio eſt Aſiæ minoris inter Iudæam et Aegyptum, eſtq; triplex Arabia: felix, petræa, & deſerta. Loquentes magnifica. Id eſt, opera Dei admiranda, & glorioſa de miſſo filio in mundum, paſſo, crucifixo, et reſuſcitato à morte, qui aſcendẽs in cœlos, miſerit ſpiritum ſanctum ſuis Apoſtolis, ut nouum regnum in mundo inchoarent per prædicationem Euangelij, in quo annunciatur omnibus remiſſio peccatorum, reconciliatio cum Deo, iuſtitia, & uita æterna, do-

nanda gratis propter mediatorem. Alij autem deridentes. Calumnia ſeu blaſphemia hoſtium Chriſti, aſcribentium impiè donū ſpiritus ſancti uinolentiæ ſeu ebrietati, quam calumniam D. Petrus in ſua concione refutat. Primo à tempore, quo datus eſt ſpiritus ſanctus, uidelicet matutina hora tertia, quæ nobis eſt nona, Quo tempore inſolitum eſt homines eſſe ebrios. Deinde probat hanc donationē ſpiritus ſancti ex Propheta Ioel. Tertio deſcribit perſonam Chriſti datoris ſpiritus ſancti. Quarto, proponit exemplum conuerſionis ſeu pœnitentiæ, qua docet Deum etiam maxima peccata remittere pœnitentibus, &, ut inquit Paulus: Gratiam exuberare ſuper peccatum, cum remittat Iudæis peccatum interfecti filij: quæ ſumma eſt conſolatio conſcientiarum, ne propter magnitudinem peccatorum deſperent.

OBIECTIONES quatuor.

1. De Spiritu ſancto.

QVÆSTIO.

Eſtne ſpiritus ſanctus natura Deus, & perſona diſtincta à patre & filio?

Reſpon. Eſt. Quia procedit & mittitur à patre & filio: & ipſe Deus inquit, Ioel. 2. Effundam de ſpiritu meo, id eſt, eſſentiæ meæ: & tribuuntur paßim in ſcriptura ſpiritui ſancto opera Dei propria, uidelicet creare, uiuificare, & ſanctificare. Et Chriſtus diſtinguit perſonas diuinitatis, cum

iubet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

iubet baptizare homines in nomine patris, filij, & ſpiritus ſancti. Poſtremo apparuit ſpiritus ſanctus peculiari ſpecie corporali in Baptiſmo Chriſti, & in die Pentecoſtes.

CONTRA.

Vnus eſt tantum Deus, ut inquit Moſes, Deutero. 6. Audi Iſrael, Dominus Deus noſter, Dominus vnus eſt. *Et Eſai. 45. inquit Dominus:* Ego ſum Deus, & nõ eſt vllus præter me:

Ergo Spiritus ſanctus non eſt Deus.

RESPONSIO.

Reſpondeo per diſtinctionem: Vna eſt eſſentia æterna indiuidua creatrix rerum, ſed in hac indiuidua eſſentia, ſunt tres diſtinctæ perſonæ coæternæ, æquè potentes, ſapientes, iuſtæ, & bonæ, ſicut ſe diuinitas patefecit Eccleſiæ, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Et diſcernuntur hoc modo perſonæ, quoties diuinitas intra ſeſe deſcribitur, ſed cum opponitur creaturis, mentio fit unius æternæ eſſentiæ. Eſt igitur Spiritus ſanctus tertia perſona in diuinitate, non factus nec genitus, coæternus patri & filio, ab utroq; procedens ab æterno, qui per uocem Euangelij mititur in corda aſſentientium Euangelio, ut Chriſtum eiusq; beneficium nos doceat, renouet mentes, uiuificet, & ſanctificet, conſoletur, & confirmet nos in cruce, et terroribus peccati, & mortis.

II. *De eodem.*

Deus eſt ſpiritus, *Ioan.* 4.
Pater eſt Deus:
Ergo Spiritus ſanctus non eſt perſona diſtincta à patre, ſed eſt ipſe pater agitans & viuificans creaturas.

Reſpondeo ad maiorem, ſeu dictū Chriſti, in quo ſpiritus, ſignificat eſſentiam ſpiritualem, hoc eſt, uiuam, intelligentem, incorporeā, & efficacem, eſtq; commune nomen patri, & alijs perſonis. Eſſe aūt ſpiritum ſanctum diſtinctam perſonam à patre, nō ipſum patrem agitantem, oſtendit Chriſtus, cum inquit, Ioan. 14. *Rogabo patrem, et aliū paracletum dabit uobis. Cum enim ait, alium, diſcernit à patre & filio hunc paracletum. Nec eſt ſpiritus ſanctus, ut quidam hæretici impiè docuerūt, agitatio creata in animis à patre, quia Chriſtus opera perſonæ tribuit ſpiritui ſancto, cum inquit: Alius paracletus, qui docebit uos, & quæ audiet, loquetur.*

III. *De duplici miſsione ſpiritus ſancti.*

Spiritus ſanctus primum eſt datus Apoſtolis Chriſti in die Pentecoſtes:
Ergo ante id tempus non habuerunt ſpiritum ſanctum.

Reſpondeo per diſtinctionem: Apparuit & da-

tus

tus eſt in die Pentecoſtes ſpiritus ſanctus corporali ac uiſibili ſpecie, & acceperunt Apoſtoli donum diuerſarum linguarum, ſed antea habuerunt ſpiritum ſanctum, hoc eſt, communia eius dona, ſicut omnes pij utriuſq; teſtamenti.

IIII. De exercitijs, quibus comparantur & conſeruantur dona ſpiritus ſancti.

Cognitio linguarum eſt donum ſpiritus ſancti, collatum Apoſtolis in die Pentecoſtes:

Ergo non eſt opus ſtudio & inſtitutione, aut alijs exercitijs, ad comparandam cognitionem linguarum ſeu artium.

RESPONSIO.

Nego conſequentiã. Quia à particulari ad uniuerſalem non ualet conſequentia. Nã cognitio linguarum particulare ſeu ſpeciale donũ fuit in Apoſtolis, & alijs in primitiua et creſcente Eccleſia. Quod donum, confirmata iam doctrina Euãgelij, deſijt in Eccleſia. Ideo opus nunc eſt doctrina, ſtudio, & inſtitutione, tanq̃ medijs, quibus Deus ſua dona nobis largitur, & conſeruat in Eccleſia. Vnde inquit Salomon: Si ſapientiam, ut aurum, quæſieris, inuenies. Et Chriſtus inquit: Scrutamini ſcripturas. Item Paulus: Exerce teipſum ad pietatem.

FERIA

ſtes, Epiſtola, de officio Apoſtolorum, et teſtimonio Prophetarum omnium de beneficijs Meßiæ, de effuſo ſpiritu ſancto in gentes, et de miniſterio & efficacia Baptiſmi.

Actorum X.

Tetraſtichon.

Aeterno copulas homini te fœdere, Chriſte,
Virgine dum caſta naſcere uerus homo.
Spiritus amiſſus fuerat qui ſanctus in Adam,
Nunc iterum per te, corpora noſtra fouet.

ALIVD.

Accipit errati ueniam, gratumq́; leuamen,
Qui tibi confidit nomine, Chriſte, tuo.
Hoc ueteres omnes ſancti monuere Prophetæ,
Hoc duodena ſimul turba ſacrata docet.

Argumentum.

Eſt hæc concluſio concionis D. Petri habitæ ad Cornelium, et eius familiam, in qua præcipuè oſtendit, Deum recipere etiam gentes ad regnum, et beneficia ſui filij. In hoc autem Epilogo cōcionis primum docet, ꝙ ſit ſuum & aliorum Apoſtolorum, adeoq́; miniſtrorum omnium Eccleſiæ officium, uidelicet teſtari de Chriſto, et prædicare Euangeliū, ꝙ is ſit filius Dei, promiſſus Meßias, qui mortuus ſit pro peccatis noſtris, reſurrexit à mortuis, et ad cœlos aſcendit, uictor mortis, peccati & Satanæ,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

unde iudex rediturus ſit uiuorum & mortuorum in nouißimo die. Deinde monet hoc idem Prophetarum omnium fuiſſe munus, ut de Chriſto uenturo, eiusq́; æternis beneficijs teſtimonium perhiberent, ꝙ propter hunc unicum redemptorem et Dominum omnes conſequantur remißionem peccatorum, ſpiritum ſanctum, iuſtitiam, & uitam æternam, quicunq; in ipſum credituri ſunt. Tertio narrat Euangeliſta, ꝙ per hanc Petri concionem datus ſit ſpiritus ſanctus gentibus: quo oſtenditur, Deum efficacem eſſe per miniſterium Euangelij in mentibus, & dari ſpiritum ſanctum omnibus, qui uoci Euangelij uerè aſſentiuntur. Quarto oſtenditur neceßitas, energia, & uſus Baptiſmi, qui eſt confirmare mentes de reconciliatione cum Deo, et præſentia ſpiritus ſancti, eſtq́; omnibus neceſſarius ad ſalutem baptiſmus, cum copia eius haberi poteſt, quia eſt miniſterium, ſeu ceremonia, qua efficimur membra Eccleſiæ Chriſti, extra quam nemo ſalutem conſequitur.

EPISTOLA, Acto. 10.

ET præcepit nobis, vt prędicaremus populo, ac teſtificaremur, ꝙ ipſe ſit ille, qui conſtitutus erat à Deo iudex viuorum & mortuorum. Huic omnes Prophetæ teſtimonium ferunt, quòd remiſsionem peccatorum accepturus ſit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſit per nomen eius, quiſquis crediderit in eum. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit ſpiritus ſanctus ſuper omnes, qui audiebant ſermonem. Et obſtupuerunt hi, qui ex circumciſorum numero credebant, quotquot venerãt cum Petro, quod & in gentes donum ſpiritus ſancti effuſum eſſet. Audiebant enim illos loquentes linguis, ac magnificantes Deum. Tunc reſpondit Petrus: Num quis prohibere poteſt, quò minus aqua baptizentur hi, qui ſpiritũ ſanctum acceperunt, ſicut & nos? Et iuſsit eos baptizari in nomine Domini. Tunc rogauerunt eum, vt remaneret aliquot dies.

EXPLICATIO TEXTVS.

Ieſus. *Primus locus de uocatione, ſeu officio Apoſtolorum, & aliorum miniſtrorum Eccleſiæ, ſeu Epiſcoporum, quod eſt prædicare Euangeliũ, & teſtari de Chriſto, non occupare & adminiſtrare regna mundi. Eſtq; immutabile mandatũ et uoluntas Dei. Primum, ut concionatores Euangeliũ doceant, et adminiſtrent ſacramenta. Sicut inquit Chriſtus ad Apoſtolos: Ite in uniuerſum mundum, & prædicate Euangelium omni creaturæ, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſancti. Deinde ut homines audiant & diſcant cœleſtem & ſalutarem doctrinam Euangelij, eiq; aſſentiantur uera fide. Pręcepit. Matt. 28. Marci 16. Luc. 24. ubi Chriſtus breuem ſummam complexus eſt Euãgelicæ prædicationis, inquiens: Sic ſcriptum eſt, et ſic oportebat Chriſtum pati et reſurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, et remiſsionem peccatorum in omnes gẽtes, initio facto ab Hieroſolymis. Nobis. Apoſtolis, quibus propriè munus prædicandi Euangelium commendatum fuit à Chriſto, inter oẽs gentes. Prędicaremus. Externæ uocis commendatio et neceſsitas. Populo. Omni, quia prædicatio Euangelij eſt uniuerſalis, & beneficia regni Chriſti ad omnes pertinent, gentes et Iudæos. Teſtificaremur. Quid prædicandum in Eccleſia, & quæ uox in ea ſonare debeat, uidelicet de Chriſto eiuſq; æternis beneficijs, de perſona eius, de utraq; natura, de paſsione, reſurrectione, aſcenſione in cœlum, et uictoria eius aduerſus diabolũ, & de reditu eius ad iudicium in nouiſsimo die. Ille. Promiſſus Meſsias, ſeu redemptor humani generis. Conſtitutus. Id eſt, ordinatus ab æterno ad opus humanæ liberationis, in arcano illo conſilio Trinitatis, in quo filius Dei factus eſt deprecator & mediator inter Deum & hominẽ. Iudex. Teſtimonium de ſeptimo articulo Symboli, de reditu Chriſti ad iudicium, eſtq; locus obſeruandus de

ſpiritua-

ſpirituali regno Chriſti, quod non eſt adminiſtrare in hac uita politias, ſed iudicare uiuos & mortuos, hoc eſt, reddere unicuiq; iuxta opera ſua, damnare impios, et ſaluare pios ſeu credẽtes Euãgelio. Huic omnes Prophetæ. Inſignis locus de officio Prophetarum omnium, quod præcipuum fuit, teſtari de Chriſto, eiuſq; æternis beneficijs, quæ ſunt, remiſsio peccatorũ, iuſtitia, et uita æterna, quæ dantur omnibus credentibus in nomen eius, hoc eſt, qui firma fide ſtatuunt, ſe propter hunc Dominum habere placatum Deum, conſequi peccatorum ueniam, & fieri hæredes uitæ æternæ. Remiſsionem peccatorum, Ergo beneficia Meſsiæ non erant futura corporalia, ſed ſpiritualia, condonatio peccatorum, reſtitutio iuſtitiæ, & uitæ æternæ. Accepturus ſit. Requiritur igitur aſſenſus uoluntatis, quo uocem Euangelij de Chriſto amplectimur. Per nomen. Id eſt, meritum, mortem, & reſurrectionem. Quiſquis. Quia non eſt diſtinctio: Omnes enim peccauerũt, & indigent gloria Dei: recipiuntur autem omnes propter filium in gratiam à Deo, ſiue ſit Græcus, ſiue Iudæus, ſiue ſeruus ſiue liber, ſiue uir ſiue fœmina, ut Paulus ad Gala. 3. docet. Crediderit. Inſtrumentum, quo participes reddimur remiſsionis peccatorum, iuſtitiæ, et uitæ æternæ, eſt fides, hoc eſt, certa fiducia promiſſæ miſericordiæ, qua apprehendimus & applicamus nobis merita Chri-

 ſti.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſti. Adhuc loquente. Energia et uis externæ uocis prædicati Euangelij, qua datur ſpiritus ſanctus, qui efficax eſt, inclinans corda, ut aſſentiantur Euangelio, & accendens in mentibus nouã lucem, et inchoans nouam iuſtitiam in uoluntate, & nouitatem uitæ in moribus. Qui audiebant. Non negligentibus aut contemnentib. uocem Euangelij, ſine qua ſpiritus ſanctus nõ datur, nec eſt efficax in cordibus. Et obſtupuerũt. Admiratio & ſtupor Iudæorũ, de dato ſpiritu ſancto etiã gentibus idololatris, cuius cauſa fuit falſa perſuaſio Iudæorum, ꝙ beneficium Meßiæ tantum pertineret ad ſemen Abrahæ, et eos, qui ex gentibus circumciderentur, et ſeruarent legem Moſi. Teſtatur autem Deus, hac donatione ſpiritus ſancti, gentes etiam conſequi beneficia Meßiæ, ſine obſeruatione legis Moſaicæ, gratis per fidem. Loquentes. Effectus et teſtimoniũ præſentis ſpiritus ſancti, donũ linguarum, & confeßio ſeu prædicatio beneficiorum Dei, ꝙ filium miſerit redemptorem humano generi, & inſtituerit in Eccleſia miniſterium Euangelij, in quo omnibus annunciatur remißio peccatorum gratuita, reconciliatio cũ Deo, reſtitutio iuſtitiæ & uitæ æternæ, propter hunc Dominum, uictorem peccati, mortis et inferni. Tunc reſpondit. De Baptiſmo, qui eſt externum ſignaculum, & confirmatio præſentiæ ſpiritus ſancti, eiusq; gratiæ, quo efficimur mẽbra Eccleſiæ Chriſti,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſti, et certi ſcimus ad nos pertinere eius beneficia. Argumentatur autem Petrus à maiore ad minus: Effuſus eſt ſpiritus ſanctus in gentes, Ergo etiam baptiſmus eis negari non debet, quia baptiſmus ſignum eſt præſentiæ ſpiritus ſancti, et confirmatio fidei. In nomine. Hoc eſt, mandato ſeu iuſſu. Tunc rogarunt. Exemplum gratitudinis & liberalitatis erga miniſtros Eccleſiæ, quibus auditores debent hoſpitium, & cætera neceſſaria ad ſuſtentationē uitæ. Et Matth. 10 inquit Chriſtus: Dignus eſt operarius mercede ſua. Et Paulus, 1. ad Corinthios 9. Nemo militat ſtipendijs proprijs. Itē Dominus ordinauit ijs, qui Euangelium annunciant, de Euangelio uiuere.

OBIECTIONES tres.

QVÆSTIO.

An ſpiritus ſanctus fide concipiatur.

Accipitur ne ſpiritus ſanctus per fidem?

Reſpon. Etiam. Sicu' inquit Paulus ad Galatas 3. Vt promiſsionem ſpiritus accipiamus per fidem.

CONTRA.

Effectus eſt poſterior ſua cauſa.
Fides eſt effectus, ſeu opus ſpiritus ſancti.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Ergo per fidem non accipitur ſpiritus ſanctus, vel fides non eſt opus ſpiritus ſancti.

Reſpondeo primo ad maiorem. Effectus eſt poſterior ſua cauſa, tempore, non ordine naturæ, quo effectus & cauſa ſimul ſunt, ſicut ſol & radij ſimul exiſtunt, ſic ſpiritus ſanctus per uocem Euangelij conceptus, inclinat mentes ad credendum, & ſimul cum hac inclinatione, cum aſſentiuntur mentes promißioni Euangelij, ſeſe ijs infundit ſpiritus ſanctus, augens infirmam fidem, uiuificans & ſanctificans mentes per remißionem peccatorum. Nō eſt igitur pugnantia: Fides eſt opus ſpiritus ſancti, & ſpiritus ſanctus per fidem accipitur, quia ſpiritus ſanctus primum flectit mentes ad aſſenſionem. Deinde augentur in mentibus per fidem, dona ſpiritus ſancti, uiuificatio & ſanctificatio, atq; hoc modo, ut Scholaſtici doctores loquuntur, Deus non in ſe, ſed in corde hominis, grandeſcit. Item, Spiritus eſt charitas, & eſt immutabilis in ſe, ſed tamen in homine augetur & minuitur.

II. DE *cauſis inſtrumentalibus, quibus concipitur ſpiritus ſanctus.*

Spiritus ſanctus accipitur per prædicationem Euangelij, inuocationem & ſacramenta:

Ergo

Ergo non accipitur per fidem.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia connexa ſunt, prædicatio Euangelij, ſeu externum uerbum, inuocatio, ſacramenta, & fides, quibus omuia, tanquam inſtrumentis ordinatis à Deo, accipitur & datur ſpiritus ſanctus, nec ſine his medijs eſt efficax in mentibus, uiuificandis aut ſanctificandis.

III. *De forma uerborum Baptiſmi.*

Petrus iuſsit gentes baptizari in nomine Domini Ieſu Chriſti:
Ergo non ſeruauit formam præſcriptam à Chriſto, baptizando in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: & per conſequens, licet aliquid immutare in ijs, quæ Chriſtus inſtituit. Sicut Papa alteram ſpeciem ſacramenti prohibuit laicis.

Reſpondeo ad antecedens: Petrus iuſsit baptizare gentes in nomine Chriſti, hoc eſt, ex autoritate & mandato Chriſti. Sicut ipſe Chriſtus Baptiſmum inſtituit, & mandauit baptizari gentes. Sed tamen præſcripta à Chriſto formula in baptizando ſemper uſi ſunt eadem Apoſtoli ubiq;.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

FERIA III. PENTECO-
ſtes, Epiſtola, de ſolicitudine Apoſtolorum, pro Ecleſia Samaritanorum, & oratione pro eis facta, qua ſpiritum ſanctum acceperunt, per impoſitionem manuum. Actorum VIII.

Tetraſtichon.

Creſcit, & auſpicijs felix Eccleſia lætis
Acquirit uires, non peritura, Dei.
Spiritus hanc foueat noſtris in cœtibus oro,
Vt Samaritanis cœlica dona dedit.

Argumentum.

Narrat hic Euangeliſta Lucas, ſolicitudinem Apoſtolorum pro Eccleſia Samaritanorũ, quæ doctrinã Euangelij amplexa fuerat ex prædicatione Philippi. Ad hanc igitur miſerunt Petrum & Ioannem ab Hieroſolymis, ut Philippum in miniſterio adiuuarent. Deinde commendatur ipſius quoq; Petri et Ioannis diligentia in exequendo munere, q, non ſolum diligenter docuerunt Euangelium apud Samaritanos, ſed etiam pro ijs orauerũt, ut ſpiritus ſanctus eis donaretur, quem per manuum impoſitionem acceperunt. Eſt igitur hic exemplum propoſitũ omnibus miniſtris Euangelij, ſolicitudinis pro Eccleſia, quæ in duobus præcipuè conſiſtit: In ſedulitate docendi, et orationibus. Deinde obſeruanda eſt et doctrina et cõſolatio, q, per orationẽ do-

donatur ſpiritus ſanctus, ſicut hoc exemplum teſtatur, & Chriſti dictum Lucæ 10. ubi inquit inter cætera, quibus Eccleſiam ad orationem hortatur: Si uos, cum mali eſtis, noſtis bona dare filijs ueſtris, quanto magis pater ueſter cœleſtis, de cœlo dabit ſpiritum ſanctum petentibus ſe.

EPISTOLA, *Actorum 8.*

CVm audiſſent Apoſtoli, qui erant Hieroſolymis, quòd recepiſſet Samaria ſermonem Dei, miſerunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cum deſcendiſſent, orauerunt pro ipſis, vt acciperent ſpiritum ſanctum. Non enim in quenquam illorũ illapſus fuerat. Sed baptizati tantũ erant in nomine Chriſti Ieſu. Tunc imponebãt illis manus, accipiebantq́ ſpiritum ſanctum.

EXPLICATIO TEXTVS.

Cum audiſſent. *Solicitudo & cura Apoſtolorum pro Eccleſia Samaritanorum, ut in doctrina Euangelij ſuſcepta creſcat et confirmetur.* Apoſtoli. *Qui Hieroſolymis propter perſecutionem Saulis deliteſcebant.* Samaria. *Vel ipſa ciuitas, uel tota regio, quam gentes occupauerãt, abductis decem tribubus Iſrael in captiuitatẽ Babylonicam, quæ tamen ritus quoſdam à Iudæis ac-*

ceptos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ceptos ſeruarunt. Sermonem Dei. Doctrinã Euangelij de Ieſu Nazareno, crucifixo & reſuſcitato à morte, ꝙ is eſſet uerus Meßias promiſſus patribus. Orauerunt. De efficacia orationis, qua datur & impetratur ſpiritus ſanctus. Spiritum ſanctum. Id eſt, uiſibile ac publicum donum ſpiritus ſancti, edendi miracula & loquendi uarijs linguis. Nondum enim. Aetiologia, quæ monet de duplici exhibitione ſpiritus ſancti: publica ſeu miraculoſa, & priuata, ſeu interna. Publica eſt, qua confertur certis quibuſdam donum ſancti ſpiritus, ſanandi & loquendi linguis, ad propagationem Eccleſiæ, et confirmationem auditorum in ſuſcepta doctrina, et eius confeßione. Priuata eſt, qua mittitur ſpiritus ſanctus in corda omnium aſſentientium Euangelio, in quibus accendit nouam lucem, flectit ad credendum Euangelio, & inſerit eis motus conſentientes legi Dei. Illapſus Corporali ſeu uiſibili ſigno datus, ut in die Pentecoſtes. Baptizati. In ſignũ donatæ remißionis peccatorum, et recõciliationis cum deo, propter Chriſtum. Sicut inquit Chryſoſt. Spiritum remißionis acceperant, ſpiritum ſignorum non acceperant. In nomine. Ex mandato uel inſtitutione Chriſti: uel, in nomine, id eſt, in meritis Chriſti, propter quæ efficax eſt Baptiſmus, & in eo datur baptizatis ſpiritus ſanctus. Tunc imponebant. Vtuntur hac ceremonia non tanꝗ ſemper & ubiq; neceſſaria,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ceſſaria in omnibus, ſed uſitata in populo Dei in conferendo ſpiritu ſancto, eiusq; donis, ſanatione, abſolutione, confirmatione in doctrina, in ordinandis miniſtris Eccleſiæ, & ſignificat ipſa ceremonia, ſeu geſtus, non hominem, ſed Deum eſſe autorē donorum ſpiritualium, à quo petenda & quaſi manu accipienda ſunt. Sic manuum Moſi impoſitione repletur ſpiritu ſapientiæ Ioſue, Deutero. 34. & Chriſtus manuum impoſitiōe ſanat infirmos, Luc. 4. Benedicit pueris Matth. 19. Manus imponuntur Paulo & Barnabæ ſegregatis ad prædicationem Euangelij, Acto. 13.

OBIECTIONES *tres.*

I. *De donis ſpiritus ſancti, loquendi linguis, & edendi miracula.*

Spiritus ſanctus adfert Eccleſiæ donū linguarum & miraculorum.
Eccleſia non habet hoc donum:
Ergo Eccleſia nō habet Spiritum ſanctum.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia maior eſt particularis. Nam donum ſpiritus ſancti promiſſum fuit primitiuæ & creſcenti Eccleſiæ, ad confirmationem nouæ doctrinæ Euangelij, quam Apoſtoli attulerunt, quæ poſtquam iam ſatis eſt cōfirmata miraculis Chriſti et Apoſtolorum, amplius Eccleſiæ

non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

non opus habet hoc dono certi temporis, ſed communibus tantum donis ſpiritus ſancti, quæ omnibus neceſſaria ſunt ad ſalutem, uiuificatione & ſanctificatione, quibus efficax adhuc eſt ſpiritus ſanctus in ſingulis membris Eccleſiæ.

II. De Baptiſmo.

Non eſt datus ſpiritus ſanctus Samaritanis per baptiſmũ, ſicut hic teſtatur Lucas:

Ergo ſpiritus ſanctus non eſt efficax per ſacramẽta, nec in ijs datur, ſed sũt tantũ notę externę profeſsionis, non gratiæ Dei, vt Anabaptiſtæ docent.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia loquitur hic Euangeliſta de peculiari dono ſpiritus ſancti edendi miracula, quod Samaritani nondum acceperant. Non loquitur de communibus donis ſpiritus ſancti, ut ſunt remiſsio peccatorum, reconciliatio cum Deo, inchoatio nouæ iuſtitiæ, & nouæ uitæ, quæ Samaritani iam antè in baptiſmo acceperant, aſſentientes promiſsioni Euangelij. Iuxta dictum Chriſti: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit.

III. De ſacramento, ut uocant, Confirmationis, quam ex impoſitione manuum Apoſtolorum, Papiſtæ ſtatuere conantur.

Apo-

Apoſtoli in diſtribuendis donis ſpiri-
tus ſancti vſi ſunt manuum impoſi-
tione:

Ergo cõfirmatio,quę fit manuum im-
poſitione,eſt ſacramentum, quo di-
ſtribuuntur dona ſpiritus ſancti.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Primum, quia mala eſt definitio ſacramenti: Sacramentum eſt actio, quæ fit manuum impoſitione. Sacramentum enim eſt actio, ſeu ceremonia, quæ habet mandatum Dei, et promißionem de gratia Dei expreßam, & hoc fine inſtituta à Deo, ut confirmet in animis noſtris promißionem de remißis peccatis. Tale mãdatum & promißionem non habet manuum impoſitio, neque eſt inſtituta à Chriſto tanquam ſigillum confirmans promißionem de gratia Dei. Ergo manuum impoſitio non facit ſacramentum. Deinde, ſacramenta omnibus ad ſalutem ſunt neceſſaria, cũ haberi poſſunt, ſed manuum impoſitione non ſemper, neq; in omnibus uſi ſunt Apoſtoli, ſed tantum in diſtribuendis donis ſpiritus ſancti peculiaribus, & ordinandis Epiſcopis ſeu miniſtris Eccleſiæ.

DO-

DOMINICA TRINITATIS, Epiſtola, de arcano conſilio Dei, quo mirabiliter omnia in omnibus agit, conſtituit, & gubernat Eccleſiam, quos uult recipit, & ſaluat, iuxta beneplacitum ſuæ iuſtiſsimæ & liberrimæ uoluntatis. Rom. XI.

Tetraſtichon.

Iudicia ó miranda Dei, ſcrutandaq; nulli:
Nam beat & damnat, iuſtus ubiq; Deus.
Debitor eſt nulli, ſolus qui cuncta miniſtrat:
Huic laus ſit ſummo, gloria ſumma Deo.

Argumentum.

Eſt hic locus concluſio diſputationis, quam D. Paulus inſtituit & pertractauit in tribus capitib. ſuæ Epiſtolæ ad Rom. 9. 10. & 11. de reiectione Iudæorum, & uocatione ſeu electione gentium, cuius cauſam cum humana ratio nullam inueſtigare poßit, cur ſcilicet Deus alios reijciat, alios uero recipiat & ſaluet: hic in Epilogo diſputationis addit Epiphonema ſeu exclamationem, de mirabili et arcano Dei conſilio, in colligenda et conſeruanda Eccleſia, et prædicat miſericordiam & iuſtitiã Dei inſcrutabilẽ humanæ cogitationi, et docet Deum, ut omnia ſapientiſsimè condidit et ordinauit, ita iuſtiſsimè condita iã adminiſtrare et gubernare, atq; eſſe omniũ bonorum in natura et Eccleſia,

fontem

fontem & datorem, qui nemini quicquam debeat, ideoq; eius beneficentiam & miſericordiam eſſe celebrandam, q̃ aliquos ſaltem ex humano genere recipiat & ſaluet: & timendam iram et iuſtitiam Dei, in reijciendis & damnandis impijs, qui oblatam gratiam in uerbo Dei per filium, ut Iudæi, uolentes reijciunt & contemnunt.

EPISTOLA, Rom. II.

O Profunditatem diuitiarum, & ſapiétiæ, & cognitionis Dei, quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & imperueſtigabiles viæ eius. Quis enim cognouit mentem Domini? Aut quis illi fuit à conſilijs? Aut quis prior dedit illi, & reddetur ei? Quoniam ex illo, & per illum, & in illum omnia: ipſi gloria in ſecula, Amen.

EXPLICATIO TEXTVS.

O profunditatem. *Exclamatio, in quam Apoſtolus quaſi ſubitó prorumpit intuitu & cogitatione arcani conſilij Dei, q̃ ex tam immẽſa multitudine hominum paucos tantum, eosq; abiectos & contemptos coram mundo, eligit, & uocat ad uitam æternam, cum tamen omnium ſit eadem indignitas, & quos recipit, et quos reijcit. Sicut inquit: Concluſit Deus omnia ſub peccatum, ut om-*

 nium

uium miſercatur. Monet igitur, quia hoc arcanũ Dei conſiliũ humana ratio cognoſcere non poteſt: primo, ut agnoſcamus magnitudinem peccati, propter quod omnes rei ſumus, agamusq́; pœnitentiã, ſubijcientes nos uerbo & uoluntati Dei. Deinde, ut conſideremus & amplectamur immenſam miſericordiam Dei, q̄ ex perdita maſſa humani generis, aliquos ſaltẽ ſibi quaſi excerpit, et eligit ad ſocietatem ſuæ beatitudinis et gloriæ, idq́; in filio reconciliatore. O profunditatem. Id eſt, nemo hominũ ſua ratione humana inueſtigare ſeu perſcrutari poteſt, q̄ mirabiliter Deus omnia agat, quomodo colligat et conſeruet ſibi æternam Eccleſiam ex abiectiſſima parte humani generis, quare cum omnia Deus cognoſcat & præuideat, et ſit omnipotens et miſericors, non tamen omnes ſaluet, ſed ſinit maximam & præſtantiſſimam partem hominum interire. Q. d. Quia hoc humanæ rationi planè eſt ignotũ, ideo magis admirari quàm ſcrutari hoc arcanum iudicium Dei debemus, & agnoſcere noſtram miſeriã, non ſuperbire de noſtris meritis, ſed confugere ad miſericordiam Dei promiſſam in filio redemptore, qui omnes ad ſe uocat. Profunditatem. Id eſt, altitudinẽ ſeu ſublimitatẽ, quam nemo hominũ ſua cogitatione ſatis perſcrutari poteſt. Diuitiarum. Vocabulum diuitiarũ Apoſtolus ferè pro abundãtia ſeu copia uſurpat, cum loquitur uel de Dei ſapientia, uel miſeri-

cordia.

cordia. Vt cum inquit ad Rom. 2. An diuitias bonitatis illius (Dei) ac tolerantiæ & lenitatis contemnis, ignorans, quod bonitas Dei ad pœnitentiam te inuitat? Et Ephe. 1. Per quē (Ieſum Chriſtum) habemus redemptionem per ſanguinē ipſius, remiſsionem peccatorum, iuxta diuitias gratiæ ſuæ. Sapientiæ. Sapientia eſt rerum diuinarum notitia, quod ſcilicet Deus arcano ſuo conſilio quoſdam ſtatuit ſaluare, quoſdam relinquere in damnatione, quod propter ſolum filium daturus eſt uitam æternam, quā ſapientiam Dei arcanam nemo extra patefactionē Euangelij nouit. Cognitionis. Cognitio eſt notitia ſeu præuiſio euentuum humanorum, antequā fiunt, quos Deus non ſolum intuetur, ſed determinat etiam liberè, iuxta ſuam uoluntatem ad cōſeruationem Eccleſiæ, & interitum impiorum. Iudicia. Quibus gentes recipit ac ſaluat, Iudæos uerò reijcit et damnat, qui antea populus eius fuerunt. Viæ. Actiones & gubernationes mirandæ et cōſilia, quibus colligit Eccleſiam in humano genere, eamq́; ſeruat & defendit mirabiliter inter furores Diaboli, & membrorum eius. Quis fuit illi à conſilijs? Interrogatio, qua primum cæcitatē ſeu ignorantiam humanæ mentis deplorat, quæ Deum eiusq́; uoluntatem, & mirabilia opera, neq; intelligit, neq; conſiderat. Deinde prædicat ſapientiam Dei, & potentiam, quód ſolus omnia cognoſcat & intueatur, quód nullius aut conſilio, aut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

opere indigeat, quia ipſe ſit perfectiſsimum bonũ, & fons uberrimus, & dator munificentiſsimus omnium bonorum, quem ſolum agnoſcere, colere, & celebrare debemus. Mentem. Arcanum conſilium Dei, quoſdam recipientis, quoſdam repudiãtis. Eſt autem dictum ſumptum ex Eſaia cap. 40. et loquitur propriè de ea mente ſeu uolũtate Dei, quam in uerbo ſuo Deus non patefecit Eccleſiæ: non de uoluntate reuelata in dato uerbo, & miſſo filio. Aut quis prior. Monet hoc dicto Apoſtolus, Deum non moueri aut adduci noſtris meritis, ut ſaluet alios, reiectis cæteris, ſed eſſe gratuitam eius miſericordiam, q̄ non totum genus humanum ſinit interire, ſed aliquos ex eo recipit & ſaluat, uidelicet eos, qui filium redemptorem agnoſcunt & amplectuntur. Quoniam ex illo. αἰτιολογία monens de autore omnium rerum bonarum, qui eſt ipſe Deus, qui omnia ex nihilo condidit per filium in ſpiritu ſancto, eáq; adhuc cõſeruat et gubernat ad ſuam gloriam, et hominum ſalutẽ, ut docet Moſes Gen. 1. Referunt autem doctores uarietatem huius locutionis, ad diſtinctionem perſonarũ diuinitatis, hoc modo. Ex ipſo. Scilicet patre ſunt omnia, quia pater eſt primus autor et fons tũ ipſius trinitatis, tum creationis rerum. Et per ipſum. Id eſt, filium, quia per filium omnia facta ſunt. Et in ipſo. Spiritu ſancto, ſunt omnia, quia in ſpiritu ſancto res omnes conſiſtunt et conſeruãtur.

tur. Nam uetus tranſlatio(in illo)habet,noua(in illum) qua ſignificatur, omnia condita eſſe in Deũ, hoc eſt, ad gloriã Dei,ut ipſe agnoſcatur ex creaturis,& celebretur. Ipſi gloria. Epiphonema, continens gratiarum actionem, pro immenſa Dei bonitate & miſericordia,q non ſolum condidit genus humanũ,& res omnes,ſed etiam,q ex genere humano perdito multos ſaluat in filio, in quo miſericordia & fauor erga nos, liquidiſsime perſpicitur. Gloria. Id eſt,perpetuo agnoſcatur & celebretur in humano genere omnipotentia,ſapientia, miſericordia,iuſtitia & bonitas Dei. In ſecula. Id eſt,perpetuo ſeu ſemper,& in hac uita,& futura,in qua perfectius omnipotentiam,miſericordiam,& iuſtitiam Dei cognoſcemus, quàm nunc in hac caligine humanarum mentium.

DE DEO, QVÆSTIONES & Obiectiones.

Quid Deus?

Deus eſt eſſentia ſpiritualis intelligens, æterna,omnipotẽs,ſapiens,iuſta,uerax, bona ſeu benefica, quæ eſt pater gignens filium imaginem, quæ refert patrem, qui cum de ſubſtantia patris natus ſit,eſt eiuſdem eſſentiæ, poſtea uero aſſumpſit humanam naturã,et propiciator conſtitutus eſt,propter quem recipimur,exaudimur,& ſaluamur, et ab utroq; procedit ſpiritus ſanctus ab æterno, per

quem inchoat Deus in nobis uitam æternam, accẽdens nouam lucem, timorem Dei, fidem & alios bonos motus.

Quot ſunt dei?

Vna eſt æterna eſſentia diuina, conditrix et cõſeruatrix rerum, in qua una diuina eſſentia ſunt tres diſtinctæ perſonæ, coæternæ & ὁμοούσιοι, æternus Pater, Filius imago patris, & Spiritus ſanctus, à patre & filio ab æterno procedens.

Dic teſtimonia de vnitate Dei.

Deutero. 6. inquit Moſes: Audi Iſrael, Dominus Deus noſter, Dominus unus eſt. Et Eſai. 44 dicitur: Hæc dicit Dominus rex Iſrael, & redẽptor eius, Dominus exercituum, Ego ſum primus & nouiſsimus, & præter me non eſt Deus.

Proba eſſe tres diſtinctas perſonas diuinitatis.

Matth. ultimo inquit Chriſtus: Baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: hic nominatim tres perſonas recenſet, & tribuit eis parem potentiam & honorem. Et in Baptiſmo Chriſti auditur uox patris ſonans de cœlo: HIC eſt filius meus dilectus. Filius adſiſtens baptizatur. Spiritus ſanctus ſpecie columbæ conſpicitur, deſcendens ſuper Chriſtum, Matth. 3. Et Ioannes inquit: Tres ſunt qui in cœlo teſtimonium perhibent: Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Quid ſignificat hîc perſona?

Subſtantiam indiuiduam, intelligentem, & incommunicabilem.

Quomodo diſcernuntur perſonæ diuinitatis?

Pater æternus eſt perſona non nata, ſed quæ genuit ab æterno filium imaginem ſui; Filius eſt imago patris, genita ab æterno à patre, qui poſtea certo tempore in utero Mariæ aſſumpſit humanã naturam, in qua factus eſt uictima pro peccatis humani generis; Spiritus ſanctus eſt agitator, procedens à patre & filio, & mittitur ad ſanctificandas mentes, id eſt, ad nouam lucem, iuſtitiam, et uitam Deo placentem, & æternam accendendam in his, qui fiunt hæredes uitæ æternæ.

Exaudiuntur ne Iudæi & Turcæ, inuocantes vnum æternum Deum, conditorem cœli & terræ?

Non. *Quia non inuocant eum Deum, qui eſt pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, quem in mundũ miſit, ut fieret uictima pro peccatis noſtris. Nam ſine hoc filio Dei, mediatore et reconciliatore, Domino noſtro Ieſu Chriſto, Deus non uerè agnoſcitur, aut inuocatur. Sicut inquit Chriſtus: Nemo uenit ad patrem, niſi per me. Item nemo nouit patrẽ, niſi per me. Item, Qui non habet filium, iam condemnatus eſt.*

OBIECTIONES quatuor.

I. De inuocatione Iudæorum & Turcarum.

Qui verum Deũ inuocat, exauditur.
Iudæi et Turcę verũ Deum inuocant:
Ergo exaudiuntur.

Reſpondeo primum ad maiorem, per diſtinctionem: Qui uerum Deum inuocat, ſicut ſe patefecit in uerbo ſuo, uidelicet fiducia filij mediatoris, exauditur. Deinde nego minorẽ, quia Iudæi & Turcæ non inuocant uerum Deum, qui eſt Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, quem impiè contemnunt & blaſphemant. Aberrant igitur dupliciter in inuocatione. Primum in eſſentia Dei, quia non agnoſcunt Trinitatem in diuinitate. Deinde in uoluntate, de qua nihil ſtatuere poſſunt ſine mediatore filio, in quo ſolo acceſſum habemus ad Deum per fidem, ut Paulus inquit.

II. An Deus iniuſtè agat, alios recipiens, alios reijciens.

Aequalia tribui debent æqualibus.
Omnes ſumus æquales, hoc eſt, peccatores, ac rei:
Ergo Deus vel omnes damnare debebat, cũ ſit ſummè iuſtus: vel recipere oẽs, cum ſit ſummè miſericors.

Reſpondeo ad maiorem: Aequalia debent tribui æqualibus, cum ſit mercedis & meriti ſeu laboris colla-

collatio,ſed in donatione uitæ æternæ nihil eſt meriti humani,quia omnes peccauerunt, & rei ſunt æternæ damnationis. Ideo cum Deus ſaluat aliquos, facit ex mera gratia, nec poteſt aut debet creatura accuſare creatorem iniuſtitiæ,qui quicquid facit,ex gratia facit, non ullius adductus meritis. Deinde neminem recipit ſine compenſatione pœnæ, quia ſummè eſt iuſtus. Sed pœnam deriuauit in ſe filius Dei,eamq; noſtro nomine ſuſtinuit,in quem quicunq; credunt, illi recipiuntur à Deo, propter filium reconciliatorem, alij omnes damnantur,qui filium contemnunt.

III. De cauſa malorum.

Ex Deo ſunt omnia:
Ergo peccatum eſt ex Deo.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia loquitur Paulus de rebus bonis,ut de collectione & conſeruatione Eccleſiæ, & ut res conditæ ſunt à Deo ab initio, bonæ.Sicut inquit Moſes: Et uidit Deus, q; omnia eſſent bona,quæ condidit Deus, hoc eſt, utilia hominibus,& conuenientia ad uoluntatem Dei: non loquitur de mala uoluntate Diaboli & hominis, qui ſe liberè à Deo auerterunt, quam auerſionem ſecuta eſt mors & calamitas, quibus genus humanum propter peccatum premitur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

IIII. De duplici uoluntate Dei

Eſaias inquit: Quis nouit mentē, ſeu ſenſum Domini? *q.d. Nemo.*

Ergo nemo ſcire poteſt voluntatem Dei, qualiter ſit erga nos affectus Deus: & per conſequens, dubitandū eſt de gratia Dei, nec certò ſcire poſſumus, an Deus nos recipiat, exaudiat, & ſaluaturus ſit.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam: Quia duplex eſt uoluntas Dei: Reuelata, & non reuelata. Reuelata uoluntas eſt, quam Deus in uerbo ſuo & miſſo filio patefecit humano generi, q. ſcilicet certo recepturus ſit omnes, qui in filium credunt. Sicut inquit Chriſtus, Ioan. 6. Hæc eſt uoluntas patris mei, ut omnis qui credit in filium, habeat uitam æternam. Item Hiere. 32. inquit Deus: Viuo ego, nolo mortē peccatoris, ſed ut conuertatur & uiuat. Voluntas Dei non reuelata eſt, quam in uerbo ſuo non patefecit. Eſtq; illud arcanum conſilium Dei, quo mirabiliter & contra iudicium humanæ rationis, omnia agit & determinat ad ſuam uoluntatem: hāc uoluntatem Dei, quia in uerbo eius non eſt expreſſa, non debemus curioſè ſcrutari, quia eius cognitio ad ſalutem non eſt neceſſaria.

DOMI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

DOMINICA I. POST

Trinitatis, Epiſtola, de charitate Dei erga humanum genus, mittentis ei unigenitum ſuum filium propiciatorem: et de noſtra dilectione erga proximum, quæ ex illa tanquam fructus ſequitur. I. Ioan. IIII.

Tetraſtichon.

Aeternus gnatum nobis demiſit in orbem,
Immenſo noſtri motus amore, Deus.
Qui tantum grato cognoſcit pectore munus,
Hic libens fratrem diliget uſq; ſuum.

Argumentum.

Exhortatio eſt ad dilectionem proximi, quam ſumit Ioannes ab exemplo charitatis Dei erga nos, qua motus eſt, ut unigenitum ſuum filium nobis miſerit propiciatorem pro peccatis noſtris. Sicut inquit: Chariſsimi, ſi ſic Deus dilexit nos, et nos debemus nos mutuo diligere. Eſtq; tota exhortatio comprehēſa hoc enthymemate, quod ſubinde in tota Epiſtola repetit: Deus pater ex ingēti erga nos charitate, miſit nobis filium ſuum, ut pro nobis fieret uictima, placans iram Dei aduerſus peccata humani generis, Ergo debemus et nos diligere fratres noſtros, ad declarandam noſtram Deo obedientiam et gratitudinem, qui hoc ſolum officium dilectionis, pro ſuo immenſo & æterno beneficio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

à nobis requirit. Sicut inquit Chriſtus: Hoc præcipio uobis, ut diligatis uos inuicem: cōplectitur autem dilectio non ſolum affectū animi beneuoli erga afflictos, ſed ipſa officia, ſeu opera dilectionis, quibus neceßitati egentium ſuccurrimus. Sicut inquit cap. 3. Filioli mei, ne diligamus uerbo neq; lingua, ſed opere & ueritate. Et placet hæc obedientia, ſeu bona opera Deo, non propter ipſorum perfectionem ſeu dignitatem, ſed propter fidem in filiū Dei, qua perſonā iam eſt iuſta, hoc eſt, accepta Deo. Nam ſine hac fide prælucente, nullum opus, quantumuis in ſpeciem ſanctum ac pium, placet Deo. Sicut teſtantur hæc dicta Apoſtoli: Quicquid non eſt ex fide, peccatum eſt. Item: Impoßibile eſt placere Deo ſine fide. Hinc Gen. 4. dicitur, Deum primum reſpexiſſe ad Abel, hoc eſt, fidem eius in promiſſum Dominum, Deinde ad ſacrificia eius, quæ tanquam fidei ſuæ fructus, et teſtimonia Deo obtulit, in uero timore & obedientia erga Deum.

EPISTOLA, 1. Ioan. 4.

IN hoc apparuit charitas Dei in nobis, ꝙ filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc eſt charitas, non ꝙ nos dilexerimus Deum, ſed ꝙ ipſe dilexerit nos, & miſit filium ſuum propiciatorem pro peccatis noſtris. Chariſsimi, ſi

ſic

ſic Deus dilexit nos, & nos debemus
nos mutuò diligere. Deũ nemo vidit
vnq̃. Si diligamus nos inuicem, Deus
in nobis manet, & charitas eius eſt per
fecta in nobis. Ex hoc cognoſcimus, ꝙ
in eo manemus, & ipſe in nobis, ꝙ de
ſpiritu ſuo dedit nobis Et nos vidimus
& teſtamur, ꝙ pater miſit filium ſerua
torem mundi: Quiſquis confeſſus fue
rit, ꝙ Ieſus eſt filius Dei, Deus in eo
manet, & ipſe in Deo. Et nos cognoui
mus, et credimus charitatem, quam ha
bet Deus in nobis. Deus charitas eſt,
& qui manet in charitate, in Deo ma-
net, et Deus in eo. In hoc perfecta eſt
charitas nobiſcum, vt fiduciam habea
mus in die iudicij, ꝙ ſicut ille eſt, et nos
ſumus in mundo hoc. Timor non eſt
in charitate, ſed perfecta charitas foràs
eijcit timorem, quoniam timor crucia-
tum habet. Qui autẽ timet, non eſt per
fectus in charitate. Nos diligimus eũ,
quoniam ipſe prior dilexit nos. Si quis
dixerit: Diligo Deum, & fratrẽ ſuum
oderit, mendax eſt. Qui enim non dili
git fratrẽ ſuum, quẽ vidit, Deum quẽ
non vidit, quomodo poteſt diligere?
Et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Et hoc præceptũ habemus ab eo, vt q̃ diligit Deum, diligat et fratrem ſuum.

EXPLICATIO TEXTVS.

Chariſs. diligamus. *Propoſitio ſeu conſequẽs enthymematis: Deus dilexit nos, Ergo diligamus & nos inuicem* Chariſsimi. *Captatio beneuolentiæ, Chariſsimi, uel ipſi deo, uel mihi Apoſtolo.* Quia charitas ex. *Aetiologia à uoluntate, ſeu præcepto Dei, ſeu à præſtantia charitatis.* Quia charitas. *Id eſt, deus diligit charitatem, eamq; mandauit ſuis, & ipſe præſtat eã erga creaturas, imprimis erga humanũ genus, cui filium miſit propiciatorẽ.* Et omnis qui di. *Conſequens præcedentis rationis: Charitas eſt ex deo, Ergo omnis qui diligit (fratrem) ex deo natus eſt, hoc eſt, ſeruat mandatum dei, et placet deo hæc obediẽtia, qua teſtatur ſe natum eſſe ex deo, uidelicet per fidẽ, cuius regenerationis quaſi teſſera, ſeu teſtimonium eſt dilectio proximi.* Et cognoſcit Deũ. *Alia utilitas, augmentum cognitionis Dei, quæ ut in gratis et ſedulis augetur, et fit illuſtrior, ita obſcuratur in ingratis & ignauis. Sicut dicit Chriſtus: Id quod habet auferetur ab eo.* Cognoſcit Deũ. *Id eſt, uoluntatem dei, quam quia intelligit hanc eſſe, ut diligat fratres, ideo Deo obtemperat, et hanc obedientiam ſequitur maior cognitio Dei.* Qui nõ dilig. *A contrario docet, eos qui non diligunt fratres, non eſſe renatos ex deo, nec noſſe*

deum, nec obtemperare eius uolũtati, quæ hæc eſt, ut diligamus nos inuicem. Qui non di. Proximũ ſuum Non nouit. Id eſt, non eſt renatus ex deo. Ideo non præſtat hanc obedientiã. Quoniã Deus. Repetitio rationis, qua ex cõtrario argumentatur: Deus eſt charitas, Ergo qui non diligit, non eſt natus ex deo, id eſt, regeneratus per ſpiritũ ſanctum, qui cum adeſt, dilectionem et cæteros bonos motus in cordibus accendit In hoc ap. Confirmatio rationis, deum eſſe charitatem, ſumpta ex admirando opere miſsi filij in mundum. Vnde omnium clariſsimè perſpicitur charitas dei erga perditum humanum genus. Eſtq; explicatio antecedẽtis enthymematis: Deus dilexit nos, Ergo debemus et nos inuicem diligere. Antecedens probat ex opere humanæ redẽptionis, per miſſum filiũ, eumq; unigenitum, hoc eſt, chariſsimum. In hoc. Scilicet admirando opere miſsi filij, ut fiat uictima pro peccatis humani generis. Apparuit. Id eſt, illuxit, & clariſsimè oſtenſa eſt. In nobis. Erga nos homines, uel inter nos. Vnigenitum. Amplificatio charitatis dei erga nos, ꝙ filium, quem unicum habuit, uolens, non rogatus nobis miſerit propiciatorem. In mundum. Qui hoſtis dei fuit, peccatis immerſus. Sicut inquit Paulus Rom. 5. Commendat ſuã charitatẽ erga nos deus, ꝙ cum adhuc eſſemus peccatores, Chriſtus pro nobis mortuus fuit. Vt uiuamus per eũ. Cauſa finalis miſsi filij Dei in mun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

in mundũ. De qua & Chriſtus inquit Ioan. 3. Deus non miſit filium ſuum in mundum, ut condemnet mundum, ſed ut mundus ſeruetur per ipſum. **Per hoc eſt charitas.** Repetitio, in qua oſtendit cauſam miſsi filij, non eſſe merita noſtra, aut dilectionem noſtram erga Deum, ſed meram & gratuitã miſericordiam Dei, qua motus miſit nobis filium redemptorẽ ſeu propiciatorẽ, hoc eſt, qui uictima factus eſt pro noſtris peccatis, & illorum pœnam ipſe ſuſtinuit pro nobis. **Chariſsimi.** Conſequẽs de noſtra dilectione, quæ fructus ſeu effectus eſt charitatis Dei erga nos. **Deum nemo vidit.** Occurrit obiectioni de corporali uiſione Dei, quia enim dixit, eum noſſe Deũ, qui diligit fratres, obijci poterat, neminem uidiſſe Deum, Ergo nec quenquam hominum eum cognoſcere. Reſpondet ergo, Deum inuiſibiliter in nobis eſſe & manere ſuo ſpiritu. Deinde in filio, in quo, ut Paulus inquit, diuinitas corporaliter inhabitat. **Nemo vidit.** Corporali præſentia, aut eſſentiam Dei. **Si diligimus.** Fructus dilectionis erga proximũ, præſentia ac defenſio Dei. **Et charitas eius.** Hinc certo cognoſcimus, ꝙ Deus nos uerè diligat, nos exaudiat, iuuet, & defendat. **Ex hoc.** Signum dilectionis Dei, teſtimoniũ ac præſentia ſpiritus ſancti. De quo inquit Paulus ad Rom. 5. Dilectio Dei effuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. **Et nos vidimus.** A ſuo, hoc eſt,

Apoſto-

Apoſtolorum omnium teſtimonio, de miſſo filio dei in mundum, quod ideo addit, ut confirmet antecedens enthymematis, deum miſiſſe nobis filium, atq; hoc opere declaraſſe ſuam erga nos immẽſam charitatem. Sicut ſupra dixit: In hoc apparuit charitas dei in nobis, q̃ deus filium ſuum unigenitũ miſit in mundum, ut uiuamus per eum. Quód igitur, inquit, deus filium ſuum miſit, nos Apoſtoli teſtes ſumus, qui eius gloriam, ut unigeniti à patre, uidimus, & cum eo edimus et bibimus, ipſumq́; contrectauimus. Quiſquis confeſſus fuerit. Loquitur hic Apoſtolus de cauſa iuſtificationis, quæ non eſt dilectio noſtra, ſed fides, qua apprehendimus charitatem dei, ſeu confeſſio de miſſo nobis filio. Vtitur autem confeſſionis uocabulo pro fide. Quia confeſſio eſt fructus fidei, quam niſi ſequatur, fides uera nõ eſt. Sicut inquit Paulus Rom. 10. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem fit cõfeſſio ad ſalutem. Quòd Ieſus. Ille Nazarenus filius Mariæ uirginis, crucifixus et reſuſcitatus à morte. Filius Dei. Coæternus patri et ὁμοούσιος, promiſſus Meſſias. Deus in eo. Diligitur à deo, defenditur, et fit particeps omnium bonorum dei. Et ipſe in Deo. Id eſt, conſolatur & erigit ſe per fidem in promiſſiones dei: non deficit à deo in perſecutione. Et nos cognouimus. Repetit ſuum teſtimonium de charitate dei, quam nobis in miſſo filio oſtendit. Cognouimus. Scilicet re

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ipſa, cum præſens in mundo nobiſcum uerſaretur filius Dei, docens & edens miracula. Credidimus. Hoc eſt, non defecimus à fide cũ pateretur, propter ſcandalum crucis. In nobis. Erga nos. Deus eſt. Repetit ſubinde dignitatem charitatis, ſumptam ab autore Deo, ut eam magis inculcet atq; commendet Eccleſiæ. Dupliciter aut declarat Deus charitatem ſuam erga nos: primum conferendo beneficia corporalia, ut uictum et defenſionem uitæ; ſpiritualia, ut remißionem peccatorũ iuſtitiam, & uitam æternam in miſſo filio. Deinde tolerando patienter noſtras infirmitates, errores, et peccata, non ſtatim ea puniens. In utroq; igitur imitari Deum debemus, ut proximum egentẽ iuuemus, et ignoſcamus eius lapſibus. Deus eſt charitas. Id eſt, exhibet charitatẽ, ſeu eam declarat, condens & conſeruans naturam & Eccleſiam. Et eſt Deus charitatis quaſi incendium quoddã, quo totam naturam complectitur, fouet, conſeruat, & colligit ſibi æternam Eccleſiam, atq; hoc opere dilectionis ſeu benefaciendi tanquam proprio inprimis delectatur, adeo, ut nihil aliud uideatur Deus eſſe, q̃ ipſißima charitas. Qui manet in charitate. Hortatio ab utili ſeu commodo, quod ex dilectione percipimus, uidelicet præſentiam Dei, & communicationem omnium bonorũ eius, tum corporalium, tum ſpiritualiũ. Adeoq; eius diuinæ naturæ reddimur participes in filio. Qui manet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Id eſt, conſtanter diligit Deũ et proximũ: Non deficit à dilectione dei, ſeu confeßione Euangelij propter crucem, neq; ceſſat diligere ac benefacere ꝓximo propter malitiam, iniurias, et ingratitudinẽ hominũ. Sed omnib. benefacit, omnes iuuat, ſine reſpectu perſonarum, amicos et inimicos, gratos & ingratos, exemplo dei. Sunt autem duo genera deficientium ſeu non manentium in charitate. Quidã, ut poma putrida et uitioſa, ſponte decidunt, ſecurè indulgentes peccatis. Alij propter crucem deficiunt, tanq̃ à uento impulſi, hoc eſt, cruce ſeu afflictionib. **In Deo manet.** Id eſt, particeps omniũ bonorum dei fit, diligitur et iuuatur à deo. **Et deus in eo.** Id eſt, adeſt ei deus, iuuat, et conſolatur in cruce, auget in eo dona corporalia, et ſpiritualia. **In hoc eſt perfecta charitas.** Aliud argumentum, ſumptum item ab utili ſeu commodo, uidelicet à fiducia ſeu teſtimonio bonæ conſciẽtiæ, & coram Deo, & Eccleſia in extremo iudicio, quo omnibus opus eſt, ꝙ ſcilicet in uocatiõe noſtra diligentes fuerimus, peccatis non indulgentes contra conſcientiam. **Perfecta.** Perfectam charitatem uocat ueram et integram, non ſimulatam, qua & amicis & inimicis benefacimus, pio ac liberali animo toleramus iniurias, & cedimus alijs gratia publicæ tranquillitatis. Huius charitatis effectus ſeu fructus eſt fiducia, ſeu teſtimoniũ bonæ cõſcientiæ **In die iudicij.** Vel illius generalis, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

extremi, uel tempore mortis, eiusq́; naturalis, uel uiolentæ, cum tyranni interficiunt confeſſores Euangelij. De utroq; enim iudicio loquitur Apoſtolus. Quôd ſicut ille. Id eſt, ſicut filius dei in mundo ſubiectus fuit cruci, & uarijs afflictionibus, ita etiam Eccleſia. Addit autem hæc quaſi per occupationem, reſpondens ad obiectionem de ingratitudine mundi erga benemeritos, et hortatur ne propter eam deſiſtamus diligere proximum, & benefacere mundo, q. et ipſe filius Dei ſummã expertus ſit ingratitudinem erga ſe hominum, ergo nec nos deterreat ingratitudo & malitia mundi, quia inquit, ſicut ille (filius dei moriẽs pro mundo) eſt, id eſt, expertus eſt in mundo inſignẽ ingratitudinẽ hominũ, ita et nos ſumus in hoc mundo, id eſt, eandem ingratitudinem experimur pro dilectione ſeu beneficijs noſtris: ſed ſicut deus non deſinit benefacere mundo propter ingratitudinem, ita neq; nos deterrebit ingratitudo, ut perfecta ſit in nobis charitas, hoc eſt, uera et integra, qualis fuit in filio dei. Timor non eſt in charitate. Explicatio proximi effectus charitatis, uidelicet fiduciæ in die iudicij, quæ oritur ex teſtimonio bonæ conſcientiæ, q. fidem noſtram charitatis officijs erga proximum, quæ Chriſtus recenſet Matt. 25. declarauerimus. Hæc charitas non habet timorem, ſed eum expellit forás, id eſt, illi qui proximũ diligunt et iuuant quibus poſſunt rebus, iuxta uocationem,

non timent.i.habent fiduciam erga deum,et gloriã
bonæ conſcientiæ coram Eccleſia.Loquitur autem
Apoſtolus hic non de timore dei,quæ uirtus eſt,mã
data à deo,qua agnoſcimus noſtram infirmitatẽ,et
fugimus peccata,ſed de timore et cruciatu, qui ex
mala conſcientia oritur,neglecti proximi,et infi-
deliter adminiſtratæ uocationis. Timor. Id eſt,
metus pœnarum propter neglecta officia dilectio-
nis. Non eſt in charitate. Id eſt,cum præſta-
mus proximo officia dilectionis. Qui autem ti
met. Antitheſis,ſicut is qui rectè et fideliter facit
officia ſuæ uocationis, perfectè et uerè diligit pro
ximũ,habet confidentiam coram deo et Eccleſia in
die iudicij, quam comitatur gaudium,& tranquil
litas mentis:ita is qui negligit uocationem, et odit
proximum,habet timorem,ſcilicet pœnarum, quẽ
deinde comitatur cruciatus, hoc eſt, anxietas &
trepidatio metuentis iram dei, & damnationem,
quam & Satan egregiè adiuuat,ut adigat tandem
hominem ad deſperationem,quæ certo ſequetur,ni
ſi conſcientia ſeſe erexerit in hoc agone,per pro-
miſsionẽ de gratuita remiſsione peccatorum pro-
pter Chriſtum. Qui timet. Id eſt,qui non expe-
ritur in ſe illam fiduciam coram deo & Eccleſia,
conceptam ex dilectione præſtita proximo,ſed ti-
met iudiciũ dei,et teſtimonium aduerſus ſe Eccle-
ſiæ. Non eſt perfectus. Hic timor ſignum eſt,
ꝙ non perfectè dilexit deum et proximum. Nos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

diligimus. *De cauſa noſtræ dilectionis erga deum, quæ eſt ipſa dilectio dei, qua nos indignos prior complexus eſt, & miſit nobis filium redemptorem, propter quod immenſum beneficium redamare debemus tam propitium patrem, qui unigenito ſuo filio, ut inquit Paulus, non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, ad Rom. 8* Si quis dixerit. *Reprehenſio falſæ ac ſimulatæ dilectionis Dei, quæ uera non eſt, ſi dilectio proximi non tam quam fructus ex ea ſequitur.* Qui enim. *Aetiologia, qua argumentatur à maiore ad minus: Si proximum noſtrum non diligimus, cuius præſens miſeria nos ad miſericordiam cõmouere poterat, quanto minus Deum abſentem & inconſpicuum diligemus, qui noſtra opera non indiget, nec poſſumus etiam ulla in eum abſentem conferre officia, nec ea à nobis requirit, ſed dilectionem proximi. Sicut inquit per Oſeam: Nolo ſacrificium, ſed miſericordiam.* Et hoc eſt. *Concluſio qua addit immutabile mandatum Dei, cui omnes obtemperare oportet, de diligendo proximo. Sicut inquit Lex: Diliges proximum tuum, ſicut teipſum, Matth. 22. Et Ioan. 15. inquit Chriſtus: Hæc præcipio uobis, ut diligatis uos mutuo.*

OBIECTIONES *quinq;.*

I. *De triplici uiſione Dei.*

Vidit Iacob Deum facie ad faciem, Gene.

Gene.32 Item Moſes & Seniores populi Iſrael, Exod. 24. Et Chriſtus inquit, Ioan,14. Qui videt me, videt patrem:

Ergo aliqui viderunt Deum.

RESPONSIO.

Triplex eſt uiſio Dei. Prima eſſentiæ ſeu maieſtatis eius diuinæ, quæ uideri a nemine poteſt. Sicut inquit Deus ad Moſen, expetentem uidere faciem eius, id eſt, diuinam maieſtatem & gloriam: Non poteris uidere faciem meam, Non enim uidebit me homo, & uiuet, Exod.33. Sic de uoluntate non reuelata dictum eſt: Qui ſcrutatur maieſtatem, opprimitur à gloria. Secunda uiſio Dei eſt, cum in figura ſeu ſpecie creaturæ, ut angeli, hominis, columnæ, rubi ardẽtis, Deus apparuit Patriarchis. De hac dicitur: Vidit Iacob Deum facie ad faciem. Tertia eſt ſpiritualis uiſio, quæ eſt cognitio uoluntatis Dei erga nos, reuelatæ in uerbo & miſſo filio. De qua inquit Baptiſta: Deum nemo uidit unquam, ſed filius unigenitus, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit nobis. Item ipſe Chriſtus, Ioan.14. Qui uidet me, uidet patrem meum, id eſt, uoluntatem patris patefactam per me filium.

II. Quomodo Deus ſit charitas.

Charitas eſt accidens ſeparabile non intelligens.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Deus eſt charitas:

Ergo Deus eſt accidens ſeparabile, ſeu qualitas mutabilis, nõ eſſentia æterna intelligens.

Reſpondeo ad minorem, per diſtinctionem: Deus eſt charitas, hoc eſt, Deus eſt fons & autor charitatis, uel charitas eius ſeu beneficentia ubiq; conſpicitur, in tota natura rerum, maximè, in colligenda & conſeruanda Eccleſia. Nam uocabulum charitatis hoc loco actiuè ſignificat, hoc eſt, perpetuam & propriam actionem ſeu naturam Dei, quæ nihil aliud eſt, quàm diligere & benefacere. Sicut actiuè dicuntur à Chriſto: Ego ſum uia, ueritas & uita, id eſt, oſtendo ueram uiam perueniendi ad ſalutem, & doceo ueritatem, & do uitam æternam credentibus in me.

III. De Iuſtificatione.

Manere in Deo, eſt iuſtificari, & placere Deo.

Diligentes proximum manẽt in Deo. *Sicut inquit Ioannes:* Qui manet in charitate, in Deo manet:

Ergo charitate ſeu dilectione iuſtificamur & placemus Deo, non fide.

Reſpondeo ad maiorem: Manere in Deo, non ſignificat hic iuſtificari, aut apprehendere charitatem dei erga nos, quod ſit ſola fide, de qua inquit:

Quiſ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Quiſquis confeſſus fuerit, ꝙ Chriſtus ſit filius dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo. Sed loquitur de charitate proximi, quæ fructus eſt fidei, quam hic prædicat ab effectu, uidelicet ꝙ ſit teſtimonium præſentiæ Dei, et iuſtitiæ fidei. Ex quo certi ſumus nos eſſe iuſtificatos fide, & placere Deo propter Chriſtum, quia hanc obedientiam præſtamus Deo.

IIII. De duplici fiducia.

Per charitatem habemus fiduciam in die iudicij, vt inquit Ioannes: Ergo dilectio noſtra opponi poteſt iudicio ſeu iræ Dei aduerſus peccatum.

RESPONSIO.

Non loquitur hic Apoſtolus de fiducia erga Deum, qua in agone mortis, ſeu iudicio Dei, damnantis peccatum, conſcientia conſiſtit, quæ fiducia ſola eſt fides, apprehendens Chriſtum, propter quem ſumus iuſti, & habemus acceſſum ad patrem cum fiducia, ut inquit Paulus. Sed loquitur de fiducia coram Deo & Eccleſia, de rectè adminiſtrata uocatione, & exhibita dilectione proximo, quæ fiducia teſtimonium bonæ conſcientiæ dicitur. De hac inquit cap. 3. Si cor noſtrum non condemnat nos, fiduciam habemus erga Deum. Item Paulus 2. ad Corinth. 1. Gloriatio noſtra hæc eſt, teſtimoniũ conſcientiæ noſtræ &c.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

V. *De triplici timore.*

Charitas expellit timorem.
Credentes diligunt Deum:
Ergo eum non timent.

RESPONSIO.

Nego conſequẽtiam. Quia triplex eſt timor: Timor filialis, de quo Prouer. 1. *Initium ſapientiæ timor* Domini. *Et ſeruilis, qui odium* Dei *parit, cum eum tanq̃ tyrannum fugimus. Et timor conſcientiæ, qui oritur ex malè adminiſtrata uocatione, & neglectis officijs charitatis erga proximum. De timore ſeruili, et hoc conſcientiæ, loquitur* Ioannes, *quos expellit perfecta charitas, quam ſequitur fiducia et teſtimonium bonæ conſcientiæ coram deo &* Eccleſia, *& quo certius intelligimus charitatẽ dei erga nos, eamq; fide apprehendimus, tanto minus timemus peccatum & mortem, conſolantes et erigentes nos in terrorib. promiſsione* Euangelij.

DOMINICA II. POST
Trinitatis, Epiſtola, de dilectione & odio proximi, & utriuſq; cauſa. I Ioan. III.

Tetraſtichon.

Decipit hæc multos pietatis opinio falſa,
Qui rentur factis abſq; beare fidem.
Sola fides Chriſtum *noſtram capit ipſa ſalutem,*
At ſine fratris erit fucus amore fides.

Argumentum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Hortatur & hac Epiſtola D. Ioannes regenerātos fide in Chriſtum, ad dilectionem proximi: ſed addit hic antitheſin, de odio uidelicet proximi, eiuſq; cauſam in Cain oſtendit, eſſe in impijs odium iuſtitiæ & uerorum cultuum Dei. Deinde concionatur de pœna odij & ſimultatis, uidelicet de æterna morte, quæ odiũ proximi, quod homicidio comparat, certo comitabitur. Poſtremo prædicat immenſam charitatem Dei erga humanum genus, q. filius Dei pro nobis mortuus eſt. Ab hoc ineffabili beneficio Dei, et illuſtri charitatis opere, hortatur & nos ad mutuam inter nos dilectionem, eamq; deſcribit qualis eſſe debeat, non ſimulata, aut labris tantum fluctuans, ſed uera, qua proximum egentem facultatibus noſtris iuuamus. Quomodo autem, & cur placeat Deo hæc imperfecta noſtra obedientia, ſeu dilectio proximi, ſuprà dictum eſt, uidelicet propter fidem in Chriſtum, qua ipſa iam perſona accepta eſt Deo, propter mediatorem.

EPISTOLA, *1. Ioan. 3.*

OMnis qui non facit iuſtitiam, non eſt ex Deo, & qui non diligit fratrem ſuum. Quoniã hæc eſt annunciatio, quã audiſtis ab initio, vt diligamus nos inuicem. Non ſicut Cain ex illo malo erat, & occidit fratrem ſuum. Et pro-

Et propter quid occidit eum? quia opera eius mala erant, fratris autem eius iuſta. Ne miremini, fratres mei, ſi odit vos mundus. Nos ſcimus, ꝙ translati ſumus de morte ad vitam, quia diligimus fratres. Qui non diligit fratrem, manet in morte. Omnis qui odit fratrẽ ſuum, homicida eſt: & ſcitis, ꝙ omnis homicida nõ habet vitam æternam in ſe manẽtem. Per hoc cognoſcimus charitatem, quoniam ille animam ſuam ꝓ nobis poſuit. Et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui verò habuerit ſubſtantiam mundi, & viderit fratrẽ ſuum egentem, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, ne diligamus verbo, neq; lingua, ſed opere & veritate.

EXPLICATIO TEXTVS.

Omnis qui non. *Propoſitio: Qui iuſtus eſt fide propter mediatorem filium Dei, hic, agnoſcẽs tantum beneficium, gratus eſt Deo, facit iuſtitiam, hoc eſt, inchoat nouam obedientiam, quam lex requirit, & diligit fratrem ſuum, ſicut ipſe dilectus eſt a Deo. Extulit autem negatiuè hanc propoſitionem, reprehendens hypocritas, falſo gloriantes de iuſtitia fidei, cum eam factis non declarent, oſtendens*

dens à ſigno ſeu à poſteriori, nõ eſſe iuſtos, qui nõ inchoant nouam obedientiam, quæ præſentis fidei eſt indicium, hoc modo: Noua legis obedientia, & dilectio proximi, eſt certum ſignum ac fructus fidei: Ergo omnis qui non præſtat hanc obediẽtiam, ſeu non facit iuſtitiam, nec diligit proximum ſuũ, non eſt ex Deo, hoc eſt, non eſt regeneratus à Deo, nec habet ueram fidem, quæ per charitatẽ eſt efficax. Qui non facit. Id eſt, qui non inchoat nouam obedientiam, quam lex exigit. Non eſt ex Deo. Id eſt, non eſt regeneratus à deo, nec habet ſpiritum ſanctum, qui hominem ad bona opera oĩs generis impellit. Non diligit. Id eſt, qui proximum ſuum egentem non iuuat, iuxta uocationem. Quoniam. Ratio à ſuo, hoc eſt, omnium Apoſtolorũ teſtimonio, qui unanimiter adhortati ſunt Eccleſiam ad dilectionem proximi, iuxta mandatum Chriſti. Hęc eſt annunciatio. Id eſt, doctrina ſeu exhortatio noſtra, ad dilectionem mutuam. Ab initio. Inchoatæ prædicationis, ſeu miniſterij Euangelij. Q.d. Hoc unum omnes docemus, ut iuſtitiam fidei, quæ eſt gratuita Dei acceptatio ad uitam æternam, propter filium, dilectione proximi, & alijs bonis operibus declaretis. Non ſicut Cain. A contrario exemplo explicat exhortationem, oſtendens in Cain & fratre eius Abel, duplicem ſemper Eccleſiam fuiſſe & eſſe in mundo, ſeu duos cœtus hominum: alterum uerè cre-

dentium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

dentium,qualis fuit Abel:alterum hypocritarum, et perſequentium ueram Eccleſiam,ſicut Cain fratrem iuſtum occidit. Non. Scilicet facietis,quemadmodum Cain,qui impulſus à diabolo,et propria malitia,fratrem impiè occidit. Huic ſimiles uos eſſe non debetis, nec imitari exemplum odij aut ſimultatis Cain, ſed potius diligere fratres,et proſequi eos omnibus officijs. Ex illo malo. Id eſt,ex diabolo,qui malus eſt non ſubſtantia,quia creatura eſt dei bona, ſed uoluntate,qua liberè ſe auertit à deo,et odio inſatiabili perſequitur filium Dei,et homines ad mala impellit,& peccati eſt autor. Vnde Chriſtus Ioan.8.homicidam uocat,& mendacē. Illo. Emphaſis eſt,quo diabolū ſignificat. Et occidit. Gene.4.Hebr.11. Et propter quid. Oſtendit cauſam odij in Cain aduerſus fratrem, quæ fuit inuidia,q; munera Cain,quæ offerebat ſine fide in promiſſum ſemen, Deo non placuerunt, ſed munera Abelis,quæ obtulit tanquā teſtimonia ſuæ fidei in ſemen promiſſum, ut Gene.4.dicitur: Reſpexit Dominus ad Abel(id eſt,fidem)& ad munera eius. Ad Cain autem & munera illius non reſpexit, iratusq; eſt Cain uehementer, & concidit uultus eius.Dixitq; ad Abel fratrem ſuum: egrediamur foràs. Cumq; eſſent in agro, conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum. Mala erant. Id eſt,non placuerunt Deo ſacrificia Cain. Opera. Id eſt,munera ſeu ſacrificia.

cia. Iuſta. Id eſt, munera Abelis accepta erant Deo, quæ obtulit per fidem in promiſſum ſemen, propter quam ipſa perſona iuſta erat. Ergo etiam obedientia eius placuit Deo. Ne miremini. Cõmonitio de duplici Eccleſia omnibus temporibus in mundo, uera & falſa. Vera eſt cœtus exiguus, & cruci ſubiectus in hac uita, habẽs ſynceram doctrinam Dei, et ueros cultus, cuius membrum fuit Abel. Falſa eſt, quæ excellit potentia, & habet titulum Eccleſiæ, ac perſequitur ueram Eccleſiam, cuius primum membrum ſuit Cain. Addit autem hãc admonitionem, ne propter perſecutiones, & paucitatem uerè piorum, deficiamus à doctrina Euangelij, et ueris cultibus Dei. Quia inde ab initio magna fuit ſemper multitudo impiorum, & hypocritarum, qui ueram Eccleſiam perſecuti ſunt, ſicut Cain fratrem ſuum iuſtum perſecutus eſt, & occidit. Non igitur, inquit Apoſtolus, ó fratres admiramini tanquam rem nouam, quód mundus uos odit, quia ſtatim initio conditi humani generis hoc odium inter ueram et falſam Eccleſiam incepit, inter Cain & Abel primos fratres, & uſq; ad finem mundi durabit. Nos ſcimus. Commendatio dilectionis fraternæ, quód certum ſignum & fructus eſt fidei, qua ſola ſumus iuſti, hoc eſt, accepti Deo, & uitam æternam conſequimur propter filium Dei reconciliatorem, non propter dilectionem, etſi hæc neceſſario tanquam fructus ex uera

fide

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

fide ſequitur. Nos ſcimus. Id eſt, ex hoc fructu fidei, ſcilicet dilectione, certi ſumus nos eſſe translatos per fidem de morte ad uitam. Quia diligimus. Id eſt, quia charitatis opera præſtamus proximo, non tanquam meritum æternæ uitæ, ſed fidei fructum. Nam uita æterna non debetur meritis noſtris, ſed eſt donum Dei, ut docet Paulus ad Roma. 6. Qui non diligit. Antitheſis de odio & contemptu proximi, eorumq; pœna, uidelicet æterna morte, in qua manēt oſores proximi. Omnis qui. Probat æternam mortem pœnam eſſe odij aduerſus proximum. Quia odiū eſt peccatum contra V. præceptum. Comparat autem homicidio odium: primum, quia lex eſt ſpiritualis, prohibens non ſolum externum opus, ſed etiam motus cordis, ut iram, odium, maleuolentiam, ſicut legem interpretatur Chriſtus, Mat. 5, inquiens: Quiſquis iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Argumentatur autem Apoſtolus in modo Celarent:

Nullus homicida habet uitam in ſe manentem.
Omnis qui odit fratrem ſuum, eſt homicida:
Ergo nullus qui odit fratrem ſuum, habet in ſe
uitam manentem.

Per hoc. Ab exemplo Chriſti exhortatio. Eſtq; Enthymema: Filius Dei ita dilexit nos, ut animam ſuam pro nobis poſuerit, id eſt, mortuus ſit: Ergo etiam nos pro fratribus animas ponere debemus, ſi neceſſe erit: non ſolum eos diligere, & iuuare

uulgaribus officijs. Valet autem conſequētia, quia Chriſtus duobus modis proponitur Eccleſiæ: primo ut donum ſeu meritum: deinde, ut exemplum dilectionis, patientiæ, & aliarum uirtutum. Sicut inquit Petrus: Chriſtus afflictus eſt pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut inſequeremur ueſtigia eius, 1 Pet. 2. Qui vero habuerit. *Hactenus in genere hortatus eſt Eccleſiam ad mutuam dilectionem, quæ in duobus membris præcipuè conſiſtit: communicatione officiorum, & condonatione erratorum. Nunc addit modum, qualis eſſe debeat dilectio, uidelicet uera, qua non ſolum afficimur commiſeratione alienæ miſeriæ, ſed etiam ipſa re iuuamus afflictos & egenos, ijs ſcilicet operibus charitatis, quæ Chriſtus Matth. 25. commemorat.* Subſtantiam. *Facultates ſeu opes huius mundi, quibus commodè iuuare pauperes aliquis poſſet.* Clauſerit viſcera. *Id eſt, non adficietur inopia egenorum, ut eos iuuet pro ſua facultate, ſed eſt erga eos durus & immiſericors, ſicut diues ille Epulo in Lazarum mendicum, Lucæ 16.* Quomodo charitas. *Id eſt, talis homo non uerè agnoſcit charitatem Dei erga ſe, & multiplicia beneficia, corporalia & ſpiritualia. Nam hæc ſi uerè conſideraret, proximo egenti certè auxiliaretur, ut Deo gratus eſſet pro æternis beneficijs. Sed quia eſt ingratus Deo, ideo à fide excidit, amittit gratiam Dei, & ſpiritum ſanctum.* Fi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

lioli mei. *Concluſio de dilectione proximi, & eius modo, ut non ſit hypocritica aut ſimulata, ſed uera, &, ut ita dicam, cordalis, qua ex animo afficimur aliorum miſerijs, & iuuamus quoq; eos facultatibus noſtris.*

OBIECTIONES *tres.*

I. *De iuſtitia fidei & operum.*

Qui facit iuſtitiam & diligit proximum, ex Deo eſt, hoc eſt, eſt iuſtus, & placet Deo.

Facere iuſtitiam, & diligere, ſunt actiones:

Ergo per actiones ſeu opera noſtra ſumus iuſti, & placemus Deo.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia iuſtitia & dilectio ſunt fructus fidei, qua ſola apprehendimus miſericordiam Dei promiſſam in filio, propter quem iuſti reputamur: hanc deinde imputationem gratuitam iuſtitiæ, ſequitur iuſtitia operum, ſeu legis, hoc eſt, inchoatio nouæ obedientiæ, & dilectio.

II. *Quomodo Cain, & alij impij, ſint ex malo, hoc eſt, Diabolo.*

Cain fuit ex malo, id eſt, Diabolo:

Ergo

Ergo à Diabolo creatus eſt, & non ex Deo.

RESPONSIO.

Fallacia eſt phraſeos. Quia eſſe ex malo ſeu Diabolo, ſignificat obſequi uoluntati & deſiderijs diaboli. Sicut contrà eſſe ex Deo, oſt obtemperare Deo & eius uoluntati.

III. *De effectu mortis Chriſti, & eorum qui pro fratribus moriuntur.*

Iubet Apoſtolus, vt animas pro fratribus, exemplo Chriſti, ponamus.
Chriſtus ponẽs animam ſuam, meruit Eccleſiæ vitam æternam:
Ergo Chriſtiani ponentes animas pro fratribus, merentur eis uitam.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia collatio exempli non fit in debitis partibus. Nam genus, uidelicet dilectio, præcipitur exemplo Chriſti, non ſpecies, hoc eſt, fructus ſeu meritum mortis Chriſti, quæ fuit abolitio mortis æternæ: noſtra autem mors eſt tantum teſtimonium ueri amoris erga fratres: & confeßio, quæ prodeſt Eccleſiæ, ut in doctrina ac fide confirmetur & conſeruetur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

DOMINICA III. POST
Trinitatis, Epiſtola, de humilitate, ſobrietate, uigilantia, & patientia ſub cruce.
I. Petri V.

Tetraſtichon.

Sit ſubiecta, ſenesq; colat pueritia canos:
Sunt humiles uerè, curáq; amorq; Deo.
Dæmonis ut uites, uigila, ſis ſobrius, aſtus:
Hic Stygius quærit, quos uoret usq;, Leo.

Argumentum.

Exhortatur D. Petrus hac Epiſtola, primum adoleſcentes ad humilitatem, reuerentiam & obedientiã erga natu maiores, à promißione præmiorum, et beneuolẽtia et ſolicitudine Dei erga humiles et obediẽtes. Deinde hortatur omnes ad ſobrietatem uitæ, & uigilantiam, quibus imprimis opus eſt cõtra potentiam et inſidias diaboli, qui hoc magno et inſatiabili ſtudio agit odio filij Dei, ut homines in uarios caſus & pericula, tum corporis tum animæ, conijciat, & prorſus perdat. Tertio conſolatur afflictos ſub cruce, & hortatur eos ad patientiam, à communi omnium piorũ ſorte, & totius Eccleſiæ fortuna, quæ in hac uita cruci ſubiecta eſt, ſed Deus eam ſeruat mirabiliter inter furores diaboli, et membrorum eius, & liberabit tandem, & cœleſtib. præmijs eã exornabit in uita æterna.

EPISTOLA, 1. Petri 5.

Simili-

SImiliter iuniores ſubditi eſtote ſe-nioribus, ſic vt omnes, alius alij, viciſsim ſubijciamini. Humilitatem animi vobis infixam habete, propterea quod Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autẽ dat gratiã, Humiliemini igitur ſub potenti manu Dei, vt vos extollat, cũ erit opportunum. Omni cura veſtra coniecta in illũ. Nam illi cura eſt de vobis. Sobrij eſtote, vigilate, quoniã aduerſarius veſter, diabolus, tanquam leo rugiens obambulat, quærens quẽ deuoret, cui reſiſtite fide. Scientes eaſdẽ afflictiões veſtrę, quæ in mundo eſt, fraternitati conſummari. Sed Deus omnis gratię, qui vocauit vos ad æternam ſuam gloriã per Chriſtum Ieſum, parumper afflictos, idem inſtauret vos, fulciat, roboret, ſtabiliat. Ipſi gloria, imperium, in ſecula ſeculorum. Amen.

EXPLICATIO TEXTVS.

Similiter. *Propoſitio primæ exhortationis, de obedientia iuniorum ſeu adoleſcentum erga ſenes, per collationem præcedentis admonitionis de officio presbyterorum et paſtorum Eccleſiæ, quos obſecrauit Apoſtolus, ut gregem Chriſti, hoc eſt, Eccleſiam, ſedulo paſcerẽt pabulo ſynceræ doctrinæ,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

& exēplaria eſſent gregi integritati uitæ. Nunc
igitur quaſi per antitheſin monet etiam adoleſcen
tes ſui officij erga ſenes. Nam ſicut natu maiorum
eſt officium, inſtituere adoleſcentes uera doctrina,
et regere diſciplina, ita contrà officium adoleſcen
tum eſt, parere monitis eorum, qui ætate et doctri
na excellunt, eosq́; debita obſeruātia proſequi Si-
militer. Id eſt, ſicut presbyteri ſeu ſeniores do-
cent et paſcunt Eccleſiam, & iuniores diſciplina
continent, ita etiam adoleſcentes obtemperēt ſenio
rib. Sicut. Cauſa finalis obedientiæ, ut ſit in huma
na ſocietate mutua et fraterna ſubiectio ac reue-
rentia, qua concordia et pax tum publicè, tum pri
uatim conſeruatur. Humilitatem. Præceptum
de humilitate, qua propoſitionem primā quaſi ex-
ponit ſeu declarat. Eſt autem humilitas uirtus, qua
propriam imbecillitatem agnoſcentes, primum de
um timemus, eiusq́; uoluntati nos ſubijcimus. Dein
de alios præferimus nobis, ac ueneramur eos, qui
maiora dona habent, et Eccleſiæ plus prodeſſe poſ
ſunt, non appetimus alienam uocationem, nec ma-
iora uiribus conamur, ſed cōtinemus nos intra me
tas noſtræ uocatiōis, et ut Paulus iubet, propria fa
cimus. Propterea q. Aetiologia à pœnis ſuper
biæ, & præmijs humilitatis, et conuenit dictum cū
illo Chriſti: Qui ſeſe exaltat, humiliabitur: & qui
ſeſe humiliat, exaltabitur. Contra, ſuperbia eſt, nō
agnoſcere propriam infirmitatem, ſed admiratio-
ne

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ne ſuorum donorum, ſeſe præferre alijs, & conari maiora uiribus, contemnere inferiores, & multa non neceſſaria mouere contra uocationem. Vnde, ſicut humilitas eſt concordiæ conſeruatrix, multæ oriuntur diſſenſiones, tum in Eccleſia, tum in humana ſocietate. Sicut dicitur: Inter ſuperbos eſt contentio. Deus ſuperbis. Id eſt, impedit eorũ conatus, ut infelix ſit gubernatio. Superbis. Id eſt, qui admiratione ſui doni, alijs ſe anteponũt, et præ ſe contẽnunt inferiores, ſicut Phariſæus cõtempſit publicanum. Humilib. Id eſt, agnoſcentibus indignitatem ſuã in uero timore dei, nihil conantur extra uocationem, confiſi proprijs uiribus, ſed petunt et expectant auxilium à deo in uocatione. Dat grat. Id eſt, felicem ſucceſſum in uocatione, ſeu pijs ſtudijs. Humiliemini igi. Concluſio huius primæ exhortationis de humilitate, quæ monet de prouidentia Dei erga Eccleſiam, quod Deus curam habet piorum, nec ſit ocioſus ſpectator, ſeu Idolon Epicureum, humanas res nihil curans, ſed quod uerè afficiatur noſtris ærumnis, & opportuno tandem tempore mirabiliter liberaturus ſit ſuos. Humiliemini. Id eſt, ne ſitis impatiẽtes in cruce, non arrogantes in rebus proſperis, ſed ſubijcite uos uoluntati Dei in afflictionibus, et petite et expectate auxilium à Deo fide. Sub potenti manu. Id eſt, qui potẽter uos defendere poteſt, contra furores diaboli & impiorum, & tandem liberabit

glorioſè. **Exaltet.** Glorioſè liberet & euehat op
preſſos aliquandiu. Nam hoc conſilio Deus Eccleſi
am ſuam ſinit affligi aliquandiu, ut occaſionem ha
beat glorioſæ liberationis, ſicut hiſtoria Iſraelita-
rũ teſtatur. Et ad Paulũ inquit Deus: Virtus mea
in infirmitate perficitur. **Cũ erit op.** Hoc ad-
dit, ne præſcribamus deo uel tempus uel modũ libe
rationis. Nam ipſe ſolus nouit utrunq;, ideo præſta
bimus in cruce obediẽtiam, expectãtes opportunã
liberationem. Sicut Iudith inquit ad ſacerdotes ca.
8. Qui eſtis uos, qui tẽtatis Dominum, ut tradituri
ſitis ciuitatem Aſsyrijs, ſi intra 5. dies non uenerit
uobis adiutorium? Poſuiſtis uos tempus miſeratio-
nis Domini, et in arbitrium ueſtrũ diem conſtitui-
ſtis ei etc. **Opportunũ.** i. cum et gloria Dei, &
noſtra ſalus liberationem poſtulabunt. Differt aũt
interdũ deus liberationẽ, ut tanto ſit et illuſtrius et
gratius beneficiũ. **Omni cura.** Iuxta illud Pſal.
Cõmenda Deo uiam tuam, et ipſe faciet. **Nã illi.**
Aetiologia de paterna & aſsidua ſolicitudine ac
cura Dei erga ſuos, quæ in genere de prouidentia
dei erga omnes creaturas monet. **Illi cura.** i. cer
to exaudit, iuuat, & defendit uos, adeſt opitulator
& auxiliator in periculis, etiãſi uideatur uos ali-
quandiu deſerere. Sicut inquit per Prophetã: Qui
uos tangit, tangit pupillam oculi mei. Itẽ Chriſtus
Matt. 10. Veſtri etiã pili capitis numerati ſunt. Ne
igitur metuatis, uos pluris eſtis q̃ multi paſſerculi
&c. So-

Sobrij eſtote. Secunda exhortatio ad ſobrieta-
tẽ et uigilantiam, de qua & Chriſtus inquit Lu. 21.
Cauete uobis ne quãdo grauẽtur corda ueſtra cra
pula & ebrietate, et curis huius uitæ. Itẽ, uigilate
omni tẽpore, precantes. Contraria uitia ſunt, ebrie
tas, ſeu intemperantia, et ſecuritas, quibus occaſio
præbetur ſatanæ, ut multos opprimat. Quoniã.
Aetiologia a periculo, uidelicet a potentia et inſi-
dijs diaboli, qui infeſtiſsimus eſt hoſtis filij Dei, &
Eccleſiæ eius. Ideo quærit et obſeruat attentiſsimè
omnes occaſiones, quibus hominẽ ad peccandum il
liceat, et in perpetuos cõijciat interitus etc. Ad-
uerſarius. Studiũ diaboli, ut humanam ſalutem
impediat, idq; duobus conatur modis. Primo, corrũ
pit ueram doctrinã, et ueros cultus dei. Deinde im
pellit homines ad uaria ſcelera et pericula, ut ſcan
dalis utriuſq; generis deformet Eccleſiam. De hac
potentia et malitia diaboli inquit Paulus ad Ephe.
6. Non eſt nobis lucta aduerſus ſanguinem et car-
nẽ, ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates,
aduerſus mundi dominos, rectores tenebrarum ſe-
culi huius, aduerſus ſpirituales aſtutias in cœleſti-
bus. Diabolus. Calumniator, à διαβάλλομαι,
quod eſt, calũnior, quia hic malitioſus ſpiritus de-
prauat omnia recta cõſilia et facta, et filios dei ac-
cuſat indeſinenter. Sicut dicitur in Apocal. 12. Pro
iectus eſt accuſator fratrum ueſtrorũ, qui accuſat
illos ante conſpectũ Dei noſtri, die ac nocte. Tan

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

quam leo. Icon ſeu imago, qua diaboli potentiã & crudelitatem quaſi ante oculos ponit, cõparans eum leoni rugienti. Obambulat. Solertia, ſedulitas, & indeſatigabile ſtudium diaboli in perdẽdo humano genere. Cui reſiſtite. Addit conſilium ac medium reſiſtendi diabolo, per firmam ſcilicet fidem, qua apprehendimus filium dei, uictorem diaboli, qui adiuuat Eccleſiam, ut & ipſa tam potentem et malitioſum ſpiritum uincere poßit. Sunt autem addendi & alij duo modi: Inuocatio, ac ſtudiũ, ſeu meditatio uerbi Dei. De his inquit & Paulus ad Ephe. 6. Super omnia aſſumite ſcutum fidei, quo poßitis omnia iacula mali illius ignita extinguere &c. Scientes. Tertia pars Epiſtolæ, conſolatio ſub cruce, & exhortatio ad patientiam, à communi conditione, ſeu ſorte omnium piorum, quos in hac uita, ut inquit Paulus, neceſſe eſt omnes pati perſecutiones, ut imagini filij Dei ſimiles reddantur, et reliquiæ peccati in eis mortificentur cruce. Sed Deus. Votum, quod continet conſolationẽ de promiſſa liberatione et deſenſione. Item cauſam finalem ſeu uſum afflictionum, uidelicet, ut in uera doctrina confirmemur. Nam, ut ait Paulus ad Ro. 5. Afflictio patientiam parit, patientia uero probationem, probatio autẽ ſpem, porro ſpes non confundit: hoc eſt, confirmamur in confeßione doctrinæ Euangelij, cum ſub cruce petentes, et expectantes auxilium, exaudimur tandẽ, et eripimur ex periculis.

lis. Deus omnis. *Ab autore promiſſæ miſericordiæ et liberationis.* Qui vocauit *A uocatione Eccleſiæ ad uitam æternam in filio Dei, quæ firma ac certa eſt propter promißionem* Parũper. *A breuitate crucis. De qua & cap. 1. inquit: In quo exultatis nunc ad breue tẽpus adflicti in uarijs experimentis. Et Chriſtus Ioan. 16. Et uos nunc quidẽ mœrorem habetis, ſed iterum uos uidebo, & gaudebit cor ueſtrum, et gaudium ueſtrum nemo tollet à uobis.* Idem inſtauret. *Votum ſeu precatio, ut confirmetur Eccleſia, & defendatur contra potentiam & inſidias diaboli, inſtauratione & conſeruatione ueræ doctrinæ, & uerorum cultuum.* Huic gloria. *Gratiarum actio quæ conſiſtit in agnitione & celebratione miſericordiæ, et potentiæ Dei, qua impedit conatus diaboli, nec ſinit funditus deleri Eccleſiam.* Gloria. *Id eſt, agnitio bonitatis & potentiæ Dei.* Imperium. *Id eſt, uictoria contra diabolum, & hoſtes Eccleſiæ.*

OBIECTIONES *tres.*

I. *De humilitate, an propter eam Deus recipiat nos in gratiam, & condonet nobis peccata.*

Deus humilibus dat gratiam.
Gratia eſt fauor Dei, recipientis nos & condonantis peccata:
Ergo Deus recipit nos, et remittit peccata propter humilitatem.

RESPONSIO.

Nego

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Nego conſequentiam: Quia quatuor ſunt termini in Syllogiſmo. Nam gratia, in maiore ſeu dicto Petri, non ſignificat ut in minore, miſericordiam Dei, qua recipit nos in gratiam, & remittit nobis peccata, ſed ſignificat auxilium et præſentiam dei in uocatione, ut labores ſint felices, & ſalutares nobis et alijs. Nam remiſsio peccatorum eſt gratuita, & recipimur in gratiam, non propter noſtras qualitates ſeu uirtutes, ſed ſolum propter filium Dei. Sicut inquit Baptiſta, Ioan. 1. Lex per Moſen data eſt, gratia autem & ueritas per Ieſum Chriſtum exorta eſt. Et Paulus ad Epheſ. 2. Gratia ſeruati eſtis per fidem, idq́; non ex uobis, Dei donum eſt, non ex operibus, ne quis glorietur.

II. De prouidentia & ſolicitudine Dei erga Eccleſiam.

Deus ſinit Eccleſiam miſerè affligi in hac vita, dominantibus & florentibus impijs:

Ergo nulla eſt prouidentia Dei, aut Deus Eccleſiam ſuam non curat.

Reſp. Nego conſequentiam. Quia Eccleſia ſubiecta eſt in hac uita, certo conſilio Dei, uarijs afflictionibus, ſed poſt hanc uitam liberabitur glorioſe & donabitur æternis præmijs. Interim etiã in hac uita mirabiliter eam ſeruat, ne prorſus deleatur inter tantos furores diaboli et mundi. Sicut inquit Eſaiæ 46. Portabimini à meo utero, uſque ad ſenectutem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

nectutem, Ego *ipſe portabo uos, & ſaluabo.*

III. *De mutua ſubiectione Chriſtianorum inter ſe.*

Vult Petrus, vt omnes alius alijs ſeſe ſubijciant:

Ergo nulla erit in Eccleſia ſuperior poteſtas imperans alijs.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt amphibologia: Nam Petrus loquitur de mutua ac priuata Chriſtianorum inter ſe ſubiectione, ſeu exhibitione honoris, propter gradus & diſcrimina donorum, & ætatis. Sicut inquit Paulus ad Rom. 12. *Vt alius alium honore præueniat. Non loquitur de magiſtratu, qui Dei eſt ordinatio, poteſtatem habens ſuper alios, cui debetur publica obedientia, & honor, ut Paulus ad Rom.* 13 *docet.*

DOMINICA IIII. POST

Trinitatis, Epiſtola, de præſtanda patientia, ſeu tolerantia ſub cruce propter ſpem promiſſæ gloriæ, poſt hanc uitam.

Rom. VIII.

Tetraſtichon.

Triſtitia mœret quæ nunc Eccleſia multa,
Huic dabit in cœlo, gaudia multa Deus.
Spes igitur pia turba malis, tibi concipe lætas:
Quæ ſequitur cunctos uita dolore caret.

Argu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Argumentum.

Eſt hæc Epiſtola exhortatio generis ſuaſorij ad patientiam ſub cruce, ſumpta primum à promiſſa liberatione, & gloria uitæ æternæ. Deinde ab exẽplo totius creaturæ, quæ et ipſa ſubiecta corruptioni et abuſui impiorum, expectat liberationem glorioſam, cum filijs Dei. Tertio ab exemplo omnium Apoſtolorũ, qui etſi ſunt prima membra Eccleſiæ, & primitias, ſeu præcipua dona ſpiritus ſancti habeant, tamen uarijs etiã afflictionibus ſubiecti ſunt in hac uita. Eſt igitur ſumma exhortationis, præſtandam eſſe obedientiam in cruce, quia poſt afflictiones reſtat melior uita, in qua pij liberati ab omnibus ærumnis, dulciſsima conſuetudine Dei perpetuo perfruentur, omnium bonorum Chriſti participes. Sicut inquit ante hunc textum Apoſtolus: Quód ſi filij Dei, igitur et hæredes: hæredes quidẽ Dei, cohæredes autem Chriſti, ſiquidem cum eo patimur, ut & una cum illo glorificemur.

EPISTOLA, Rom. 8.

NAm reputo nõ eſſe pares afflictiones præſentis temporis, ad gloriã quę reuelabitur erga nos. Etenim ſollicita creaturæ expectatio expectat, vt palàm fiant filij Dei. Quippe vanitati creatura ſubiacet, non volens, ſed propter eum, qui ſubiecit illã ſub ſpe. Quoniam

niam & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ Dei. Scimus enim, ꝙ omnis creatura congemiſcit, ſimulq́ꝫ nobiſcum parturit vſqꝫ ad hoc tempus. Non ſolũ autẽ illa, ſed & ipſi, qui primitias ſpiritus habemus: & noſipſi in nobiſipſis gemimus, adoptionem expectantes, redemptionem corporis noſtri.

EXPLICATIO TEXTVS.

Reputo. *Propoſitio conſolationis: Suſtinete patienter afflictiones: corporales, ut tyrannidem impiorum, exilia, mortem, morbos, inopiã, & ſimiles: Spirituales, ut terrores peccati et mortis, quibus Satan conſcientias excruciat et affligit. Eſt autem primum argumentum conſolationis ſumptum ab exitu calamitatum, uidelicet ab ingenti gloria uitæ æternæ, quæ afflictiones certo comitatur propter promiſsionem Dei. Sicut dicitur Eſai. 65. de afflictis: Gaudebunt et exultabunt in æternum. Et Chriſtus Matth. 5. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam illorum eſt regnum cœlorum. Itẽ, Gaudete et exultate, quoniam merces ueſtra multa eſt in cœlo.* Ad gloriam. *Collatio. Secutura gloria æterna eſt, afflictiones autem ſunt temporales.* Reuelabitur. *Eſt enim nunc abſcondita gloria uitæ cœleſtis. Sicut inquit*

quit Ioan. Chariſsimi, nunc filij Dei ſumus, et non-
dum apparuit, quod futuri ſumus. Scimus enim,
quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoni
am uidebimus eum ſicuti eſt, 1. Ioan. 3. Et Paulus
ad Coloſſ. 3. inquit, Superna curate, non terrena,
ſiquidem emortui eſtis, & uita ueſtra abſcondita
eſt cum Chriſto in Deo. Quandocunq; Chriſtus
manifeſtatus fuerit, uita ueſtra, tunc & uos cum
illo manifeſtabimini in gloria. Etenim. Secundū
argumentum, ab exemplo creaturarum, ſeu totius
naturæ, quæ ſubiecta eſt corruptioni, et multipli-
ci abuſui impiorum, eumq; fert patienter, etſi in-
uita, donec liberabitur. Ergo & uos, inquit, affli-
ctiones ſuſtinebitis patienter, & expectabitis libe-
rationem. Solicita. Anxia propter confuſionem
diuini ordinis, et abuſum impiorum, propter quem
natura tota quaſi dolet, et ingemiſcit ante libera-
tionem. Sicut enim finis eſt hominis, ut deum agno-
ſcat & celebret, ita etiam creaturarum, Solis, Lu-
næ, & cæterorum corporum, tum cœleſtium, tum
terreſtrium finis eſt, ut ſeruiant Eccleſiæ, ſeu ele-
ctis Dei. Nihil igitur indignius ferunt creaturæ,
quàm transferri ſe ad uſum impiorum, et hoſtium
Eccleſiæ Dei. Expectatio. Id eſt, quæ creaturæ
ſolicitè, & magno cum deſiderio expectant libe-
rationem. Vt palàm fiant filij Dei. Id eſt,
glorioſè liberentur electi, quibus ſolis inſeruire
creaturæ cupiunt, ſed impediuntur ab impijs, qui

eas ad ſe rapiunt, & defraudant Eccleſiã, quæ in
hac uita oppreſſa eſt ærumnis, et deſtituitur præſi
dijs uitæ. Quippe. Expoſitio, qua primum oſten
dit uerum uſum, ſeu finem creaturarum inſtitu-
tum à Deo eſſe, ut Eccleſiæ inſeruiant. Deinde ab-
uſum impiorum, quem creaturæ non uolentes tole
rant in hac corruptione & tyrannide diaboli, qui
quoniam dominus eſt huius mundi, auget, & or-
nat ſuos opibus et dignitate, filios autem Dei ino-
pia premit & affligit crudeliter, contra uolunta-
tem creaturarum. Vanitati. Id eſt, abuſui impio
rum hominum. Subiacet. Id eſt, inſeruire cogi-
tur. Propter eum. Scilicet Deum conditorem,
qui creaturas uult pariter & bonis et malis inſer
uire, ut conſeruetur humana ſocietas, et Eccleſia.
Sicut inquit Chriſtus Matth. 5. Qui (Deus pater)
ſolem ſuum exoriri ſinit ſuper iuſtos & iniuſtos
&c. Sub ſpe. Futuræ liberationis. Quoniã.
Ratio præcedentis membri de ſpe, quam habent
creaturæ, fore ut liberentur aliquando à corru-
ptione et abuſu impiorum. A ſeruitute. Id eſt,
abuſu impiorum, quibus coguntur creaturæ inſer
uire, contra ſuam uoluntatem. Libertatẽ glo-
riæ. Id eſt, uſq; ad tempus extremi iudicij, in quo
ipſæ creaturæ unà cum filijs Dei renouabuntur, et
priorem gloriam amiſſam propter peccatum ho-
minis, recipient. Sicut inquit Dominus per Eſaiam
65. Ecce enim ego creo cœlos nouos, & terrã no-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

uam, & non erunt in memoria priora. Et. 2. Pet. 3. Cœlos nouos ac terram nouam, iuxta illius promiſſum, expectamus, in quibus iuſtitia inhabitat, hoc eſt, iuſti. **Scimus enim.** Proſopopœia, qua poëtica fictione ſignificat ingentem anxietatem, impatientiam, et dolorem creaturarũ, quem ex abuſu ſui experiuntur, ſicut mulier parturiens acerrimos dolores ſentit, à quibus magna cum expectatione liberari deſiderat. **Ingemiſcit.** Quaſi gemitu quodam dolorem, & expectationem libertatis teſtatur, ut homo oppreſſus onere ingentium calamitatũ. Similitudo eſt à muliere parturiente, cui & Chriſtus Eccleſiam oppreſſam, et in afflictione quaſi gementem & parturientem comparat, Ioan. 16. **Parturit.** Id eſt, quaſi mulier prægnãs ſeu ferens uterum, liberari quàmprimũ cupit ab onere, hoc eſt, abuſu impiorum. **Non ſolum.** Tertia conſolatio ab exemplo Apoſtolorum. Argumentatur autem à maiore ad minus, hoc modo: Si nos Apoſtoli, qui primitias, hoc eſt, excellentiora dona ſpiritus habemus, cogimur ſuſtinere uarias afflictiones, terrores diaboli, infirmitatem noſtrã, externa & interna pericula, & tamen in his expectamus liberationem opportunam à Deo, Ergo et uos eſtote patientes in cruce, & expectate ſimiliter à Deo liberationem, & conſolationem. **Sed & ipſi.** Id eſt, nos Apoſtoli. **Primitias.** Id eſt, præſtantiora dona ſpiritus ſancti, exteriora & interiora.

Gemi-

Gemimus. Id eſt, propter afflictiones dolemus, & angimur. Adoptionem. Id eſt, declarationem manifeſtam coram Eccleſia & Angelis, nos eſſe filios Dei, et cohæredes Chriſti. Expectantes. Quia nondum apparuit, quod futuri ſumus, ut inquit Ioannes. Vnde & conſolationem poſtea addit à ſpe ſumptam, inquiens: Spe ſeruati ſumus. porro ſpes, ſi uideatur, non eſt ſpes. quod enim quis cernit, cur idem ſperet? Si uero quod non uidemus, ſperamus, id per patientiã expectamus. Redemptionem corporis. Id eſt, integram nouitatẽ omnium uirium, tum mentis, tum corporis, quod adhuc peccati reliquijs obnoxium eſt. Quare et uariè affligitur et exercetur cruce, ut hæ reliquiæ in nobis prorſus aboleantur. De hac ſeruitute & redemptione corporis noſtri, inquit Paulus ad Romanos 7. Video aliam legem in membris meis, rebellantem legi mentis meæ, & captiuum reddentem me legi peccati, quæ eſt in membris meis. Miſer ego homo, quis me eripiet ex hoc corpore morti obnoxio? Gratias ago Deo per Ieſum Chriſtum, Dominum noſtrum.

OBIECTIONES tres.

I. An afflictiones mereantur uitam æternam.

Inquit Paulus: Si patimur, glorificabimur:

Ergo noſtræ afflictiões ſunt precium, vel meritum vitæ æternæ.

RESPONSIO.

Nego conſequẽtiam. Quia ſi donatio uitæ æternæ penderet ex conditione meriti, ſeu afflictionũ, eſſet incerta, quia nemo tantum uel operatur, uel patitur, quantum debet. Deinde, inquit Chriſtus: Cum omnia feceritis, dicite, q. ſerui inutiles ſumus. Item Paulus ad Ephe. 2. Gratia ſeruati eſtis. Et hic inquit Chriſtus: Non ſunt dignæ afflictiones ad futuram gloriam. Item Auguſtinus: Vita æterna nullis humanis meritis redditur, ſed Dei donantis gratia largiente, donatur. Requiritur autem patientia in adflictionibus, ſicut inchoatio totius nouæ obedientiæ, neceſſario, tanquam fructus ſequens iuſtificationem fidei.

II. *De gemitu creaturarum propter abuſum.*

Creaturæ ingemiſcunt & expectant liberationem à vanitate, ſeu abuſu: Ergo creaturæ habent mentẽ, ſentiunt dolores, & mouentur affectibus.

RESPONSIO.

Fallacia eſt figuræ dictionis: Nam tribuit Paulus ſenſum creaturis, per proſopopœiam, ut hac figura ſignificet creaturas ſuſtinere iniuriam, cuius dolor peruenit ad Eccleſiam, in quam ſimul ſæuiunt impij, ſæuientes in creaturas: ut cum Tyran-

ni &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ni & impij rapiunt ad ſe creaturas,& perſequuntur Eccleſiam,quæ propter hanc iniuriam & abuſum creaturarum, dolet & ingemiſcit.

III. De duplici liberatione Eccleſiæ,præſenti per ſpem,& futura,per gloriam.

Credentes ſunt in præſentia iuſti: Ergo ſunt in præſentia liberati, Ergo non ſpe.

Reſpondeo ad antecedens, per diſtinctionem: In præſenti credentes ſunt iuſti imputatiuè, & liberantur à peccato, ne damnet eos, Sed manet adhuc in natura morbus ipſe,ſeu corruptio,et mors, à quibus expectant liberationem, & integram nouitatem in uita æterna,qualis fuit in Adam & Eua,primis parentibus noſtris ante lapſum.

DOMINICA V. POST

Trinitatis,Epiſtola,de concordia, de moderatione linguæ,ſtudio pietatis,patientia ſub cruce,& cæteris uirtutibus, quibus pax tum in Eccleſia, tum in humana ſocietate conſeruatur.

I. Petri III.

Tetraſtichon.

Conſociet cœtus fœlix concordia Chriſti:
Lingua mala in fratrem crimina nulla ſonet.
Declina à prauis,bona fac, complectere pacem,
Proſequitur iuſtos iuſtus amore Deus.

Argumentum.

Exhortatur hic primum D. Petrus profeſſores Chriſtiani nominis, ad ſtudium cõcordiæ ac pacis, et uirtutes omnes, quibus ea retinẽtur in Eccleſia, et ſocietate humana, uidelicet ad mutuam dilectionem, fraternam miſericordiam, comitatem, facilitatẽ, et patientiam, ſeu moderationem iræ, qua maledicta & iniurias æquo animo propter Deum, et pacis cauſa, diſsimulamus, & condonamus proximo. Deinde dehortatur à petulantia linguæ, quam coercere ac frenare iubet. Primum, ne proximi famam lædamus cõuitijs ac calumnijs. Deinde ne doctrinam impiam, & falſos cultus amplectamur, & tradamus in Eccleſia. Tertio addit generalem admonitionem de pœnitentia agenda, quæ eſt, deſinere à malo, & facere bonum: quo utranq; partem pœnitentiæ, contritionem et fidem, eiusq; fructus, breuiter complexus eſt. Quarto addit promiſsiones obedientiæ, et comminationes inobediẽtiæ, quibus docet de prouidentia & cura Dei erga Eccleſiam, & de futuris pœnis impiorum. Quinto iterum hortatur ad æmulationem ſeu ſtudium innocentiæ & bonitatis, & ad conſtantiam, ne propter perſecutiões deficiamus a uera doctrina, ſed in ea perſiſtamus ſub cruce, q; deus Eccleſiam ſuam tandem glorioſè liberaturus ſit, & in æternos cruciatus abijciet perſecutores & hoſtes Eccleſiæ.

EPISTOLA, 1. Petri 3.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

IN ſumma, omnes ſitis vnanimes, ſimiliter affecti, fraterna præditi charitate, miſericordes, affabiles, non retaliantes malum malo, aut conuitium conuitio: ſed contrà, benedicentes, ſcientes vos in hoc vocatos eſſe, vt benedictionem hæreditate poſsideatis. Nam qui vult vitam diligere, & videre dies bonos, coërceat linguam ſuam à malo, & labia ſua ne loquantur dolũ. Declinet à malo, & faciat bonum: quærat pacẽ, & perſequatur eam: quoniã oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius ad deprecationem illorum. Rurſus aſpectus Domini ſuper eos qui faciunt mala Et quis eſt qui ſit afflicturus vos, ſi bonitatis æmulatores fueritis? Imò ſi quid etiam acciderit incommodi propter iuſtitiam, beati tamen eſtis. Cæterum terrore illorum ne terreamini, neq; turbemini: ſed Dominum Deum ſanctificate in cordibus veſtris.

EXPLICATIO TEXTVS.

In ſumma, *Concluſio præcedentis ſpecialis admonitionis, de concordia, reuerentia, & amore coniugum inter ſe mutuo, cui addit iam hanc generalem exhortationem de cõcordia et unanimitate*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

omnium ordinum, ut trãquilla ſit uita et Eccleſia, in qua rectè tradatur doctrina cœleſtis, de Deo, et regantur homines diſciplina, quod in diſſenſionibus aut publicis aut priuatis fieri nequit. Oẽs ſitis. Propoſitio de ſeruanda concordia, quam per enumerationem uirtutum, concordiam alentium & conſeruantium, exponit. Similiter affecti. Id eſt, unum eundemq; animum ac uoluntatem habentes in afflictionibus, ut alter alterius calamitate ſeu ærumnis doleat ſeu moueatur Nam hoc propriè Græca uox, συμπαθεῖς, ſignificat. Fraterna charitate. Prima uirtus, altrix concordiæ, charitas proximi fraterna, hoc eſt, non ſimulata ſeu ficta, ſed uera, qua Chriſtiani ſe mutuo tanquã fratres cõplectuntur. Miſericordes. Secunda uirtus, miſericordia, quæ partim cõſpicitur in dando egenis, partim in ignoſcẽdo. Miſericordes. Id eſt, iuuãtes, calamitoſos & egenos. Deinde condonãtes inuicem errata & offenſiones, ſicut Deus nobis largitur omnia, & ignoſcit lapſibus noſtris. Sicut inquit Chriſtus: Eſtote miſericordes, ſicut & pater ueſter miſericors eſt. Affabiles. Tertia uirtus, affabilitas ſeu comitas, quæ cum omnes homines, tum reges ac principes uiros inprimis decet, & beneuolentiam ſubditorum maximè conciliat, & retinet. Contrarium uitium eſt moroſitas. Affabiles. Comes, nõ duri, non moroſi, aut difficiles in colloquijs, cõgreßibus, & conſilijs dandis.

Non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Non retaliantes. *Quarta uirtus, ignoſcentia, ſeu condonatio offenſionum, ad quam & Chriſtus cohortatur, inquiens, Matth. 6. Remittite, et remittetur uobis. Item, Niſi uos remiſeritis fratribus ueſtris delicta ipſorum de cordibus ueſtris, nec pater meus cœleſtis remittet uobis delicta. Loquitur autem Chriſtus & Petrus de priuata condonatione, ne ſimus uindictæ cupidi ex affectibus odij, aut alijs, non de publica animaduerſione, ſeu uindicta, quæ eſt ipſius Dei ordinatio, ac uoluntas, ad Ro. 13*

Sed contra. *Antitheſis proximi membri, qua præcipit benedictionem ſeu precationem pro inimicis, quam & Chriſtus exigit, Luc. 6. inquiens: Benedicite maledicentibus uobis, & orate pro calumniantibus uos.* Scientes. *Ratio à fine uocationis, quæ eſt, ut benedictionẽ cõſequamur uitæ æternæ, ſeu condonationem diuinam delictorum noſtrorum, ideo et nos benedicere debemus alijs, remittere offenſiones, & conuitia: non deuouere, ſeu malè precari perſecutoribus, ſed pro eis orare, ut conuertãtur.* Nam qui uult. *Aetiologia, continẽs ſecundam adhortationem de uitãda petulantia linguæ. Intelligit autem hic propriè maledicentiam, cuius ſpecies eſt calumnia, qua aliorum recta conſilia aut facta ſiniſtrè interpretamur, iniuſta cupiditate nocendi. Sumptus eſt autem hic totus locus, de cuſtodia linguæ, uitæ emendatione, & defenſione diuina iuſtorũ, & interitu impiorũ, ex Pſal. 33.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Vitam diligere. *A præmijs taciturnitatis, ſeu moderationis linguæ, quæ ſicut multis conſeruauit uitam, ita contrà loquacitas immoderata, et petulantia linguæ, multis exitium attulit.* Vitam. *Id eſt, longam et felicem.* Dies bonos. *Felices, proſperos negotiorum euentus in gubernatione.* Coërceat linguam. *Quaſi frenos ei iniiciat, ne cuiuis maledicat petulanter. Eſt autem magna gratia linguæ, ſi parca & moderata eſt. Sicut inquit Heſiodus:*

γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος
φειδωλῆς, πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης.

A malo. *Id eſt, à maledicentia, conuitijs, loquacitate futili, ſcurrilitate, contentione. Item à corruptela cœleſtis doctrinæ, & uerorum cultuum, de qua propriè dicitur in ſequenti membro Pſalmi: Et labia ſua ne loquantur dolum, hoc eſt, ne tradant impiam doctrinam de Deo, hoc eſt, eſſentia & uoluntate eius, & de cultibus Eccleſiæ.* Declinet à malo. *Tertia exhortatio de agenda pœnitentia, cuius partes ſunt, agnoſcere peccatum, & magnitudinem iræ Dei aduerſus peccatum, Et propter mediatorem petere et credere gratuitam condonationem. Fructus ſunt, bona opera, ſeu inchoatio nouæ uitæ.* Declinet à malo. *Id eſt, agnoſcat & deploret ſuam immunditiem, eiq; repugnet.* Et faciat bonum. *Id eſt, petat & credat remiſſionem peccatorum propter Chriſtum reconcilia-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

conciliatorem, & edat fructus dignos ueræ pœnitentiæ. Sicut inquit Baptiſta, Matth. 3. Pœnitentiam agite uitæ prioris: in propinquo eſt enim regnum cœlorum. Item, Facite igitur fructus, qui deceant pœnitentiam. Quærat pacem. Quæ duplex eſt: Politica, quæ neceſſaria eſt Eccleſiæ, ad tradendam & propagandam ueram doctrinam, & ueros cultus Dei. Et ſpiritualis, quæ tranquillitas eſt conſcientiæ de condonatis peccatis propter mediatorem. Vtraq; eſt fructus pœnitentiæ. Quoniam oculi. Ratio continens promiſsionem de beneuolentia Dei, defenſione & exauditione, quæ Metaphoricω̃s per oculos Dei intelligit. Nam oculi Dei in ſcriptura reſpectum, curam, & defenſionem Dei ſignificant: aures exauditionem. Oculi ſuper iuſtos. Deus defendit & conſeruat iuſtos, eorumq; habet curam. Aures. Id eſt, Deus exaudit preces iuſtorum. Sunt autem iuſti, primum, quos Deus propter filium reputat iuſtos, non imputans eis peccatum. Deinde, qui nouitate uitæ hanc imputationem iuſtitiæ gratuitam declarant coram hominibus, iuſtè, ſobriè, ac piè uiuentes in hoc ſeculo. Rurſus aſpectus. Comminatio pœnarum impendentium impijs, ſeu ijs qui mala faciunt, hoc eſt, uolentes ac ſtudioſè peccant, & in peccatis perſeuerant, contra teſtimonium conſcientiæ, & perſequuntur Eccleſiam. Aſpectus. Id eſt, facies, ſcilicet trucu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

truculenta, qua auerſatur Deus peccatores impœnitentes, & perſecutores Eccleſiæ, Tyrannos & contemptores cœleſtis doctrinæ. Cõſolatur autem pios afflictos hac promiſsione auxilij, & præſentiæ Dei, & comminatione pœnarum, quæ impendẽt impijs, & deterret perſecutores Eccleſiæ. Et quis eſt. Admonitio ad ſtudium pietatis, ſeu bonorum operum, ne propter ſcelera affligi uideamur. Sicut inquit cap. 4. Ne quis ueſtrum affligatur, ut homicida, aut fur, aut facinoroſus, aut curioſus alienarum rerum. Imò. Conſolatio ab utili, ſeu fructibus crucis, uidelicet æterna beatitudine. Sicut & Chriſtus inquit Matth. 5. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam illorum eſt regnum cœlorum. Propter iuſtitiã. Id eſt, confeßionem doctrinæ Euangelij, qua offertur nobis uera iuſtitia propter filium Dei paſſum & reſuſcitatum. Cæterum terrore. Exhortatio ad conſtantiam aduerſus comminationes & terrores Tyrannorum, qui Eccleſiam perſequuntur. Sanctificate. Id eſt, celebrate Deum præſtantes obedientiam in afflictionibus: quod uocat ſanctificare Dominum in cordibus, hoc eſt, ſpirituale agere ſabbatum, cum uidelicet uolũtati Dei nos ſubijcimus, & obtemperamus in cruce, acquieſcentes in eius uoluntate.

OBIECTIONES tres.

I. De duplici uindicta, priuata & publica.

Vindicta eſt prohibita, vt inquit Petrus: Non malum retaliantes pro malo:

Ergo magiſtratus peccat puniens facinoroſos.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia duplex eſt uindicta: Publica, quam magiſtratus legitimè exercet, quæ licita eſt, ut docet Paulus ad Rom. 13. Et priuata, qua ſine autoritate magiſtratus ſeu legum, nos ipſos ulciſcimur. Hæc prohibita eſt.

II. De Conuitijs.

Conuitia ſunt prohibita:

Ergo malè faciunt Concionatores, cũ inuehũtur in falſos doctores, vt Anabaptiſtas, & ſimiles.

RESPONSIO.

Diſtinguendum eſt inter officium publicum, ſeu uocationem, & perſonam priuatam. Vocatio eſt miniſtrorum Eccleſiæ, ut reprehendant peccata, exemplo Chriſti & Apoſtolorum, ſed abſit amarulentia, ſeu affectus odij, aut ſimiles. Taxentur igitur uitia, ſed diligatur perſona, ut emendetur ac reuocetur ad pœnitentiam. Sic Chriſtus Phariſæos & Scribas uocat hypocritas. Baptiſta proge-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

niem uiperarum. Paulus Galatas ſtultos, inſenſatos. Intereſt igitur inter conuitia, & reprehenſionem amicam & ſalutarem.

III. An Deus habeat oculos, aures, & ſimilia membra.

Inquit Pſalmus 33. Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius ad deprecationem illorum. Item: Aſpectus Domini ſuper eos, qui malè faciunt:

Ergo Deus habet membra corporea vt nos, oculos, aures, faciem &c.

RESPONSIO.

Eſt figura phraſeos. Nam ſcriptura tribuit Deo membra humana, per Anthropologiam, ut ſe ad noſtrum intellectum accommodet, & præſentiam ac auxilium Dei melius intelligamus. Sic per oculos reſpectum ſeu curam erga ſuos: per manus, potentiam: per aures, uoluntatem exaudiendi ſignificat.

DOMINICA VI. POST
Trinitatis, Epiſtola, de nouitate uitæ, quæ iuſtificationem fidei, tanquam fructus neceſſario comitatur. Ad Rom. VI.

Tetraſtichon.

Mortuus

Mortuus eſt Chriſtus peccatis, atq; ſepultus,
Sed mortis liber qui modo uiuus agit.
Sic iaceat noſtræ uirtus emortua carnis,
Vita ſed in Chriſto ſit renouata fide.

Argumentum.

Eſt exhortatio ad nouitatem uitæ, in ijs qui per fidem in Chriſtum conſecuti ſunt gratis remiſsionem peccatorum, iuſtitiam et uitam æternam, non propter dignitatem ſuorum operum, ſeu impletionem legis, ſed tantum propter mediatorem filium Dei mortuum & reſuſcitatum. Fuit autem D. Paulo occaſio huius exhortationis talis: Nam cum in fine cap. 5. dixiſſet de cauſa finali promulgatæ legis, eam propterea ſubijſſe, ut abūdaret delictum: Vbi uero abūdauerit delictum, ibi magis exuberare gratiam: Obijci poterat Apoſtolo: Ergo peccatis indulgēdum eſſe, ut eo maiorem nobis gratiam Deus exhiberet in condonandis multis peccatis. Quam obiectionem hominum impiorum & ipſe Paulus occupat in initio capitis 6. Reſpondet igitur nunc Paulus, & hanc obiectionem confutat, oſtendens neceſſario ſequi in iuſtificatis fide, ipſam inchoationem nouæ & ſpiritualis uitæ, quia neceſſe eſt in ijs, qui iuſtificantur, mortificari peccatum, & exiſtere terrores, ſicut mortuus eſt Chriſtus: et rurſus uiuificari ſpiritum, & inchoari nouam uitam, ſicut Chriſtus à morte excitatus eſt,

agens

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

agens nunc in cœlo ſine omni peccato, nouam & æternam uitam.

EPISTOLA, *Rom. 6.*

AN ignoratis, ꝙ quicunq; baptizati ſumus in Chriſtum Ieſum, in mortem eius baptizati ſumus? Sepulti igitur ſumus vnà cum illo per baptiſmū in mortem, vt quemadmodum excitatus eſt Chriſtus ex mortuis, per gloriā patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Nam ſi inſititij facti ſumus illi per ſimilitudinem mortis eius, nimirum & reſurrectionis participes erimus: illud ſcientes, ꝙ vetus ille noſter homo cum illo crucifixus eſt, vt aboleretur corpus peccati, vt poſthac non ſeruiamus peccato. Etenim qui mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. Quòd ſi mortui ſumus cū Chriſto, credimus, ꝙ et viuemus cū illo. Scientes ꝙ Chriſtus excitatus à mortuis, non amplius moritur: mors illi nō amplius dominatur. Nā ꝙ mortuus fuit, peccato mortuus fuit ſemel: ꝙ autē viuit, viuit deo. Ita et vos exiſtimate voſipſos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autem Deo per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum.

noſtrum. Ne regnet igitur peccatum in mortali veſtro corpore, vt obediatis illi per cupiditates eius.

EXPLICATIO TEXTVS.

An ignoratis. *Explicatio eſt reſponſionis ad obiectionem, quam initio capitis ipſe poſuit huiuſmodi: Quid igitur dicemus? Manebimus in peccato, ut gratia abundet? Reſpondet per ſubiectionẽ negatiuè, Abſit. Hoc eſt, iuſtificati fide non manebunt in peccatis, ſed ea agnoſcent, ueniam eorum petant, & credant ſibi condonari peccata propter mediatorem gratis, & inchoent etiam nouam obedientiam, quam lex requirit. Addita eſt ratio à repugnantibus, quæ primum argumentum continet, ſumptum à pœnitentia, quæ neceſſario exiſtit in ijs, qui iuſtificantur.* Qui mortui ſumus. *Id eſt, quibus peccatum eſt condonatum per mortem Chriſti, & nouam obedientiam inchoamus.* Quomodo poſthac viuemus in eodẽ? *Id eſt, delectabimur & indulgebimus peccatis, contra conſcientiam. Sunt autem duo Syllogiſmi, quorum prior eſt negatiuus, de mortificatione, talis:*

Natura mortua non eſt efficax.
Iuſtificati mortui ſunt peccatis:
Ergo peccatis amplius indulgere non debent.

Secundus eſt affirmatiuus de uiuificatione, & fructibus pœnitentiæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Viua natura debet eſſe efficax, ſeu operari.

Iuſtificati fide, uiuificantur per ſpiritum ſanctum, quem per fidem receperunt:

Ergo debent eſſe efficaces, & præſtare bona opera, quæ teſtantur de uiuificatione, ac præſentia ſpiritus ſancti, qui non eſt ocioſus.

An ignoratis. Eſt hæc explicatio ſeu confirmatio prioris ſyllogiſmi, negatiui ſcilicet, iuſtificatos eſſe mortuos peccato per baptiſmum, in quo ipſa immerſio infantis in aquam, eſt ſignum mortificationis naturæ corruptæ, quam & mors & ſepultura Chriſti ſignificant. In mortem eius. Id eſt, primum, ut per mortem Chriſti conſequamur remiſſionem peccatorũ: deinde, ut mors Chriſti commonefactio quædam ſit ſpiritualis mortificationis, qua ſcilicet peccatis morimur, non indulgentes carnalibus deſiderijs. Sepulti. Concluſio continens uſum et ſignificationem ſepulturæ Chriſti, quæ eſt, ut admoneat nos de ſpirituali ſepultura peccati in nobis, cum quaſi obruimus & ſepelimus peccatum, ne in nobis ſit efficax, ſed quieſcat in corrupta natura, ſicut Chriſtus mortuus quieuit in ſepulchro, ſpirituale peragens ſabbatum. Sepulti igitur ſumus. Id eſt, ideo ſumus baptizati in mortem Chriſti, per quam abolitum & condonatum eſt peccatum, ut deinceps peccatis non indulgeamus ſecuri, ſed ea quaſi immergamus & ſupprimamus. In mortem. Id eſt, ut mortificemus

cemus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

cemus ueterem hominem, morientes hoc modo peccatis ſpiritualiter, ſicut Chriſtus corporaliter mortuus eſt. Vt quemadmodum. Significatio & uſus reſurrectionis Chriſti a morte, & uitæ eius immortalis, quam nunc agit in cœlo, ut ſcilicet commonefaciat nos de ſpirituali reſurrectione à peccatis, & inchoatione nouæ uitæ. Et eſt hæc explicatio poſterioris Syllogiſmi, de uiuificatione, eſtq; ſumma: Sicut Chriſtus reſurrexit à corporali morte, & nunc perpetuo uiuit, ſic & nos reſurgere à peccatis debemus, & nouam & æternam uitam inchoare. Nam ſi inſititij. Ratio per collationem mortificationis uitioſæ naturæ, cum morte Chriſti, & uiuificationis ſpiritualis cū Chriſti reſurrectione corporali, hoc modo: Mors Chriſti operatur & ſignificat mortificationem ueteris hominis, ſed reſurrectio eiuſdem ſignificat uiuificationem ſpiritus, et inchoationem nouæ obedietiæ. Inſititij ſumus. Id eſt, implantati ſumus Chriſto, & facti eius membra per fidem, & quaſi palmites ſeu rami eiuſdem uitis. Ergo etiam fructus proferemus. Sicut inquit Chriſtus Ioan. 15. Ego ſum uitis, uos autem palmites. Per ſimilitudinē mortis. Id eſt, eodem modo mortificabimus carnales concupiſcentias in uitioſa natura, ſicut Chriſtus corporaliter mortuus eſt, & ceſſauit ab actionibus huius uitæ mortalis. Nimirum & reſurrectionis participes erimus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Effectus et ſighificatio reſurrectionis Chriſti, glorificatio, quæ ſicut mortem corporalem Chriſti ſecuta eſt in reſurrectione, ita etiam mortificationem ſpiritualem in regeneratis eadem certo ſequetur. Illud ſcientes. Aſſeueratio à natura ſeu cōditione noui et ueteris hominis. Vocat autē ueterē hominem, naturam nondum regeneratam per fidē & ſpiritum ſanctum, propenſam ad peccandum. Et complectitur rationem humanam, quæ non intelligit ea, quæ Dei ſunt, & ſenſus atq; appetitiōes uitioſas corruptæ naturæ. Nouus homo dicitur, q̄ per ſpiritum ſanctum et fidem regeneratus eſt, donatus noua luce, noua iuſtitia, et uita, & repugnat concupiſcentijs carnis, ſubijciens ſeſe uoluntati Dei in omnibus. Vetus ille homo. Id eſt, uetus & corrupta natura, qualis eſt propagata ab Adā, ſine notitia Dei, fiducia, amore, et timore, appetēs & intelligens tantū carnalia. Crucifixus eſt. Id eſt, mortificat prudentiam humanā, & uitioſas cupiditates. Corpus peccati. Id eſt, peccato obnoxium, ſeu uitioſa natura deſtinata ad mortē propter peccatum. Aboleretur. Id eſt, non amplius indulgeret peccatis, ſed eis repugnaret quotidiana pœnitentia. Seruiamus peccato. Id eſt, indulgeamus ſecure peccatis. Etenim qui. Ratio à natura mortis, ſeu effectu, qui eſt, adimere mortuo actiones naturales. Eſtq; maior Syllogiſmi: Mortuus iuſtificatus eſt à peccato. Id eſt, ceßit à pecca-

to,Iuſtificati fide mortui ſunt peccato. Ergo amplius non peccant,hoc eſt, nõ indulgent ſecurè peccatis,ſed eis reſiſtunt. Quòd ſi. Concluſio de ſecutura gloria poſt mortificationem carnaliũ deſideriorum. Si mortui ſu. Id eſt,ſi habemus remiſſ. peccatorũ propter Chriſtum fide, et mortificamus ueterem hominem. Viuemus. Hic per conſolationem fidei,& ſpiritus ſancti,poſt hanc uero uitã in æterna gloria. Scientes. Expolitio de morte Chriſti,& perpetua gloria,quam per mortem conſecutus eſt. Nam quod. Confirmatio,continens cauſam & effectum mortis Chriſti,quæ fuit abolitio noſtri peccati Ita & nos. Concluſio generalis de mortificatione peccati, et uiuificatione ſpiritus,quarum illa complectitur agnitionem peccati, et terrores. Eſtq; prior pars pœnitentiæ contritio. Hæc conſolationem, quæ fit per fidem,qua ex terroribus peccati eluctamur. Mortuus peccato. Scilicet noſtro, ut illud aboleret per ſuam mortem. Amplius non mo. Sic peccatis deinceps indulgere non debemus,ſed perpetuam obedientiã præſtare deo,et inchoare nouam uitam, ſicut Chriſtus amplius nõ moritur, ſed ſemper uiuit apud patrẽ. Mortuos peccato. Ne ſcilicet ei inſeruiamus, aut indulgeamus. Viuentes Deo. Id eſt, præſtantes obedientiam Deo,non diabolo,non carni,non mundo. Per Dominum. Hoc addit propterea, ꝙ noua obedientia tantum inchoatur per

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Chriſtum, et placet deo propter hunc mediatorem, etiamſi ſit imperfecta. Sicut inquit cap. 8. Nulla igitur nunc eſt condemnatio his, qui inſiti ſunt Chriſto Ieſu, qui non iuxta carnem uerſantur, ſed iuxta ſpiritum. Ne igitur regnet. Concluſio huius primi argumenti, quod ſumpſit à pœnitentia, quæ neceſſaria eſt in iuſtificatis, ut ſcilicet agnoſcant ac uitent deinceps peccatum, à quo ſunt liberati. Igitur. Quia uitioſa natura mortificanda eſt per pœnitentiam. Ne regnet. Ne obſequimini prauis cupiditatibus, ſed illis repugnate. In mortali veſtro corpore. Quod morti deſtinatum eſt, & per eam abolebitur.

OBIECTIONES tres.

I. De efficacia legis in conſcientijs.

Lex auget peccatum, ſicut inquit Paulus: Lex obiter ſubintrauit, vt abundaret peccatum:

Ergo lex non eſt prædicanda.

Reſpondeo ad antecedens, per diſtinctionẽ: Lex auget peccatũ, ſcilicet in conſcientijs, hoc eſt, oſtendit magnitudinẽ peccati, et iram dei aduerſus peccatũ, ut magis exuberet gratia, hoc eſt, ut tanto ardentius miſericordiam Dei expetamus, & celebremus, quam ſecuri cõtempturi eſſemus, niſi grauitatem peccati, iudiciũ, et iram dei horrendam aduerſus peccatum, lex patefaceret. De hac efficacia ſeu effectu legis propriè inquit Paulus, Rom. 7. Pecca-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

tum nō nouiſſem,niſi lex diceret: Nō concupiſces. Item 1.Corint.15.Aculeus mortis peccatum,potentia peccati lex.

II. De iuſtitia fidei & operum.

Requiruntur in iuſtificatis neceſſariò bona opera,ſeu inchoatio nouę vitę. Ergo nō ſola fides iuſtificat, ſed etiam bona opera.

Reſp. Nego conſequentiam. Quia nouitas uitæ, ſeu bona opera requiruntur tanquam fructus & ſignum præſentis iam iuſtitiæ fidei,non tanquā cauſa. Sicut poma requiruntur in arbore,non tanquam cauſa arboris,ſed tanquam fructus.Sicut inquit Chriſtus:Bona arbor bonos fructus feret.Ideo autem fidei tribuitur iuſtificatio,nō operibus,quia fides eſt quaſi inſtrumentum,quo iuſtitiam Chriſti apprehendimus.

III. Quomodo à peccato iuſtificemur per mortem.

Inquit Paulus: Qui mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato: Ergo mortui ſunt iuſti per mortē, ſeu mors iuſtificat morientes,nō fides.

RESPONSIO.

Nego conſequentiā.Quia eſt fallacia æquiuocationis.Nā iuſtificari hic ſignificat liberari, ſeu uacuum eſſe,non amplius tentari a peccato, aut obſequi prauis cupiditatibus.Iuſtificatus eſt à peccato,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Id eſt, liberatus, ita ut amplius non peccet, aut peccatis non indulgeat.

DOMINICA VII. POST Trinitatis, Epiſtola, de ſanctificatione, ſeu nouitate uitæ in iuſtificatis. Ad Rom. VI.

Tetraſtichon.

Qui modo peccati ſeruus, mala geßit, hic ultro
Iuſtitiæ ſeruus, munia iuſta geret.
Eſt mors peccati finis, genus omne malorum,
Iuſtitiæ eſt donum cœlica uita nouæ.

Argumentum.

Eſt & hæc Epiſtola *exhortatio ad nouitatem uitæ, ſeu ſanctificationem, quæ neceſſario exiſtit in regeneratis ſeu iuſtificatis fide. Eſt autem ſumpta exhortatio, primum, à cauſa formali iuſtitiæ fidei, quæ eſt ipſa ſanctificatio, ſeu nouitas uitæ, ut amplius peccatis, quemadmodum antè, non indulgeamus, ſed ea uitemus, à quibus ſumus liberati.* Deinde *à fructu ſeu pœna peccatorũ, quæ eſt mors æterna: & à fructu nouæ obedientiæ, ſeu ſanctificationis, quæ eſt uita æterna.*

EPISTOLA, *Rom. 6.*

HVmanum quiddam dico, propter infirmitatem carnis veſtræ. Quẽadmodũ enim præbuiſtis membra veſtra ſerua immunditię & iniquitati, ad

aliam atq; aliam iniquitatem: ſic et nūc præbete membra veſtra ſerua iuſtitię, ad ſanctificationem. Cum enim ſerui eſſetis peccati, liberi eratis iuſtitiæ. Quem igitur fructum habebatis tunc in his, de quibus nunc erubeſcitis? Nā finis illorum mors. Nunc verò manumiſsi à peccato, ſerui autem facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem autem vitam æternam. Etenim autoramenta peccati, mors: donum autem Dei, vita æterna, per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum.

EXPLICATIO TEXTVS.

Humanum quiddam. *Explicat hic Apoſtolus argumētum ſumptum à cauſa finali iuſtificationis de noua obedientia, ſeu bonis operibus, ſcilicet, ideo nos iuſtificari, ut deinceps obediamus deo: & ſumit ſimilitudinem à ſeruitute, et libertate politica ſeu ciuili, q̃ ſicut ſerui dominis ſuis obediūt, ita qui peccatis indulgent, peccatorum ſunt ſerui: qui iuſtificati ſunt, ſerui ſunt iuſtitiæ, hoc eſt, obedire debent* Deo, *et inchoare nouam obedientiam, quia hoc fine iuſtificamur, nō ut deinceps peccatis indulgeamus, ſed ut ſeruiamus iuſtitiæ, hoc eſt, iuſtè ac piè uiuamus. Eſt autem Syllogiſmus talis: Vnuſquiſq; obedit illi, cuius eſt ſeruus. Vos eſtis*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſerui nõ peccati, ſed iuſtitiæ: Ergo obedire debetis iuſtitiæ, nõ peccatis. Minor apud Paulum eſt hæc: Quia liberati à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ, hoc eſt, obligaſtis uos ad obedientiam Deo, qui iuſta opera à iuſtificatis requirit: Maior continetur in hac interrogatione: An neſcitis, q, cui accõmodatis uos ipſos ſeruos ad obedientiam, eius ſerui eſtis, cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obedientiæ ad iuſtitiam Humanum quiddam. προεπίπληξις de abuſu ſimilitudinis, in qua ſeruos iuſtitiæ appellat iuſtificatos, cum hæc propriè non ſit ſeruitus, ſed potius libertas ſeu liberatio à terroribus peccati, ab ira Dei, à morte æterna & poteſtate diaboli. Humanũ quiddam dico. Craßius proponam, ſimilitudine ſumpta à ſeruitute et libertate humana, ſeu ciuili, obedientiam illã nouam, quam debetis iã deo, cum facti ſitis eius ſerui per iuſtitiam fidei. Propter infirmitatem carnis. Id eſt, imbecillitatẽ captus, ſeu intellectus humani, qui propter carnem, hoc eſt, corruptã naturam percipere res cœleſtes non poteſt. Quemadmodum. Argumentũ à cauſa finali, ſeu debito, per collationem, ſicut antè peccatis obediuiſtis nondum regenerati ſeu iuſtificati, ita nunc Deo obedite liberati à peccato, et facti ſerui iuſtitiæ. Nã unumquenq; ei obedire decet, cuius eſt factus ſeruus, et ſe obligauit ad obedientiam. Quẽadmodum. Prior pars collationis, cõtinens deſcriptionem

nem ueteris hominis, ac eius actuum, qui ſunt immũditia et iniquitas, quibus peccata utriuſq; tabulæ complexus eſt. Mẽbra veſtra. Id eſt, interiora, ut rationem, ſenſus, appetitiones. Exteriora, ut oculos, pedes, manus, linguam. Vult igitur integrã eſſe obedientiam omnium uirium, interiorum & exteriorum. Sic & nunc præbete. Altera pars collationis, deſcribens per antitheſin nouum hominem ab eius proprio actu, quæ eſt ipſa ſanctificatio, qua intelligit uirtutes illas omnes, quas ſpiritus ſanctus efficit in regeneratis. Serua immunditię. Id eſt, obediẽtia ſeu addicta peccatis. Serua iuſtitię. Id eſt, ſeruiẽtia iuſtitiæ, ſeu obedientia Deo. Ad ſanctificationem. Id eſt, ut ſancta ſint opera, et conuenientia ad uoluntatem, ſeu legẽ Dei. Cum enim. Aetiologia à natura contrariorum, quæ mutuo ſe à ſubiecto expellunt. Vt qui ſeruus eſt peccati, non eſt ſeruus iuſtitiæ: & contrà, qui ſeruus eſt iuſtitiæ, non eſt iam ſeruus peccati, hoc eſt, peccato non indulget. Nã peccatum & iuſtitia ſunt contraria. Serui peccati. Addicti peccato, eiq́; obedientes ante iuſtificationem. Liberi eratis iuſtitię. Id eſt, uacui, carentes, Non enim obtemperaſtis iuſtitiæ, ſeu Deo. Quem igitur. Secundum argumentum ab incommodo, ſeu pœna peccati, quæ eſt, turpitudo & mors æterna. Eſtq́; Enthymema: Peccatum adfert turpitudinem & mortem, ſeu damnationem.

Ergo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Ergo ei indulgendum non eſt, quia per peccatum amittitur fides, & excutitur ſpiritus ſanctus. **Finis eſt mors.** Τέλος Græcè, id eſt, exitus, uectigal, præmium. **Nunc verò.** Antitheſis de fructu ſeu fine nouæ obedientiæ, ſeu ſanctificationis, qui eſt uita æterna. **Manumiſsi à peccato.** Liberati ſeu erepti per iuſtitiã fidei, à ſeruitio ſeu tyrannide peccati. **Serui autem facti.** Per iuſtitiam fidei obligaſtis uos ad nouam obedientiam Deo, in ſanctificationem, ut ſancti ſitis, nouam & ſpiritualem obedientiam præſtetis deo. **Etenim.** Ratio per collationẽ diuerſi effectus peccati et iuſtitiæ, quorum illud mortem, hæc uitam parit, ſeu adfert. **Autoramenta.** Id eſt, ſtipendium, pœna, Id eſt, peccatum meretur æternam mortem, niſi fuerit imputatione iuſtitiæ condonatum. **Mors.** Temporalis et æterna, & omnes calamitates, quibus premitur humanum genus propter peccatum. **Donum autem Dei.** Antitheſis ſeu contentio, qua docet, uitam æternam, etſi neceſſario ſequi oportet nouam obedientiam in regeneratis, tamen eſſe donum Dei gratuitum, hoc eſt, non dari propter nouam obedientiam, ſed propter filium Dei, & eius meritum. Vnde addit: Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Q. d. Vita æterna non datur propter nouitatem noſtrã, quæ imperfecta eſt, ſed propter hunc mediatorem filium Dei, qui autor & dator eſt uitæ æternæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

OBIECTIONES *tres.*

I. *An iuſtitia operum, ſeu legis mereatur uitam æternam.*

Contrarium eſt contrarius effectus. Peccatum & iuſtitia ſunt contraria: Ergo ſicut peccatum meretur æternã mortem, ita iuſtitia meretur æternã vitam; & per conſequens, vita æterna non eſt donũ Dei gratuitum, ſed meritum, ſeu merces noſtræ nouæ obedientiæ.

Reſpondeo ad maiorem: Contrariorum contrarius eſt effectus, cum contraria ſunt pariter integra: ſed peccatum eſt inclinatio ſeu morbus corruptæ naturæ integrè repugnãs legi Dei, *Ideo meretur mortem: ſed iuſtitia, ſeu noua obedientia eſt imperfecta, nec ſatisfacit legi propter reliquias peccati, etiam in renatis,* Ergo *nõ meretur uitam: ſed donatur uita æterna gratis propter filium dei, ut certa ſit promißio,* Rom. 4.

II. *An occaſionem peccandi præbeant populo docentes iuſtitiam fidei.*

Scandala ſunt vitanda.
Docentes hominem iuſtificari fide abſq; operibus, edunt ſcandala, quia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

reddunt homines ſegniores ad be-
ne operandum:

Ergo malè faciunt.

RESPONSIO.

*Nego minorem, quæ falſa eſt: Nã doctrina Eu-
angelij de gratuita imputatione iuſtitiæ per miſe-
ricordiam Dei, dupliciter excitat Eccleſiam ad di-
ligentiam bene operandi. Primum, q̃ Deus gratis
acceptat nos, cum ſatisfacere alioqui legi non poſ-
ſemus, hoc beneficium Dei qui uerè agnoſcunt,
ſunt grati Deo, & præſtant obedientiam debitam
Deo. Deinde, q̃ certi ſumus, placere Deo etiam im-
perfectam obedientiam, quia ipſa perſona accepta
eſt Deo propter Chriſtum. Quód autem quidam ſi-
unt negligentiores, non cauſa eſt uera doctrina
Euangelij, ſed corruptio humanæ naturæ. Eſt igi-
tur fallacia accidentis.*

III. *De libertate Chriſtiana.*

Seruitus non eſt libertas.
Iuſtificati fide ſunt ſerui iuſtitiæ:
Ergo non ſunt liberi à peccato, eiusq́;
terroribus.

RESPONSIO.

*Phraſis eſt Pauli, ſeruum eſſe iuſtitiæ, pro obli-
gatum eſſe ad præſtãdam iuſtitiam, hoc eſt, ad in-
choandam nouã obedientiam legis, quæ fructus et
ſignum eſt iuſtitiæ fidei, qua reuera ſumus liberati*

à pec-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

à peccato,morte, & tyrannide diaboli. Sicut inquit Chriſtus: Si uos filius liberauerit, uerè liberi eſtis, Ioan. 8.

DOMINICA VIII. POST

Trinitatis, Epiſtola D. Pauli,de mortificanda carne,et glorificatione filiorum Dei,poſt afflictiones. Ad Rom. VIII.

Tetraſtichon.

Mortificat ueterem diuino numine carnem,
Qui nouus eſt uera iuſtificante fide.
Sancta fidem ſequitur uitæ hæc renouatio:mortem
Dat caro, ſed uitam ſpiritus ipſe nouam.

Argumentum.

Hortatur hic D. Paulus poſt traditam doctrinā de iuſtificatione fidei,ad nouitatem uitæ, ſeu ſpiritualem obedientiam,in mortificāda carne,hoc eſt, mala concupiſcentia,et uitioſis affectibus,qui etiā in ipſis ſanctis ſeu renatis hærent His iubet ne indulgeant iuſtificati fide, ſed repugnent per ſpiritum ſanctum,quem acceperunt in regeneratione. Sumit autem primum argumentum à pœnis,uidelicet à morte æterna, qua damnabuntur qui peccatis non repugnant,ſed obtemperant eis contra conſcientiam.Sicut inquit:Si ſecundum carnem uixeritis,moriemini. Secundum à cauſa efficienti, hoc eſt, ſpiritu ſancto, qui in repugnantibus eſt

efficax,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

efficax, & adiuuat mortificationem carnalium af-
fectuum, & pertinet hoc argumentum ad locum
facilitatis. Tertium ab utili, uidelicet glorificatio-
ne, quæ hanc diligentiam mortificandæ carnis, cer-
to ſequetur in iuſtificatis.

EPISTOLA, Rom. 8.

FRatres, debitores ſumus, nõ carni, vt ſecundum carnem uiuamus: Na ſi ſecundum carnem vixeritis, morie mini. Quod ſi ſpiritu facta corporis mortificetis, viuetis. Etenim quicunq ſpiritu Dei ducuntur, hi ſunt filij De Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitu tis iterum ad timorem, ſed accepiſti ſpiritum adoptionis, per quem clama mus, Abba pater. Idẽ ſpiritus teſtatu vna cum ſpiritu noſtro, quòd ſumus fi lij Dei. Quod ſi filij, igitur et hæredes Hæredes quidem Dei, cohæredes au tem Chriſti.

EXPLICATIO TEXTVS.

Fratres. *Captatio beneuolentiæ.* Debito res ſumus. *Propoſitio adhortationis ad ſpiritua lem mortificationem carnis, ſeu inchoationẽ no obedientiæ, quæ iuſtificationem neceſſario ac ſpo tè ſequitur, quia iuſtificatis ſpiritus ſanctus datur qui in eis eſt efficax, ut Deum agnoſcant, et ei ob dian*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

diant, et repugnent motibus carnis, qui rapiunt cõtra uoluntatem Dei. Qui igitur non repugnant, amittunt iterum ſpiritum ſanctum et fidẽ, et à gratia Dei excidunt. Debitores. Hic ſignificatur neceßitas, qua obligantur iuſtificati ad obedientiam Dei. Quia manet hæc æterna, & immutabilis ordinatio, ut obediamus Deo. Ne ſecundum carnem. Id eſt, ne obtemperemus, aut indulgeamus contra conſcientiam peccatis, ac uitioſis affectibus carnis, quales ſunt, dubitatio de uoluntate Dei, contemptus Dei, ſegnities in inuocatione, impatientia ſub cruce, incendia libidinum, cupiditas uindictæ, odium, auaritia, & id genus reliqui fructus carnis, quos commemorat Paulus ad Galatas 5. Nam ſi ſecundum. Aetiologia propoſitionis, continens primum argumentum ſumptum à pœnis, hoc eſt, æterna morte. Si ſecũdum carnem vixeritis. Id eſt, ſi obtemperabitis uitioſis affectibus carnis, ſine pœnitentia. Moriemini. Id eſt, æterna morte damnabimini, amittetis rurſus ſpiritum ſanctum et fidẽ. Quòd ſi ſpiritu. Antitheſis à præmio mortificationis, uidelicet uita æterna, quia repugnantes carni retinent ſpiritum ſanctum et fidem, et manent in gratia ſeu fauore Dei. Ergo uita æterna eos certo ſequetur. Spiritu. Id eſt, ſancto, qui noſtram diligentiam adiuuat, quam ſi ſecurè remittimus, excutitur ſpiritus ſanctus, nec amplius eſt in nobis efficax, ut ex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

emplum Dauidis teſtatur. Requiritur igitur dili-
gentia quædam repugnandi concupiſcentiæ car-
nali, ſeu peccatis. Iuxta dictum Chriſti, Habenti da-
bitur, non habenti etiam illud, quod uidetur habe-
re, auferetur. **Etenim quicunq;.** Secundũ ar-
gumentum à cauſa efficiente, uidelicet ſpiritu ſan-
cto, mouente & impellente uoluntatem ad obedien-
tiam. Et eſt hæc maior propoſitio Syllogiſmi, qui
hic talis eſt:

Spiritus ſanctus eſt efficax in ijs, quibus da-
tur.

Vos accepiſtis ſpiritum ſanctum:

Ergo ſit in uobis efficax mortificãdo carnem.

Quicunq; ſpiritu Dei. Id eſt, qui obtempe-
rant motibus ſpiritus ſancti, & ſinunt ſe ab eo du-
ci, in mortificando carnalem concupiſcentiã. Vſus
eſt autem uerbo ducendi, ut ſignificet, primum, ſpi-
ritum ſanctum non eſſe ocioſum, ſed efficacem in
regeneratis, accendẽs in eis nouam lucem, hoc eſt,
notitiam ueram Dei, & motus conſentientes legi.
Deinde, ſpiritum ſanctum in ijs tantum eſſe effica-
cem, qui aſſentiuntur Euangelio, non qui pertina-
citer repugnant. **Hi ſunt filij Dei.** Id eſt, co-
gnoſcuntur ex hac obedientia, ſeu mortificatione,
ꝗ ſint filij Dei, hoc eſt, reconciliati cum Deo, dili-
gi à Deo, & accepturi ſint hæreditatem uitæ æter-
næ. **Non enim accepiſtis.** Ratio monens de
officio ſpiritus ſancti, qui datur per prædicatio-
nem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

nem Euangelij, quod triplex eſt. Primo liberare conſciētias à terroribus peccati, quos lex excitat. Deinde tradere ueram notitiam Dei, ac teſtari in cordibus, nos eſſe filios dei. Tertio, impellere ad inuocationem. Vnde Zacharias appellat ſpiritū gratiæ et precum, hoc eſt, teſtificantem, nos eſſe in gratia Dei, & impellentem ad inuocationem, fiducia mediatoris. Spiritum ſeruitutis. Id eſt, qui timorem, ut ſeruus, incutiat, quo fugiamus Deum tanq̄ tyrannum crudelem, ſed qui cōſoletur, et erigat cōſcientias in pauoribus peccati, quoniam placatus ſit nobis Deus, & gratis condonet nobis peccata propter filium. Spiritum adoptionis. Id eſt, qui teſtatur nos eſſe filios Dei adoptatos per gratiam in filio, qui eſt naturalis filius Dei, cōſubſtantialis patri, & pari cum patre potentia et gloria. Per quem clamamus. Id eſt, qui impellit nos, ut audeamus accedere ad Deum, & inuocare eum filiali fiducia. Abba pater. Vtraq; uox idē ſignificat, ſed prior eſt Syriaca, poſterior Græca & Latina. Vſus eſt autem conduplicatione, ut moneat ad utranq; gentem, Eccleſiam Iudaicam & gentilem, pertinere beneficia Chriſti, & in eo inuocari poſſe deum, et exaudiri. Idem ſpiritus. Id eſt, certificat nos de paterna uoluntate, quem ſpiritus noſter carnalis non illuminatus hoc teſtimonio ſpiritus ſancti, ut tyrannum & ſeuerum iudicem timet ac refugit, propter peccati reliquias.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Quod ſi filij. *Tertia exhortatio, iterum à debito ſeu decoro. Vtitur autem hoc Syllogiſmo:*

Filij debent obedire patri.

Nos ſumus filij Dei per fidem, dato ſpiritu ſancto:

Ergo obedire debemus Deo.

Et attexit locum ab utili, ſeu glorificatione, hoc eſt, hæreditate uitæ æternæ, quæ debetur iuſtificatis et obedientibus, ut filijs hæreditas paterna. Et argumentatur rurſus hoc modo, ab adiunctis:

Filij ſunt hæredes paternorum bonorum.

Nos ſumus filij Dei:

Ergo ſumus hæredes Dei, & cohæredes Chriſti. Concluſioni addit conditionem de modo ſeu uia perueniendi ad glorificationem, quæ uia eſt crux, ſeu afflictio, & adfirmat exemplo Chriſti, omnes glorificandos oportere in hac uita pati cum Chriſto, ut quemadmodum adflictionum, ſic & glorificationis eius participes fiant in uita æterna.

OBIECTIONES *tres.*

I. De peccati reliquijs ſanctorum.

Opera Dei ſunt perfecta. *Deuterono. 32.*
Spiritus ſancti opus, eſt ſanctificatio in renatis:
Ergo ſanctificatio in renatis eſt perfecta: & per conſequẽs, nullę amplius hærent in eis reliquiæ peccati.

Reſpon-

Reſpondeo ad maiorem: Opera Dei ſunt perfecta, quantum attinet ad primam creationem ante lapſum hominis. Deinde quantum ad imputationem iuſtitiæ, quæ perfecta eſt, quia Deus uerè remittit peccata, & recipit in gratiam reſipiſcentes. Verũ ipſa ſanctificatio ſeu renouatio fit paulatim, cum ſcilicet reliquiæ peccati extinguuntur quotidiana pœnitentia. Vndę diſertè inquit Paulus: Si ſpiritu actiones carnis mortificaueritis, uiuetis. Quaſi dicat: Manebunt quidem in uobis actiones carnis, & mali motus, ſed illis motibus obſequi non debetis, ſed repugnare. Et Ioannes inquit: Si dicimus, nos non habere peccatum, mendaces ſumus.

II. *An electi poßint amittere ſpiritum ſanctum & fidem, & excidere à gratia Dei.*

QVÆSTIO.

Amiſit ne Dauid ſpiritum ſanctum et fidem, & excidit à gratia Dei, cum committeret adulterium, et cędem?

Reſpon. Etiam.

CONTRA.

Prædeſtinati à Deo ad vitam æternã, non habent peccatum mortale, ſeu damnans.

Dauid fuit prædeſtinatus ad vitam æternam:

Ergo nō habuit peccatum mortale: & per conſequens, nō amiſit ſpiritum ſanctum, aut fidem, nec à gratia ſeu fauore Dei excidit.

RESPONSIO.

Nego maiorem. Quia exemplum Adam & Euæ manifeſtè teſtatur, etiam electos ſeu prædeſtinatos habere peccatum mortale. Quia inquit Deus: Quo die comederis morte morieris. Amiſit igitur ſpiritum ſanctum Adam, & excidit à gratia Dei, ſed receptus eſt à Deo per miſericordiam propter promiſſum ſemen. Sic & Dauid, & alij multi mortaliter peccauerunt, ſed agentes pœnitentiam conſecuti ſunt remiſsionem peccatorum, et recepti in gratiam à Deo, cum aſſentirentur oblatæ promiſsioni, & repugnarent poſtea prauis motibus.

III. *De Coniugum uita.*

Viuentes ſecundum carnem, morientur.

Coniuges viuunt ſecundum carnem:

Ergò morientur.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia uiuere ſecundum carnem, eſt obtemperare prauis cupiditatibus, & ſcientem ac uolentem ruere contra mandatū Dei,

ſine

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſine timore & fide. Sed coniugium genus uitæ eſt inſtitutum à Deo, quo Chriſtiani piè uti poſſunt in timore Dei, ad procreandam ſobolem, et uitandas uagas libidines. Sicut inquit Paulus: Melius eſt nubere, quàm uri. Item per regenerationem filiorum ſaluatur mulier.

DOMINICA IX. POST

Trinitatis, Epiſtola D. Pauli, de perſeuerantia in doctrina Euangelij, & exercitijs pietatis.

I. ad Corinth. X.

Tetraſtichon.

Illecebræ mundi uariæ ſunt, dæmonis aſtus,
Et faciles lapſus ſic caro noſtra dabit.
Tu nos in tantis præſens ſeruato periclis,
Dogmata, ne pereant, qui tua, Chriſte, colunt.

Argumentum.

Eſt exhortatio ad perſeuerantiam in doctrina Euangelij, & ſtudio pietatis, ſeu ad timorem Dei, & ueram pœnitentiam, ſumpta ab exemplo interitus Iſraelitarum, ne quemadmodum illi in deſerto, propter multiplicia peccata, extincti ſunt, ita & nos abijciamur à Deo, propter ingratitudinem & ſecuritatem. Nam cum Deus ſuo electo populo, ut alibi inquit Apoſtolus, non pepercerit, ſed propter ingratitudinem & peccata reiecerit, certè nec nobis gentibus parcet, ſi illis ſimiles erimus in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

*peccatis.Eſt igitur hæc grauißima concio,ſeu ad-
monitio Apoſtoli contra ſecuritatem carnalem, et
contemptum gratiæ Dei oblatæ in filio,quem De-
us omnibus tẽporibus crudeliter puniuit in utraq;
Eccleſia, quod multæ hiſtoriæ, tum Iſraelitarum,
tum aliorum teſtantur . Recenſet autem duplicia
peccata Iſraelis: Primum prioris tabulæ,ut incre-
dulitatem,contemptum filij Dei,idololatriam,im-
patientiam & ſimilia. Deinde peccata ſecundæ ta-
bulæ, ut immunditiem, uagas & inconceſſas libi-
dines,crapulam,ebrietatem,ocium,uoluptates,&
ſimilia uitia,quibus ira Dei accenditur. In fine ad-
dit conſolationem de felici euentu tẽtationum,ſeu
crucis,a præſentia Dei,qui agnoſcentes ſuam im-
becillitatem,ac fugientes ad mediatorem,adiuua-
bit ut in tentationibus ſint ſuperiores .*

EPISTOLA, I. Corinth. 10.

NOlim autem vos ignorare fratres,
ꝙ patres noſtri omnes ſub nube
erant, & omnes per mare tranſierunt,
& omnes in Moſen baptizati ſunt in
nube & in mari:et omnes eandem eſcã
ſpiritualem comedebãt:& omnes eun-
dem potum ſpiritualem bibebant. Bi-
bebant enim de ſpirituali,quæ illos co-
mitabatur,petra. Petra vero fuit Chri-
ſtus. Sed plures illorum non approba-
uit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

uit Deus: proſtrati ſunt enim in deſerto. Hæc autem figurę noſtri fuerunt, ne nos ſimus concupiſcẽtes rerum malarum, quemadmodum et illi cõcupierunt. Neq; ſimulachrorum ſitis cultores, ſicuti quidam illorum, quemadmodum ſcriptũ eſt: Sedit populus, vt ederet ac biberet, & ſurrexerunt ad ludendum. Neq; ſtupris inquinemur, ſicuti quidam illorum ſtupris polluti ſunt, et conciderũt vno die viginti tria millia. Neq; tentemus Chriſtum, ſicut & quidam illorum tentauerunt, & à ſerpentibus extincti ſunt. Neq; murmuretis, ſicut & quidam illorum murmurauerunt, & interempti ſunt ab extinctore. Hęc autẽ omnia figuræ contigerunt illis. Scripta vero ſunt propter admonitionẽ noſtri, in quos termini ætatũ inciderunt. Proinde qui ſibi videtur ſtare, videat ne cadat. Tentatio vos nõ cepit, niſi humana. Sed fidelis eſt Deus, qui non ſinet vos tẽtari ſupra id quod poteſtis: imo faciet vnà cum tentatione euentum, quo poſsitis ſufferre.

EXPLICATIO TEXTVS.

Nolo vos ignorare. *In fine præcedentis*

capitis adhortatus eſt Apoſtolus Corinthios ad uerum ſtudium pietatis Chriſtianæ, & ſedulitatem ſeu diligentiam in uocatione, ut præmium uitæ æternæ conſequantur: primum ſimili ſumpto à currentibus in ſtadio, qui omnia poſthabent, ut præmium ſeu coronam uictoriæ obtineant. Deinde ab exemplo ſuæ diligentiæ in commiſſo miniſterio prædicandi Euangelij, et exercitijs pietatis, quibus corpus in ſeruitutem redegit, ut obediat ſpiritui. Iam autem initio capitis 10. tertio proponit exemplum Iſraelitarum, quo adhortatur ad timorem Dei, & diligentiam, ne propter ſecuritatem, et alia uitia, ſicut Iſraelitæ, & ipſi à Deo abijciantur: & docet hæc admonitio, renatos labi poſſe, amittere ſpiritum ſanctum, & fidem, per ſecuritatem & alia ſcelera, quæ perpetrantur contra conſcientiam, id quod & hæc hiſtoria populi Iſraelitici teſtatur, & exemplum Dauidis, Salomonis, & aliorum.

Nolim autem. Explicationem huius textus, uide ſuprà Dominica Septuageſima, uſq; ad hæc uerba: Proſtrati autem ſunt in deſerto, quibus addit iam accommodationem exempli ad præſentem Eccleſiam, uidelicet Noui teſtamenti, collectam ex gentibus, inquiens: Hæc autem figuræ fuerunt. & eſt hæc quaſi Anthypophora, qua affirmat, pertinere hæc Teſtimonia diuinæ iræ aduerſus peccatum, etiam ad Eccleſiam omnium temporum, ut his exemplis moneantur ad timorem Dei, & pœniten-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

nitentiam. *Sicut inquit ad Romanos* 15. *Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam præſcripta ſunt.* Figuræ. *Id eſt, teſtimonia ſeu exempla et imagines, in quibus horrenda ira Dei aduerſus peccatum conſpicitur, quód ſcilicet ſimili ſeueritate puniturus ſit peccata in hominibus omnium ætatum, quia hæc eſt æterna & immutabilis uoluntas Dei, ut creatura ipſi creatori obediat, & peccatum Deus horribiliter abominatur. Sicut inquit Pſalmus: Deus nō uolens iniquitatem tu es.* Noſtri. *Id eſt, ut commonefaciant nos de horrenda ira Dei aduerſus peccatum, & horribilibus & æternis ſupplicijs impiorum.* Ne nos ſimus. *Cauſa finalis traditæ ſcripturæ ſeu exemplorum ueteris Teſtamenti, quibus Deus iram ſuam aduerſus peccatum humani generis etiam in ſuo populo declarauit, ut nos de timore Dei, & agenda pœnitentia admoneant.* Malarum rerum. *Propoſitio generalis de fugiendis omnibus rebus malis, hoc eſt, peccatis, quam ordine explicat congerie ſeu enumeratione peccatorum populi Iſraelitici in deſerto. Recenſet autem præcipuè quinq; genera.* Neq; ſimulachrorum. *Primum genus peccati Iſraelitarum contra priorem tabulam, idololatria, ſeu ſimulachrorū cultus, qui eſt, cum honor exauditionis & liberationis, qui ſoli Deo debetur, creaturis tribuitur. Sicut hunc cultum ſeu honorem Iſraelitæ uitulo cōflatili*

aureo tribuerunt. Nam inquiunt Exod.32. Hi ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Aegypti. **Sicut ſcriptum eſt.** Exod.32. **Sedit popu.** Secundum genus peccati, crapula & ebrietas, ſeu luxus & choreæ, ſeu ludicra, et ocium, quæ idololatriam & contemptum Dei, ut omnia alia uitia, ſecuta ſunt. **Neq; ſtupris.** Tertium genus, ſtuprum ſeu ſcortatio, qua omnis immundities ac uagæ & inconceſſæ libidines comprehenduntur. Eſt autem Deus mens caſtiſſima, Ideo caſtitate delectatur. Sicut inquit apud Prophetam: Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum. Et Chriſtus Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum uidebunt. **Stupris polluti.** Cum Madianitis, quorum etiam idola adorauerunt Iſraelitæ. Hiſtoriam lege Nume.25. **Viginti tria millia.** Hiſtoria habet, bis mille quadringentos, quæ diuerſitas numeri librariorum incuriæ adſcribenda eſt, non D. Paulo, qui diligens lector Moſi fuit. **Neq; tētemus.** Quartum peccatum, tentatio, quæ eſt, non contentum eſſe præſentibus medijs, ſeu ſuſtentatione uitæ, ſicut Iſraelitæ non fuerunt contenti Manna, cibo cœleſti. Sicut inquiunt ad Moſen, Num.21. Cur eduxiſti nos de Aegypto, ut moreremur in ſolitudine? Deeſt panis, non ſunt aquæ: anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo. Et addit Moſes pœnā, cuius hic facit mentionem Apoſtolus: Quamobrem miſit Dominus in populum ignitos ſerpentes, ad

quorum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

quorum plagas & mortes plurimorum, uenerunt ad Moſen, atq; dixerunt: Peccauimus, quia locuti ſumus contra Dominum, & te, ora ut tollat à nobis ſerpentes etc. Quidam tentarunt. *Id eſt, Ipſum Chriſtum, quia Chriſtus in Moſe locutus eſt, ſicut & in alijs Prophetis, & dux eius fuit, edidit miracula, & mirãdas liberationes in populo Dei. Vnde inquit Moſes, Exo 16. Quid nos ſumus? non contra nos eſt murmur ueſtrum, ſed contra Dominum.* Neq; mur. *Quintum genus peccati, murmuratio ſeu inobedientia, et ſeditio erga magiſtratum & Eccleſiaſticum, et politicum, de qua Ro. 13. Quiſquis reſtiterit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit, qui autem reſtiterint, ſibiipſis iudicium accipient.* Quidam illorum mur. *Vt Chore, Dathan, & Abyron.* Murmurauerunt. *Contra Moſen, cum alijs quibuſdam filiorum Iſrael, ducentis quinquaginta uiris, proceribus Synagogæ, de quo Num. 16. Murmurauit & totus populus contra Moſen & Aaron, Num. 14.* Ab extinctore. *Id eſt, uel ab ipſo Deo: uel igni, q̃ uiuos aſſumpſit, Chore, Dathan, & Abyron, cum alijs ſeditioſis. Sicut ſcribitur Num. 16. Dirupta eſt terra ſub pedibus eorũ, & aperiens os ſuum deuorauit illos, cum tabernaculis ſuis, & uniuerſa ſubſtantia eorum, Deſcenderuntq; uiui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis.* Hęc autẽ fig. *Repetitio Anthypophoræ, qua iterum docet,*

cet, interitum Iſraelitarũ ad nos pertinere, ut mo
neat de agenda pœnitentia, & timore dei, ne in ſi
miles pœnas cum ipſis incidamus. Hęc omnia.
Scilicet pœna Iſraelitarum, ſeu reiectio eorũ pro
pter idololatriam & cætera peccata. Figuræ.
Id eſt, cõmonefactiones ſeu exempla & teſtimoni
pœnarum peccati Scripta verò ſunt. Cauſa fi
nalis ſeu uſus traditæ ſcripturæ à deo humano ge
neri, & propagatæ ad Eccleſiam ultimæ ætatis, u
ſcilicet admoneat eam de ira Dei aduerſus pecca
tum in exemplis pœnarum impiorum, & de miſe
ricordia in exemplis præmiorum: quorum illa de
terrent a peccatis, hæc inuitant ad fidem & obe
entiam. In quos termini. Id eſt, ultima ætas,
ſeu finis mundi, in quo, ut inquit Chriſtus, frige
charitas, & abundabit iniquitas, & maior erit f
ror diaboli, & impiorum perſecutiões erga Eccl
ſiam, ideo & maiore diligentia opus erit, ne à ca
ne noſtra, diabolo, & illecebris mundi decepti pr
labamur in ſcelera, quæ hic Apoſtolus recenſuit.
Proinde. Concluſio continens breuem admoni
tionem de fugienda ſecuritate & negligentia po
acceptãm gratiam, quæ cauſa eſſe ſolet, cur diab
lus multos ad uitia impellit, quod Chriſtus ſignifi
cauit Luc. 11. de domo ſcopis mũdata, et ocioſa ſe
uacante, quam ſeptem ſpiritus maligni peiores in
greßi ſunt eo, qui antea eam occupatam tenuerat.
Tentatio vos nõ. A facili exhortatio, per co
lationem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

lationem q; humana ſit tentatio, cui facilè adiuti per ſpiritum ſanctum, diligentia & ſobrietate reſiſtere poſſumus, ſi mediocriter connitamur. Sed fidelis. A præſentia & auxilio Dei in tentationibus, conſolatio. Item à felici exitu periculorum, ſeu de uictoria per Chriſtum aduerſus mundum, carnem, diabolum, & membra eius.

OBIECTIONES *tres.*

I. *An actiones naturales, ut bibere & edere, item choreæ, & ſimilia oblectamenta, per ſe damnent hominem.*

Deus Iſraelitas abiecit, quòd ederunt & biberunt, Item ſurrexerunt ad ludendum:

Ergo cibus & potus: item ludi, & cæteræ recreationes ſeu oblectamenta, impia ſunt, & damnant hominem.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt fallacia accidentis. Nam Deus non reiecit Iſraelitas propterea q; comederunt & biberunt, q; actiones ſunt neceſſariæ ad cõſeruationem corporis. Item ludis ſeu choreis honeſtis, ſicut alijs oblectamentis, uti tempeſtiuè licet, ſed abuſus harum rerum prohibetur, & ipſa idololatria cauſa fuit reiectionis Iſraelitarũ, propter quam feſtum celebrarunt, in quo ut ſuam lætitiam teſtarentur de nouo cultu Dei, ſplendidius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

dius conuiuati ſunt, & choreis ſe ſine timore Dei oblectarunt.

II. *De pœna fornicationis uniuerſali inter Iſraelitas.*

Inquit Propheta: Anima quæ peccauerit, morietur.

Multi ex illis uiginti tribus millibus qui extincti ſunt propter ſtuprum inter Iſraelitas, ſtupro ſe non polluerunt:

Ergo iniuſtè extincti ſunt.

RESPONSIO.

Nego minorem. Quia dicitur Num. 21. Fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, quæ uocauerunt eos ad ſacrificia ſua, at illi comederunt et adorauerunt deos earum. Deinde punit ſæpe Deus totam multitudinem, in qua multi ſunt innocentes, propter exemplum, ſicut inquit Eccleſiaſtes: Sæpe uniuerſa ciuitas mali uiri pœnam luit. Quam ſententiam Heſiodus ſic extulit: πολλάκι καὶ ξύμ-πασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ.

III. *De fine mundi.*

Mundus poſt tempora Pauli circiter annos 1500 durauit.

Ergo cum Paulus uiueret, non fuerunt termini ætatum, ſeu mundi finis.

RESP

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

RESPONSIO.

Intelligit Paulus non finem mundi adeſſe, ſed ultimam ætatem eius, in qua mundus conſummabitur: & quia quotidie finis mundi expectandus eſt, ideo ut homines uocarentur ad pœnitentiam, quoniam ipſe dies ignoratur, Apoſtoli, ſicut & Chriſtus, docuerunt adeſſe ſeu inſtare finem mundi, etiamſi de ipſo tempore ſeu die nihil certi pronunciarunt.

DOMINICA X. POST

Trinitatis, Epiſtola D. Pauli, de diuerſitate donorum ſpiritus ſancti in gubernatione Eccleſiæ, & miniſterijs eius. I. Cor. XII.

Tetraſtichon.

Plurima ſunt uno diuerſa in corpore membra,
Sed ſua quēis tribuit munera Deus.
Myſtica ſic confert nobis ſua chriſmata multa
Spiritus, ut corpus ſpirituale regat.

Argumentum.

Hortatur hac Epiſtola Apoſtolus Corinthiorū Eccleſiam, ad concordiam ſeu unanimitatem, monens ne propter donorum diſcrimina alius alium deſpiciat aut contemnat, ſed illis pariter omnes ad utilitatem Eccleſiæ, eiuſq; conſeruationem & propagationem utantur. Qui excellentiora dona acceperunt à Deo, non contemnant inferiores: neq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

inferiores inuideant ſuperioribus excellẽtiora dona, quia unus ſit omnium dator et autor Deus, ſeu ſpiritus ſanctus. Ideo ut in corpore humano membra mutuis miniſterijs copulata ſunt, aliud alijs inſeruit, ut conſeruetur totum corpus, ita etiam in Eccleſia, qui præſtantiora dona habent, inſeruiant infirmioribus, alij obediant & reuereantur, propter præſtantiam donorum, ſuperiores, ut hac ratione concordia & pax mutua communicatione officiorum conſeruetur in Eccleſia, quam diſsidia & contentiones perturbant & ſoluunt.

EPISTOLA, 1 *Corin.* 12.

PORrò de ſpiritualibus, fratres, nolo vos ignorare. Scitis ꝙ gentes fuiſtis, & ad ſimulachra muta vtcunq; ducebamini ſequentes: quapropter notũ vobis facio, ꝙ nullus per ſpiritum Dei loquẽs dicit anathema Ieſum: & nemo poteſt dicere Dominũ Ieſum, niſi per ſpiritum ſanctum. Diuiſiones autem donorum ſunt, ſed idẽ ſpiritus: & diuiſiones miniſteriorum ſunt, ſed idẽ Dominus: diuiſiones operationum ſunt, ſed idem eſt Deus, efficiens omnia in omnibus. Vnicuiq; vero datur manifeſtatio ſpiritus ad id quod expedit. Nã huic quidem per ſpiritum datur ſermo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſapiētię:alij vero ſermo ſcientiæ,ſecun
dum eundem ſpiritum : alij vero fides
per eundem ſpiritum:alij vero dona ſa
nationum per eundem ſpiritum:alij ve
ro efficaciæ potentiarum:alij vero pro
phetia:alij vero diſcretiões ſpirituum:
alij vero genera linguarum : alij vero
interpretatio linguarum , ſed omnia
hæc efficit vnus ille et idē ſpiritus,diui
dens peculiariter vnicuiq; ſicuti vult.
Quemadmodū enim corpus vnū eſt,
& membra habet multa , omnia vero
membra corporis vnius,multa cū ſint,
vnum ſunt corpus,ſic & Chriſtus.

EXPLICATIO TEXTVS.

Porro. *Tranſitio ab admonitione de ſalutari uſu cœnæ Domini,ad locum de diſcrimine donorū ſpiritus ſancti,eorumq; uſu in miniſterijs, per quæ conſtituitur & conſeruatur Eccleſia.* Nolo vos ignorare. *Propoſitio: Tradam uobis doctrinam de ſpiritualibus donis in Eccleſia,ut intelligatis eorum diſcrimen , à quo donentur,& cur alia alijs.* De ſpiritualibus. *Donis , quorum autor eſt ſpiritus ſanctus in Eccleſia .* Scitis quod. *Ab anteacta uita,ſeu ſtudio colendi Idola,ante cognitionem Euangelij hortatur , ut nunc quoque eandem diligentiam adhibeant in ſtudio pietatis , &*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

*diſcernendis ſpiritibus,& diſcrimine donorum ſpi-
ritus ſancti.* Gentes fuiſtis. *Id eſt,idololatræ,
uiuentes in mundo ſine uera cognitione & inuoca-
tione Dei.* Et ad ſimulachra. *Expoſitio de cul-
tu ſimulachrorum gentilium,quæ muta uocant,q-
ut Pſalmus centeſimus decimus tertius inquit: Os
habent, & non loquentur:oculos habent, & non
uidebunt:aures habent,& non audient,hoc eſt,nō
poſſunt conferre ſeu tradere cultoribus notitiam
Dei,non exaudiunt,non uerè liberāt.* Quocun-
que ducebamini. *Potentia & effectus diabo-
li in ijs,qui ſpiritū Chriſti non habent, propter im-
pietatem & contemptum doctrinæ Euangelij.*
Ducebamini. *Id eſt, à diabolo & impijs docto-
ribus,ſeu philoſophis Epicureis,& ſimilibus.* Se-
quentes. *Id eſt,audientes falſos doctores, et obe-
temperantes doctrinæ dæmoniorum,quæ horribi-
lis pœna impietatis eſt. Sicut inquit Paulus ad Ro-
ma. 1. Excæcatum eſt cor eorum inſipiens. Item,
Tradidit eos Deus in deſideria cordis eorum.*
Quapropter. *Primus locus de diſcrimine &
probatione ſpirituum,hoc eſt,bonorum & malorū
doctorū Eccleſiæ. Boni ſpiritus ſeu doctores ſunt,
qui Chriſtum docent & confitentur, & glorifi-
cant. Sicut inquit Ioannes: Chariſsimi,ne cuiuis ſpi-
ritui credatis,ſed probate ſpiritus,an ex Deo ſint,
&c. Per hoc cognoſcite ſpiritum Dei: Omnis ſpi-
ritus,qui confitetur Ieſum Chriſtum in carnem ue-
niſſe,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

niſſe,ex Deo eſt: contrà, malus ſpiritus, ſeu falſus doctor eſt,qui negat Chriſtum eſſe Ieſum , id eſt, Meßiam promiſſum,& filium Dei.Sicut idem inquit:Omnis ſpiritus,qui non confitetur Ieſum Chriſtum in carnem ueniſſe,ex Deo non eſt, 1.Ioan.4.

Anathema. Ἀναθήματα Græci uocant primū donaria, quæ dicata dijs ſuſpenduntur in parietib. & columnis templorum.Deinde homines deuotos ſeu dicatos dijs inferis,ut immolentur,uel propter ſua,uel aliorum ſcelera expianda, qualis fuit Iphigenia filia Agamemnonis.Hebræi,ut annotat Hieronymus,hoc nomine extremam execrationem ſignificarunt. Dicit anathema. Id eſt, blaſphemat uel execratur Ieſum: negat ipſum eſſe Meßiam,promiſſum redemptorem mūdi,& filium Dei.

Et nemo poteſt. Repetitio,qua per antitheſin oſtendit, quis ſit bonus ſpiritus,qui confitetur Chriſtum.Deinde,quis autor ſit huius cognitionis,ſcilicet non humana ſapientia , ſed ſpiritus ſanctus, cuius proprium officium eſt, ut teſtatur Chriſtus, glorificare Chriſtum,& de ipſo teſtimonium perhibere Poteſt dicere. Id eſt,corde credere,& ore confiteri, quorum utrunq; requiritur ad ſalutem.Roma.10. Dominum Ieſum. Ordo eſt, Ieſum (illum Nazarenum filium Mariæ , crucifixum à Iudæis,et reſuſcitatum)eſſe Dominum illū, ſcilicet promiſſum Meßiam, filium Dei, uictorem peccati,mortis,& Satanæ. Niſi per ſpiritum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſanctum. Quia cognitio Chriſti eſt opus ſpiritus ſancti, ſeu Dei patris, ſicut inquit Chriſtus ad Petrum, Matth.16. Caro & ſanguis non reuelauerunt tibi hæc, ſed pater meus, qui in cœlis eſt. **Diuiſiones.** Secũdus locus de diſcrimine donorum ſpiritus ſancti in Eccleſia, quo oſtendit, etſi diuerſa ſint dona, tamen omnium eorum eſſe autorem ſpiritum ſanctum, qui ea unicuiq; pro ſuo arbitrio & uoluntate diſtribuit ad utilitatem Eccleſiæ. Quare quibus maiora dona contigerunt, non inflentur: quibus minora, non indignentur, aut inuideant alijs: Quia utrorumq; autor eſt ſpiritus ſanctus. Ideo agnoſcat quiſq; ſuum donum, eoq; ſit contentus, & conferat illud ad utilitatem Eccleſiæ.

Diuiſiones. Id eſt, ſunt uaria genera & diſcrimina donorum ſpiritus ſancti, propter multiplicia miniſteria Eccleſiæ. **Sed idem ſpiritus.** Id eſt, omnium horum autor & donator eſt ſpiritus ſanctus in Eccleſia, qui agnoſcendus & celebrandus eſt ab omnibus. Inſtituit autem tres ordines.

1. Dona, per quæ nos operamur, ut: Sermo ſapientiæ, ſermo ſcientiæ, Prophetia.
2. Miniſteria, hoc eſt, munus erga alios, Apoſtolorum, Prophetarum, Doctorum, Diaconorum.
3. Operationes, hoc eſt, uis & potentia edendi miracula, cuius duæ ſunt ſpecies: Morborum curatio, Dæmoniorum eiectio.

Idẽ ſpiritus. Id eſt, ſpiritus ſanctus omnia hæc dona

dona largitur & conſeruat in Eccleſia, & manet idem, hoc eſt, immutabilis eius natura diuina & inſeparabilis cum patre, & filio. Diuiſiones. Diſtributiones in ſingulos. Id eſt, donorum miniſteriorum, & operationum diuerſa ſunt genera ſeu ordines in Eccleſia. Spiritus, Dominus, Deus. Intelligit appellatione Domini & Dei, ipſum etiam ſpiritum ſanctum, autorem donorum. Vel, ut Doctores Eccleſiaſtici diſtinguunt, tribuit ipſa dona ſpiritui ſancto, miniſteria Domino, hoc eſt, filio, operationes Deo, ſcilicet patri, ut oſtendat perſonarum diſcrimina in diuinitate. Deinde potẽtiæ earundem æqualitatẽ, quia, ut inquit Haymo, quorum una eſt uirtus naturæ & ſubſtantia, horũ una eſt operatio indiuiſa. Efficiens oĩa. Id eſt omnes actiones bonas & ſalutares, quas Deus excitat et regit in Eccleſia, ad conſeruationem et propagationem cœleſtis doctrinæ. In omnibus. Hominibus ſeu miniſtris Eccleſiæ, cuiuſcunq; ordinis. Vnicuiq; verò datur. Generalis propoſitio de diſcrimine donorum. Manifeſtatio ſpi. Id eſt, dona ſpiritus ſancti, quæ manifeſtè conſpiciuntur, & exerunt ſe in ipſis miniſterijs. Nã huic. Expoſitio generalis propoſitionis, continens diſtributionem ſeu congeriem donorum, quorum omnium autor & donator eſt ſpiritus ſanctus, ne quis de ijs glorietur, aut contemnat non habentes talia dona, aut ea inuideat alijs. Recenſet aũt nouem ſpecies.

Sermo ſapientiæ. Prima ſpecies, ſapientia, id eſt, uera & perfecta cognitio Dei, eiusq; uoluntatis, uel rerum ſpiritualium intelligentia, ut quid ſit fides, quid ſpes, quid peccatum. Vtitur autem uocabulo ſermonis pro ipſa re, ut ſermo ſapientiæ, id eſt, ſapientia ipſa: ſermo ſcientiæ, id eſt, ipſa ſcientia. Nam ſermo ſeu uerbum ſæpe pro ipſo facto ſeu re accipitur, ut cum Ezechias ad Eſaiam inquit: Non fuit uerbum, id eſt, res in domo mea, quod nō oſtēderem eis. Per ſpiritum. Id eſt, à ſpiritu ſancto, tanquam autore. Per eundem ſpiritum. Id eſt, ſecundum uoluntatē ſeu arbitrium ſpiritus, quātum placet ſpiritui. Sermo ſcientiæ. Secunda ſpecies, ſcientia, hoc eſt, cognitio quæ facere liceat, & quæ non liceat. Vel, eſt notitia rectè ſecandi uerbū Dei, ut Paulus uocat, hoc eſt, utiliter proponēdi Eccleſiæ. Fides. Tertia ſpecies, fides, quæ hic ſignificat impetū fidei, quo miracula eduntur, uel conſtantia, qualis fuit in Martyribus in confeſſione Euangelij. De illa inquit Paulus, 1. Corin 13. Si omnem fidem habeam, ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum. Dona ſanationum. Quarta ſpecies, curatio ægrotorum, miraculoſa, quæ in primitiua & creſcēte Eccleſia uſitata fuit, ad propagationem & confirmationem nouæ doctrinæ Euangelij. Efficacia. Quinta ſpecies, potentia & efficacia, id eſt, uirtus eijciendi dæmonia, uel efficiendi aliquid potenter uerbo,

uerbo,ut uiuificare uel occidere , ut Petrus Ana-
niam occidit ſolo uerbo, Actor 5. Paulus in uitam
reuocauit Eutychum, Acto.20. **Prophetiæ**, Se-
xta ſpecies, Prophetia, quæ eſt reuelatio rerum fu
turarum, & expoſitio Scripturæ, iuxta analogi-
am fidei. **Diſcretio ſpirituum.** Septima ſpe-
cies, diſcretio ſpirituum, hoc eſt, iudicium de do-
ctoribus Eccleſiæ ueris & falſis. Item qui ex ſpiri-
tu humano & maligno loquuntur : ut puella , ex
qua Paulus ſpiritum Pythonicum expulit, Actor.
16. Ex quo ſpiritu & incantatores , & Magi lo-
quuntur. **Genera linguarum.** Octaua ſpeci-
es; cognitio uariarum linguarum, quæ ad interpre
tationem ſcripturæ neceſſaria eſt , & donata eſt
in die Pentecoſtes Apoſtolis. **Interpretatio lin
guarum.** Nona ſpecies, interpretatio linguarũ,
hoc ex , translatio ſcripturæ ex lingua ignota, in
cognitam, ſub qua & eloquentia continetur, quæ
fideliter tradit Eccleſiæ, quæ ab alijs accepit. **Sed
hæc omnia.** Iterum monet de autore donorum,
ſpiritu ſancto, & diſtributione eorum in ſingulos,
iuxta ſpiritus uoluntatem, ut hortetur ad concor-
diam, nę propter diuerſitatem donorum oriantur
diſſenſiones in Eccleſia, uel ex ſuperbia, uel inui-
dia. **Quemadmodum enim.** Tertius locus
de uſu donorum in Eccleſia, quem per comparatio
nem membrorum corporis humani, pluribus oſten
dit & explicat. Nam ſicut, inquit, in corpore hu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

mano multa diuerſa membra ſunt, quorum alia a-lijs dignitate quidem, honore & uſu excellunt, omnia tamen eiuſdem corporis membra ſunt, neceſſaria ad eius conſeruationem: ita etiam in Eccleſia, quæ corpus eſt Chriſti myſticum, multa ac diuerſa ſunt donorum diſcrimina, quæ omnia ad utilitatem huius myſtici corporis Chriſti, hoc eſt, Eccleſiæ, conferri debent, ut conſeruetur in ea miniſterium Euangelij. Sic & Chriſtus. *Vnum corpus eſt cum Eccleſia, et ut in corpore humano multa ſunt membra habentia diuerſas actiones, ſic etiam in Eccleſia Chriſti ſunt diuerſa dona ſpiritus ſancti, & miniſteria, inſtituta & data à Deo ad utilitatem, hoc eſt, gubernationem & conſeruationem Eccleſiæ.*

OBIECTIONES *tres.*

1. *An ſaluentur omnes, qui nomen Ieſu inuocant, ſeu nominant.*

Nemo poteſt dicere Dominũ Ieſum, niſi per ſpiritum ſanctum.

Increduli ſeu impœnitentes etiam dicunt Dominum Ieſum, *Matth. 7.*

Ergo increduli ſeu impœnitentes habent ſpiritum ſanctum: & per conſequens, ſaluantur quicunq; nomen Ieſu appellant.

Reſpondeo ad maiorem, per diſtinctionem: Dicere

cere Dominum Ieſum, uocat Paulus, non nominare tantum, ſeu recitare hoc nomen, ſed uerè credere, & confiteri Ieſum eſſe Dominum, hoc eſt, Meßiam, ſeu promiſſum ſeruatorem mundi, & ſe eius beneficijs cõſolari in terroribus peccati, mortis, & inferni, quod increduli ſeu impœnitentes non faciunt, etiamſi nomen Ieſu ſubinde nominent & inuocent.

II. An Deus ſit autor peccati.

Deus omnia efficit in omnibus. Sicut hic inquit Paulus, & ad Epheſios 1. ait: Qui facit omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ:
Ergo Deus eſt etiam autor peccati.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia Paulus in his & ſimilibus dictis loquitur tantum de ſalutaribus actionibus Dei in Eccleſia, non de uniuerſali rerum ſuſtentatione, ſeu de ſingulis omnium animantium motibus.

III. An à diſcrimine donorum iudicandum ſit de uoluntate Dei erga ſingulos.

Deus non æqualiter diſtribuit dona:
Ergo reſpicit perſonas, & eos quibus maiora dona confert, magis complectitur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Reſpondeo ad antecedens: Deus propter miniſterium Euãgelij ſeu gubernationem Eccleſiæ inæqualiter diſtribuit dona ſingulis, non q; perſonarum ſit reſpector in danda uita æterna, ſed placent illi omnes, ut inquit Petrus, qui timent ipſum, & faciunt iuſtitiam. Acto.10.

DOMINICA XI. POST Trinitatis, Epiſtola D. Pauli, de reſurrectione Chriſti, & noſtra. I. Cor. XV.

Tetraſtichon.

Mortuus eſt Chriſtus, uatum ſic ſcripta loquuntur,
Atq; iterum redijt uiuus ad aſtra Deus.
Corpora ſic animis rurſum ſociata reſurgent
Noſtra, ut ad æthereæ gaudia ſedis eant.

Argumentum.

Hortatur primum in hac Epiſtola Apoſtolus Corinthiorum Eccleſiam, ad conſtantiam in tradita & accepta doctrina Euangelij de morte & reſurrectione Chriſti, quam duobus argumentis probat: primum ab autoritate ſcripturæ. Deinde a teſtimonio Apoſtolorum, & aliorum complurium, qui Chriſtum reſuſcitatum a morte uiderunt, & cum eo conuerſati ſunt multos dies poſt reſurrectionem. Item à ſuo ipſius teſtimonio, cui addit confeſſionem ſuæ indignitatis ad munus Apoſtolicum, propter perſecutionem Eccleſiæ. Deinde toto ca-

pite

pite hoc agit, ut reſurrectionem noſtrorum corporum futuram probet, idq́; facit ex reſurrectione Chriſti: & uerſatur tota diſputatio in hoc Enthymemate: Chriſtus reſurrexit à morte, Ergo & nos reſurgemus. Antecedens probat autoritate ſcripturæ, & Apoſtolorum, & ſuo ipſius teſtimonio. Conſequentia probatur, quia nos ſumus membra Chriſti: quod igitur contigit in capite noſtro Chriſto, idem etiam futurum eſt in membris eius. Poſtea oſtẽdit, qualia futura ſint noſtra corpora poſt reſurrectionem, quæ gloria & lætitia poſt nouiſſimum diem in uita æterna, cum omnes hoſtes Eccleſiæ, peccatum, mors, & diabolus, & infernus fuerint aboliti, & deuicti à filio Dei.

EPISTOLA, 1. Corinth. 15.

NOtum autem vobis facio, fratres, Euangelium, quod euangelizaui vobis, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis, per quod & ſalutem conſequimini, quo pacto annunciarim vobis, ſi tenetis, niſi fruſtra credidiſtis. Tradidi enim vobis inprimis, quod & acceperã: quòd Chriſtus mortuus fuerit pro peccatis noſtris, ſecundum ſcripturas, & ꝙ ſepultus ſit, & ꝙ reſurrexerit tertio die, ſecundum ſcripturas, & quòd viſus ſit Cephæ, deinde duodecim illis:

po-

poſtea viſus eſt pluſquàm quingentis fratribus ſimul. Ex quibus plures manent ad hũc vſq; diem: quidam autem & obdormierunt. Deinde viſus eſt Iacobo, pòſt Apoſtolis omnibus. Poſtremo vero omnium, velut abortiuo viſus eſt & mihi. Ego enim ſum minimus Apoſtolorum: qui non ſum idoneus, ut dicar Apoſtolus, propterea q perſecutus ſum Eccleſiam Dei: ſed gratia Dei ſum id, quod ſum. Et gratia eius quæ profecta eſt in me, non fuit inanis, ſed copioſius quàm illi omnes laboraui: non ego tamen, ſed gratia Dei, quæ mihi adeſt.

EXPLICATIO TEXTVS.

Notum vobis fratres. *Primus locus de præſtanda conſtantia in profeßione ueræ doctrinæ, quæ ut retineatur, opus eſt aßidua repetitione, meditatione, et ſtudio audiendi, legendi, et diſcendi uerbum Dei. Nam nihil facilius eſt, quàm cito obliuiſci traditæ doctrinæ, & diabolus, ut teſtatur parabola de quadruplici ſemine, Luc. 8. in hoc præcipuè intentus eſt, ut ſemen, hoc eſt, ſermonem Dei tollat de cordibus auditorum, ne credentes ſaluentur.* Notum facio. *Id eſt, reuoco uobis iterum in memoriam.* Euangelium. *Id eſt, traditam uobis*

uobis à me doctrinam de Chriſto, de morte eius, & reſurrectione, alijsq; beneficijs ipſius æternis. Euangelizaui. *Commendatio & laus miniſterij Euãgelij, ſeu externi uerbi, per quod efficax eſt ſpiritus ſanctus, excitat in cordibus fidem, & alios ſpirituales, & diuinos motus, conſentientes cum uoluntate Dei. Monet autem hic locus de ordine perueniendi ad cognitionem Dei, & conſequenda ſalute, quem & Paulus tradidit, Romanos 10. Eſt autem talis ordo. 1. Prædicare Euangelium. 2. Audire. 3. Accipere ſeu credere, & aſſentiri doctrinæ. 4. Stare in doctrina, quaſi militem in acie ad prælium, & retinere eam in tentationibus, nec deficere ab ea uel propter crucem, uel pſeudapoſtolos, ſeu falſos doctores.* Per quod et ſalutem. *Effectus prædicationis Euangelij, de quo et ad Rom. 1. inquit: Euangelium potentia eſt Dei, ad ſalutem omni credenti, Iudæo primum, & Græco. Et Iacobus ca. 1 inquit: Cum manſuetudine recipite inſitum ſermonem, qui poteſt ſaluas reddere animas ueſtras.* Quo pacto. *Monet hic Apoſtolus, ut corruptelas doctrinæ uitemus, & ut traditum eſt Euangelium ab Apoſtolis, ita ſine ulla admiſtione humanarum opinionum conſeruemus. Sicut alibi inquit: Si quis aliud Euangelium prædicauerit, præterquam quod prædicatum eſt uobis, anathema ſit.* Niſi fruſtra. *Teſtatur & hic locus, regeneratos poſſe labi, &*

emittere

amittere ſpiritum ſanctum & fidem, Sicut in pr[æ]cedenti Epiſtola dixit: Qui ſibi uidetur ſtare, ui[deat] deat ne cadat. Eſt autem fruſtra credidiſſe, nō p[er]ſeuerare in tradita doctrina, ſed ſeduci à falſis do[]ctoribus, ſicut Corinthiorum Eccleſia ſeducta fu[it] à pſeudapoſtolis, qui poſt diſceſſum Pauli docu[e]runt, non eſſe futuram reſurrectionem mortuor[um], ſed eam fieri quotidie ſpiritualiter in hac uita, c[um] homines a peccatis reſurgerẽt. Tradidi enim vobis. Repetit breuem ſummam ſuæ doctrin[æ], ſeu Euangelij, quod Corinthiorum Eccleſiæ trad[i]dit. Sic & ad Romanos 4. breuiter complexus e[ſt] ſummam Euangelij, inquiens: Traditus eſt Chri[]ſtus (in mortem) propter peccata noſtra, & reſur[]rexit propter iuſtificationem noſtri. In primis. Id eſt, præcipuè ante omnia. Quaſi dicat, Hoc præ[]cipuè docui, & aſſeueraui in concionibus meis, & huc quaſi ſcopum doctrinæ mihi præfixum habui, ut dicerem de morte & reſurrectione Chriſti. Quod & acceperam. Conciliatio attentio[]nis ab autore doctrinæ, ſcilicet Deo. Quod Chriſtus mortuus fuerit. Cōplectitur duo præcipua beneficia Chriſti: mortem, quæ fuit ſa[]tisfactio pro peccatis noſtris: & reſurrectionem, qua nobis reddita eſt noua iuſtitia, & uita, ſicut dictum Pauli ad Romanos 4. teſtatur. Mor[]tuus ſecundum ſcripturas. Primum argu[]mentum ſeu probatio mortis & reſurrectionis

Chriſti,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Chriſti, à teſtimonio ſcripturæ. Secũdum ſcri-
pturas. Veteris Teſtamenti, ut Eſaiæ 53. Obla-
tus eſt, quia uoluit. Et, ſicut ouis, quæ ad mactatio
nem ducitur, non aperuit os ſuum. Verè languo-
res noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe por-
tauit, uulneratus eſt propter iniquitates noſtras:
attritus eſt propter ſcelera noſtra, diſciplina pa-
cis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus,
&c. Quod & ſepultus ſit. Vt Eſai. 11. Sepul
chrum eius erit glorioſum. Item 53. Sepultus eſt ſi-
cut impij, & mortuus ſicut diuites. Et reſurre-
xit. Vt Pſal. 3. inquit: Ego dormiui, & ſoporatus
ſum, & exurrexi, quia Dominus ſuſcepit me. Et
Pſal. 15. Non derelinques animam meam in infer
no. Et Eſai. 53. Ex afflictione & pœna liberatus
eſt, & quis enarrabit ſecula eius? Et quicunq; loci
Prophetarum loquuntur de regno Chriſti æterno,
ſimul teſtantur, Chriſtum moriturum eſſe pro pec
catis noſtris, & reſurrecturum à morte, ut no-
uum & æternum regnum inchoet & habeat. Eſt
autem reſurrectio Chriſti, regnum, et triumphus
eius ſuper peccatum, mortem, & Satanam, pri-
mum in ſua perſona, deinde etiam in Eccleſia. Et
quod uiſus ſit Cephæ. Secunda probatio ueræ re-
ſurrectionis Chriſti, ſumpta à teſtimonio Apoſto-
lorum, & omnium credentium, qui Chriſtum poſt
reſurrectionem conſpexerunt reſuſcitatum, come
derunt & biberunt cum illo, & conuerſati ſunt

l familia-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

familiariter uſque ad diem Aſcenſionis, Actorum 1. Cephæ, Id eſt, Petro De hac apparitiõe, quando & ubi facta ſit, nihil proditum eſt memoriæ ab Euangeliſtis. Deinde duodecim. Apoſtolis, Græcus textus habet, δώδεκα, hoc eſt, duodecim: Atque ſic annumerandus erit Matthias, qui tamen poſt Aſcenſionem primum in numerum Apoſtolorum adſcitus eſt, Actorum 1. Latinus habet, undecim. Eſt autem hæc apparitio facta coram 11. Apoſtolis, 8. die poſt reſurrectionem, Ioan. 20. Plus quàm quingentis. Id eſt, credentibus ſeu diſcipulis Chriſti. Plus quàm. Neq; de hac apparitione quicquam eſt traditum ab Euangeliſtis. Plures manent. Id eſt, ſuperſtites ſunt, & uiuunt etiamnum. Obdormierunt. Id eſt, mortui ſunt. Nam piorum mors, quaſi ſomnus eſt. 1. Propter ſpem futuræ reſurrectionis. 2. Quia horrorem mortis, ut impij, non ſentiunt. Sicut inquit Chriſtus, Ioan. 8. Si quis ſeruauerit meum ſermonem, mortem non uidebit in æternum. Viſus Iacobo. Hunc quidam arbitrantur alterum fuiſſe ex illis duobus diſcipulis, quibus Chriſtus apparuit proficiſcentibus Emaunta, Lucæ 24. Apoſtolis omnibus. In monte Tabor, unde in cœlum ſublatus eſt, Actorum 1. Poſtremo omnium. A ſuo teſtimonio. Eſt autem hæc apparitio facta in itinere, cum proficiſceretur Damaſcum, & poſtea cum oraret in templo, Actorum 9. Velut abortiuo.

ortiuo. Abortiuus dicitur partus, ſeu infans, qui non legitimo naſcendi tempore in lucem editur, uel citius uel tardius. Sic uocat ſe Apoſtolus partum abortiuum, quód non in tempore in Chriſto ſit regeneratus, hoc eſt, uocatus ad munus Apoſtolicum, cum alijs Apoſtolis, cum adhuc Chriſtus uiuus uerſaretur inter homines, ſed poſt aſcenſionem eius: & quemadmodum de uita abortiui deſperatur, ita etiam de ſua uita & uocatione Eccleſia deſperauerit, cum tam crudeliter eam perſequeretur. Ego enim ſum minimus. Aetiologia qua ſuam indignitatem agnoſcit, & prædicat miſericordiam in ſui uocatione, & ſedulitatem in obeundo miniſterio. Monet igitur de tribus præcipuè hæc confeßio Pauli omnes miniſtros Eccleſiæ. 1. De agnoſcenda propria infirmitate. 2. De gratuita uocatione. 3. De ſedulitate in obeundo miniſterio. In genere autẽ ipſa conuerſio Apoſtoli monet omnes de pœnitentia agenda, & agnoſcenda miſericordia Dei, quód Deus, ſicut Paulum recepit, ita uelit omnes recipere agentes pœnitentiam, ſicut ipſe Paulus hoc ſuum exemplum proponit Eccleſiæ, priore ad Timotheum 1. inquiens: Chriſtus Ieſus uenit in mundum, ut peccatores ſaluos faceret, quorum primus ego ſum, uerum ideo miſericordiam adeptus ſum, ut in me primo oſtenderet Ieſus Chriſtus omnem clementiam, ad exprimendam exemplar ijs, qui credituri

eſſent in ipſum, ad uitam æternam. **Sum minimus.** Sic Epheſios 3. Mihi minimo omnium ſanctorum data eſt gratia, ut inter gentes euangelizem imperueſtigabiles diuitias Chriſti, & in lucem proferam omnibus, quæ ſit cõmunio myſterij, quod erat abſconditum à ſeculis à Deo &c. **Perſecutus ſum Eccleſiam.** Actorum 9. Sic & ad Timoth. 1. inquit: Chriſtus fidelem me iudicauit, ponendo in miniſterium, qui prius eram blaſphemus, & perſecutor, & uiolentus. **Sed gratia Dei.** Agnitio & celebratio miſericordiæ Dei in electione ſui ad Apoſtolatum. De qua ſic inquit, priore ad Timoth. 1. Miſericordiam conſecutus ſum, quód ignorans fecerim per incredulitatem, exuberauit autem ſupra modum gratia Domini noſtri cum fide & dilectione, quæ eſt per Chriſtū Ieſum. **Et gratia eius.** Confeßio de efficacia gratiæ ac præſentiæ Dei in miniſterio. Vtitur autem gloriatione hac neceſſaria ac uera, contra inanem pſeudapoſtolorum iactantiam, qui ſe ſuaq; uenditabant apud Corinthios, & contemnebant Paulum. **Non ego tamen.** Correctio ad uitandam ſuſpitionem iactantiæ, ſeu inanis gloriæ. quia omnia quæcunq; ſalutaria egit uel docuit in Eccleſia Corinthiorum, & alijs, non ſuæ diligentiæ aut meritis adſcribit, ſed diuinæ bonitati & clementiæ, ut hoc ſuum exemplum imitentur & alij. Addit nunc Apoſtolus concluſionem de ueritate

reſurre-

reſurrectionis Chriſti, quam hactenus & ſcripturæ autoritate, & ſuo, & aliorum Apoſtolorum teſtimonio probauit. Siue igitur, inquiens, ego, ſiue illi, ſic prædicamus, & ſic credidiſtis, ſcilicet Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis. Hinc deinceps infert reſurrectionem noſtrorum corporum, tanquam effectum reſurrectionis Chriſti, cum ait: Quód ſi Chriſtus prædicatur a mortuis reſurrexiſſe, quomodo dicunt quidam inter uos, non eſſe reſurrectionem mortuorum? Et multa abſurda attexit, quæ ſequutura eſſent, ſi quis reſurrectionem corporum negauerit. Quibus pſeudapoſtolorum impium errorem confutat. Eſt autem Sorites hypotheticus hoc modo:

Porro ſi reſurrectio mortuorum non eſt, ne Chriſtus quidem reſurrexit.

Si Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra.

Si inanis eſt prædicatio noſtra, falſi teſtes Dei ſumus.

Si falſi teſtes Dei ſumus, erit Deus falſus et mendax, qui præcepit nobis prædicare, ſe Chriſtum excitauiſſe, quem non excitauit.

Si Deus eſt falſus, eſt & prædicatio noſtra falſa.

Si prædicatio noſtra eſt falſa, eſt & fides ueſtra falſa.

Si fides ueſtra eſt falſa, adhuc eſtis in peccatis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

neſtris, in quibus & peribitis cum omnibus aliis, qui in Chriſto obdormierunt. Etſi in uita hac ſpem in Chriſto tantum fixam habemus, maximè miſerabiles omnium hominum ſumus. Iam addit affirmatiuam de mortuorum reſurrectione, à poſitione conſequentis primæ propoſitionis Syllogiſmi, hoc modo:

Nunc autem Chriſtus reſurrexit ex mortuis, primitiæ eorum qui dormierunt fuit.

Concluſio:

Ergo reſurrectio mortuorum eſt.

Addit cauſam per collationem Adæ & Chriſti: Poſtquam enim per hominem mors, etiam per hominem reſurrectio mortuorum. Quemadmodum enim per Adam omnes moriuntur, ita et per Chriſtum omnes uiuificabuntur.

OBIECTIONES duæ.

QVÆSTIO.

Suntne omnes homines reſurrecturi in nouiſsimo die?

Reſpon. Etiam.

CONTRA.

Reſurrectio noſtrorum corporum eſt fructus reſurrectionis Chriſti creditæ.

Impij, vt Turcæ et Iudei, non credunt reſurrectionem Chriſti:

Ergo

Ergo Turcæ & Iudæi non reſurgent.
Et Pſalmus inquit: Non reſurgent impij in iudicio.

Reſpondeo ad maiorem: Reſurrectio eſt duplex: Glorioſa, qualis futura erit beatorum: & ignominioſa incredulorum. Et, ſicut ueritas aliorum articulorum fidei manet, ita etiam huius certitudo non pendet a fide aut incredulitate hominum, ſed certo futura eſt reſurrectio propter uerbum & promißionem Dei. Nam, ut inquit Paulus ad Roman. 3. Incredulitas quorundam fidem Dei non faciet irritam.

II. *De Pauli gloriatione.*

Gloriatio eſt peccatum.
Paulus gloriatur de ſuis laboribus:
Ergo peccat.

RESPONSIO.

Duplex eſt gloriatio: Alia oritur ex admiratione ſui ipſius, ſeu donorum ſuorum: hæc peccatum eſt: Alia fit propter miniſterium & confirmationem Eccleſiæ, & eſt teſtimonium bonæ conſcientiæ, de adminiſtrata fideliter uocatione, contra pſeudapoſtolos. Talis gloriatio eſt Pauli. Ideo addit correctionem: Non ego tamen, ſed gratia, quæ mihi adeſt.

DOMINICA XII. POST Trinitatis, Epiſtola D. Pauli, de miniſterio Apoſtolico, eiusq; efficacia, & de diſcrimine Euangelij, & Legis. Poſteriore ad Corinthios III.

Tetraſtichon.

Quis ſis Paule doces, quæ ſit fiducia ſummi,
Quod geris in Chriſto, muneris, ipſe tui.
Eſt tua uox Chriſti, non lex, doctrina, ſalutem
Quæ miſeris gratam, credita ferre ſolet.

Argumentum.

Primo commendat hic D. Paulus, contra pſeudapoſtolos, ſuum & aliorum Apoſtolorum miniſterium, & uocationem prædicandi Euangelij, per quod in nouo Teſtamento Deus ſibi Eccleſiam colligit, inſtaurat, & renouat. Deinde agnoſcit & fatetur ſuam infirmitatem in obeundo tanto, tamq; difficili munere, q, miniſterium ſuum & omnium docentium Eccleſiam, non ſit futurum efficax, & ſalutare ſine præſentia, auxilio, & defenſione dei. Tertio oſtendit, contra pſeudapoſtolos, qui legem tantum docebant, dignitatem Euangelij, et diſcrimen inter doctrinam Euangelij, quam ſpiritum uiuificantem uocat, et inter legem, quam literam uocat occidentem, propter utriuſq; effectum in mentibus, quas doctrina Euangelij promiſsione de re-

miſſis peccatis, & placato Deo conſolatur & uiuificat. Lex uero oſtendẽs peccatum & iram Dei, eaſdem accuſat, terret, & occidit.

EPISTOLA, 2. Corinth. 3.

FIduciam autem huiuſmodi habemus per Chriſtum erga Deum, nõ ꝙ idonei ſimus ex nobiſipſis cogitare quicquam, tanquam ex nobiſipſis, ſed ſi ad aliquid idonei ſumus, id ex Deo eſt, qui & idoneos fecit nos miniſtros Noui teſtamenti: nõ literę, ſed ſpiritus. Nam litera occidit, ſpiritus autem viuificat. Quod ſi adminiſtratio mortis in literis, deformata in ſaxis, fuit in gloria, adeo vt non poſſent oculos intendere filij Iſrael in faciem Moſi, propter gloriam vultus eius, quæ aboletur: cur non potius adminiſtratio ſpiritus erit in gloria? Nam ſi adminiſtratio cõdemnationis gloria, multo magis excellit adminiſtratio iuſtitiæ in gloria.

EXPLICATIO TEXTVS.

Fiduciam habemus. *Propoſitio de miniſterio & uocatione ſua, ꝙ ea non ſit humana, ſed diuina, ideo ſuæ doctrinæ non minus quàm Moſi et aliorum Prophetarum cõcionibus ſeu ſcriptis eſſe*

aſſentiendum. Fiduciam. Gloriationem & te-
ſtimonium conſcientiæ de uocatione ad munus A-
ſtolicum, deq; eo bona fide adminiſtrato in Eccle-
ſia. Per Chriſtum. Id eſt, propter Chriſtum,
quo uocatus ſum, Actor. 9. Erga Deum. Id eſt,
coram Deo, q; ſcilicet non ingeſſi me humana am-
bitione ſeu temeritate in hoc munus, ſed ſum diui-
nitus ad illud uocatus. Non quod. Anthypopho-
ra, qua primum ſuam indignitatem & infirmita-
tem agnoſcit, & fatetur in miniſterio Euangeli.
Deinde Dei uocationem et præſentiam in miniſte-
rio ſuo, opponit pſeudapoſtolis, et quale ſit ſuum of-
ficium oſtendit, uidelicet non prædicare literam,
hoc eſt, legem occidentem conſcientias, ſed Euan-
gelium, per quod datur ſpiritus ſanctus, qui eſt effi-
cax in uiuificandis mentibus. Ex nobiſipſis. Id
eſt, ex noſtris uiribus, ingenio, ſapientia carnali,
ſine auxilio, præſentia, & gratia Dei. Cogita-
re. Id eſt, quid aut quomodo ſit docendum in Eccle-
ſia. Id ex Deo. Id eſt, Deus omnes ſalutares a-
ctiones in miniſtris Eccleſiæ excitat, & regit, &
adiuuat ſuo ſpiritu miniſterium noſtrum. Mini-
ſtros Noui teſtamenti. In quo gratuita re-
miſſio peccatorum, noua iuſtitia, et uita æterna of-
fertur gratis propter mediatorem Chriſtum, mor-
tuum & reſuſcitatum, ſine conditione impletæ le-
gis. Non literæ. Id eſt, non legis, quæ ſcripta in
lapideis tabulis, non dat ſpiritum ſanctum, nec mu-
tat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

tat corda. Sed ſpiritus. Id eſt, doctrina Euangelij, per quam datur ſpiritus ſanctus, qui uiuificat mentes, & accendit in eis nouam lucem, id eſt, ueram notitiam Dei, & nouos ac ſpirituales motus, conſentientes legi Dei, fidem, timorē Dei, dilectionem, inuocationem, manſuetudinem, patientiā, caſtitatē & ſimiles. Nā litera. Litera dicitur ipſa lex dei, et diſciplina externa, ſine uero & ſpirituali motu cordis, agnoſcentis iram Dei aduerſus peccata, et confugientis fide ad mediatorem, quæ cognitio legis, et obedientia externa, eſt res mortua, non adſerens nouam iuſtitiam, & uitam. Spiritus eſt Euangelium, quatenus promiſsionem eius mens accipit, & conſolatur ſe eo in terroribus, concipit ſpiritum S. qui nouam lucem accendit in mēte, hoc eſt, illuſtrem notitiam Dei, & motus in uoluntate congruentes cum lege Dei, ut fidem, dilectionē, & timorem. Niſi hi motus cōcipiantur ex prædicatione Euangelij, manet & ipſum Euangelium litera, hoc eſt, doctrina ſcripta tantum in libris, & audita, non uiuificans mentem. Ideo requiruntur motus pœnitentiæ, agnitio peccati, & fides ſeu aſſenſus promiſsionis, quo accipimus remiſsionem peccatorum propter mediatorem, unde exiſtit uera conſolatio, & uita æterna. Litera occidit. Id eſt, lex accuſat & damnat conſcientias. Spiritus. Id eſt, ipſum Euangelium, per quod datur ſpiritus ſanctus. Viuificat. Id eſt, conſolatur perterrefactus

factas conſcientias cognitione peccati & iræ de
Quòd ſi. Commendatio dignitatis Euangeli
per collationē, ſumptam ab utriuſq; effectu: leg
cuius effectus eſt mortificatio: & Euangelij, cu
eſt uiuificatio. Et argumentatur à minore ad m
ius, hoc modo: Si lex, quæ tantum ſcripta fuit in ta
bulis lapideis, & adfert mortem, habet gloriam
quanto maior eſt dignitas Euangelij, quod ſcrip
eſt in mentibus digito Dei, per ſpiritum ſanctum
& adfert ueram & perpetuam conſolationem, &
uitam, in terroribus peccati & mortis. **Admi
ſtratio mortis.** Id eſt, lex adminiſtrans, hoc e
oſtendens mortem, cum reuelat peccatum, cu
pœna eſt ipſa mors, & omnes calamitates hum
generis. **Deformata in ſaxis.** Id eſt, ſcrip
in tabulis lapideis. **Fuit in gloria.** Id eſt, hab
gloriam & dignitatem. **Adeo ut non po
ſent.** Exod. 24. **In faciem Moſi.** Quæ ſign
cabat officium & uim legis, quæ quaſi perſtring
ſua claritate mentem humanam cognitione hor
rendæ iræ Dei aduerſus peccatum, ut non poſſit
rè intueri, hoc eſt, agnoſcere Deum ut patrem, ſe
fugit tanquam iudicem ſeuerum, & Tyrannum.
Quæ aboletur. Id eſt, hæc gloria legis, ſ
claritas uultus Moſi, non eſt uera & perpetu
ſed reuelatione Euangelij interit: quia eſt exter
tantum obedientia, legis iuſtitia in hac uita, non
futura. **Adminiſtratio ſpiritus.** Euangel
pe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

per quod datur ſpiritus ſanctus, uiuificans corda. Nam ſi. Repetitio collationis. Adminiſtratio condemnationis. Id eſt, ipſa lex oſtendẽs damnationem propter peccatum hærens in natura corrupta, & horribilem iram & iudicium Dei aduerſus peccatum. Adminiſtratio iuſtitię. Id eſt, Euangelium patefaciens ſeu adferens uerã & æternam iuſtitiam Dei, reputantis nos iuſtos propter filium, & inchoantis in nobis nouam obedientiam, dato ſpiritu ſancto, eamq; perficientis in uita æterna.

OBIECTIONES tres.

I. De abrogatione ueteris Teſtamenti, ſeu Legis.

Apoſtoli ſunt miniſtri Noui teſtamenti:

Ergo Vetus teſtamentum eſt abrogatum.

RESPONSIO.

Concedo argumentum, quantum attinet ad ceremonias Moſaicas, circumciſionem, ocium ſabbati, oblationes uictimarũ, et ſimiles ritus Leuiticos, non quantum attinet ad Legem moralem, ſeu Decalogum, quem et ipſe Paulus, & alij Apoſtoli, diligenter tradunt & inculcant. Nam eſt in eo æterna et immutabilis uoluntas Dei expreſſa, exigens honeſta, & prohibens contraria, cui creatura rationalis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

tionalis obtemperare debet omnibus temporibus.

II. *De eadem.*

Doctrina occidens non eſt prædican-
da.
Lex eſt doctrina occidens:
Ergo lex non eſt prædicanda.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam: Quia quatuor ſunt termini in Syllogiſmo. Nam occidere, in maiore intelligitur de morte ſeu occiſione corporis, quæ prohibita eſt. In minore accipitur de effectu legis in conſcientijs, quas lex accuſat, damnat, & occidit, cognitione peccati, & mortis, ut ad Chriſtum iuſtificatorem adigantur.

III. *De libertate humanæ uoluntatis.*

Paulus inquit: Sufficientia noſtra ex
Deo eſt:
Ergo voluntas humana nihil agit, ſed
ſe habet prorſus paſſiuè, vt Scholaſtici doctores loquuntur.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia loquitur Paulus de actionibus noſtris, quæ ſalutares nõ ſunt Eccleſiæ, niſi à Deo excitentur & regantur. Requiritur autem ſtudium et aſſenſus uoluntatis humanæ. Nam, ut dicitur, Deus uolentem trahit, non repugnantem.

Eſt

Eſt igitur reliqua libertas uoluntatis in ijs nego-cijs ſeu actionibus, quæ rationi humanæ ſubiectæ ſunt.

DOMINICA XIII. POST

Trinitatis, Epiſtola D. Pauli, de Euangelio et Lege, & utriuſq; diſcrimine ac uſu, atq; de legis abrogatione. Ad Gala. III.

Tetraſtichon.

Nullius ut cuiquam eſt hominis uiolanda uolūtas,
Vltima quam mortis ſanxerit hora ſemel:
Sic promiſſa manet nobis benedictio firma,
Quam Deus in Gnato contulit ipſe ſuo.

Argumentum.

Eſt hæc pars diſputationis D. Pauli de iuſtitia fidei, quam hic duobus argumentis probat. Primū ſumit à minore ad maius per ſimilitudinem à teſtamento, quod ſicut neq; reſcindi, neq; quidquam in eo mutari licet, ubi ſemel morte teſtatoris confirmatum eſt: ita etiam poſtquam Deus promißionem tanquam teſtamētum æterni fœderis, dederit Abrahæ de Chriſto benedicto ſemine, in quo omnes gentes accepturæ eſſent benedictionem, non licet hanc promißionem abrogare lege, ſed certo ſtatuendum eſt, iuſtitiam non ex lege, ſed ex fide in illā promißionem conferri, qua Abraham iuſtificatus eſt fide abſq; operibus legis, quæ tempore Abrahæ

non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

nondum promulgata erat. Secundum ſumit à tem pore editæ promiſsionis, & promulgatæ legis, q oſtendit legem non iuſtificare, quod longo tempo re poſt promiſsionem, cuius fide iuſtificatus eſt A braham, data ſit lex in monte Sinai, uidelicet an nis 430. Tertio addit cauſam, propter quam pro mulgata ſit lex, cum non iuſtificet, uidelicet ut pe catum reuelet, accuſet & damnet, quo ad Chri contendant homines, ab eoq; remiſsionem pecca rum petant. Poſtremo reddit cauſam, quare le non iuſtificet, cum ſit ſancta & perfecta doctri Dei. Quia ſcilicet natura humana ita eſt corr pta, ut legi integre obedire non poſsit. Ideo non e iuſtitia ex lege, ſed ex fide in promiſsionem Meſsia, qua Deus nos iuſtos reputat, etiamſi in n bis hæreant ac maneant reliquiæ peccati.

EPISTOLA, Ad Galat. 3.

SEcundum hominē dico: Hominis licet teſtamentum, tamen ſi ſit com probatum, nemo reijciat, aut addit al quid. Porrò Abrahæ dictæ ſunt pro miſsiones, & ſemini eius. Non dicit, & ſeminibus, tanquam de multis: ſed ta quam de vno: & in ſemine tuo, qui e Chriſtus. Hoc autem dico, teſtament ante comprobatum à Deo erga Chr ſtum, lex quæ poſt annos quadringen

to

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

tos & triginta cœpit, non facit irritū, vt abroget promiſsionē. Nam ſi ex lege eſt hereditas, non iā eſt ex promiſſione. Atqui Abrahæ per promiſsionem donauit Deus. Quid igitur lex? Propter trāſgreſsiones addita fuit, donec veniret ſemen, cui promiſſum fuerat, ordinata per angelos in manu interceſſoris. Interceſſor autē vnius non eſt, at Deus vnus eſt. Lex igitur num eſt aduerſus promiſsiones Dei? Abſit. Etenim ſi data fuiſſet lex, quę poſsit viuificare, verè ex lege eſſet iuſtitia. Sed concluſit ſcriptura omnia ſub peccatū, vt promiſsio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus.

EXPLICATIO TEXTVS.

Secundum hominem. *Supra probauit Apoſtolus locis ſcripturæ, exēplo Abrahæ, & experientia dati ſpiritus ſancti per prædicationē Euangelij, hominem non lege, ſed fide in promiſsionē iuſtificari, hoc eſt, acceptum eſſe* Deo *gratis propter mediatorem filium* Dei: *hic iam addit ſimilitudinem de humano teſtamento, qua ſuperiora argumenta, quæ firmiſsima ſunt, quaſi expolit et auget, ut fieri ſolet in perſuaſionibus* Rhetoricis. Secundum hominem. *Humano more loquar.* Q.d. *Proponam iam exemplum uſitatum in hu-*

m *mana*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

*mana ac ciuili ſocietate, in qua teſtamenta haben-
tur firma, quæ teſtatoris morte comprobata ſunt.
Ergo multo magis promiſsio Dei de iuſtitia fidei,
quæ quaſi Dei teſtamentum eſt, firma eſſe debet in
Eccleſia, nec quicquam in ea immutari.* Homi-
nis licet. *Primum argumentum in hoc textu, de
iuſtitia fidei, ſumptum à teſtamento, cui promiſsio-
nem de iuſtitia fidei in benedicto ſemine, hoc eſt,
Chriſto comparat, quòd ſicut teſtamentum firmum &
ratum eſt poſt mortem teſtatoris, ita etiam promiſ-
ſio fidei rata eſſe debet, neq; abrogari à lege, quod
fieret, ſi ex lege eſſet iuſtitia, & non ex fide in pro-
miſsionem. Et ualet conſequentia à contrarijs, quo-
rum unum alterum expellit. Sunt enim contraria,
promiſsio, quæ gratuita eſt, & lex, quæ conditionē
obedientiæ requirit, eſtq; hæc maior propoſitio
Syllogiſmi, qui hoc loco talis eſt:*

*Hominis teſtamentum ratum manet poſt mor-
tem teſtatoris.*

*Promiſsio de iuſtitia fidei gratuita in benedi-
cto ſemine Chriſto, eſt teſtamentum Dei:*

*Ergo promiſsio de iuſtitia fidei, non eſt abro-
ganda lege, ſed ſtatuendum nos iuſtificari
fide, ſicut eadem iuſtificatus eſt Abraham,
in promiſſum ſemen.*

Abrahæ dictæ ſunt promiſsiones.

*Minor Syllogiſmi, qua interpretatur teſtamē-
tum, applicans illud ad promiſsionem, quia ſicut in*

testamen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

teſtamento eſt gratuita donatio bonorum, ita in promißione de benedicto ſemine, eſt gratuita iuſtitia, quæ non debetur operibus, ſicut hæreditas ſeu legatum non debetur meritis, ſed eſt donum gratuitum teſtatoris. Promiſsiones. De benedicto ſemine, hoc eſt, Chriſto, in quo omnes gentes terræ benedicendæ erant, hoc eſt, conſecuturæ remißionem peccatorum, iuſtitiam, & uitam æternam, Gen. 22. Et ſemini eius. Id eſt, in ſemine, hoc eſt, Chriſto, ſicut ipſe Paulus interpretatur, cum inquit: Non quaſi in multis (ſeminibus) ſed quaſi in uno. Item, Et in ſemine tuo, qui eſt Chriſtus. Hoc autem dico. Alterum argumentum (quo prius quaſi declarat) ſumptum ab ordine temporis, quo primum promißio de benedicto ſemine edita eſt Abrahæ, & promulgata poſtea lex in monte Sinai per Moſen, quo oſtendit tria, primum, iuſtitiam non eſſe ex lege, ſed ex promißione, qua Abraham annis ante 430. iuſtificatus eſt. Deinde, legem non abrogare promißionem, quæ poſt illam tot exactis annis promulgata eſt: Neq; enim quod poſterius eſt tempore id, quod prius eſt, abrogare ſeu tollere poteſt. Tertio, eadem re atq; modo iuſtitiam imputari etiam alijs, quibus imputata eſt Abrahæ, uidelicet per fidem in promißionem. Sicut inquit ad Romanos 4. Non ſcriptum eſt autem propter illum (Abraham) tantum: Imputatum eſſe illi (ad iuſtitiam, quód promißioni

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Dei credidit)ſed etiã propter nos,quibus imput
tur credentibus in eum,qui excitauit Ieſum Do
num noſtrum. Hoc autem dico. Concluſio S
logiſmi: Ergo lex non abolet teſtamentum,ſeu p
miſsionem Dei. Probatio conſequentiæ: Quia m
tis annis poſt promiſsionẽ lex eſt promulgata. E
autem eadem ratio & cauſa iuſtificationis in o
mnibus,quocunq; tempore. Erga Chriſtum
Id eſt,in Chriſtum, ſcilicet uenturum: uel prop
Chriſtum , ut fide in ipſum iuſtificarentur omn
exemplo Abrahæ,omnibus temporibus. Lex. Sc
pta de ceremonijs , & promulgatio Decalog
Quia igitur longè poſt edita eſt lex de cerem
nijs & operibus, ipſa opera ſeu cultus legis nõ
ruerunt promiſsionem,aut iuſtitiam Abrahæ. V
abrogaret promiſsionem. Ita tolleret,
poſt promulgatam legem hodie non amplius p
dem in promiſsionem Dei,ut Abraham,gratis p
pter mediatorem,ſed per opera legis deinceps iu
ſtificarentur. Nam ſi ex lege. Concluſio: E
promiſsione dari hæreditatem uitæ æternæ & ip
Abrahæ,& reliquis omnibus, non ex lege, utpo
quæ tempore Abrahæ nondum lata fuit. Sic &
Romanos 4. concludit: Si ij qui ſunt ex lege , hæ
redes ſunt,inanis facta eſt fides,& irrita facta
promiſsio. Eſt autem hic talis Syllogiſmus hyp
theticus negatiuus:

Si ex lege eſt hæreditas, non iam ex promiſſio

ne.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Sed hæreditas eſt ex promiſsione:
Ergo non eſt ex lege.

Valet conſequentia à contrarijs, qualia ſunt lex et promiſsio. Nam lex exigit opera, promiſsio fidem. Lex dicit, fac hoc: Promiſsio, accipe hoc. Nam ſi ex lege. Maior Syllogiſmi Atqui Abrahę. Minor. Ex lege. Id eſt, operibus legis. Ex promiſsione. Propter fidem in promiſsionem de benedictione, quæ fide accipienda eſt, ſicut Abraham eam accepit, & ſibi per fidem applicauit benedictionem. Hęreditas. Id eſt, remiſsio peccatorũ, iuſtitia, et uita æterna. Quid igitur lex? Anthypophora, qua obiectioni occurrit de cauſa finali promulgatæ legis. Nam obijci poterat, cum lex non iuſtificaret, cur ergo à Deo lata eſſet Iſraelitis per Moſen. Reſpondet Paulus promulgatam eſſe legem non propterea, ut iuſtificaret, quod officium eſt ſolius fidei apprehendentis promiſsionẽ, ſed propter tranſgreſsiones, ſcilicet coercendas, ut impediantur peccata, & reuelandas & augendas in conſcientijs, ut agnita magnitudine peccati, & iræ Dei, de nobiſipſis deſperantes, feſtinaremus ad Chriſtum. Quid igitur lex? Interrogatio continẽs obiectionem. Quid igitur? Id eſt, ad quid lata eſt lex à Deo, ſi non iuſtificat? ad quid opus fuit eam ferre? Igitur. Id eſt, ſi lex ſeu odedientia legis non iuſtificat Propter tranſgreſsiones. Subiectio continens reſponſionem de cauſa

ſeu uſu, et officio latæ legis. Eſt autem duplex uſus legis: Prior ciuilis, ut propoſitis pœnis coerceat & impediat tranſgreßiones ſeu peccata. De quo uſu inquit Paulus, priore ad Timoth. 1. Lex iniuſtis eſt poſita. Alter uſus eſt theologicus & ſpiritualis, ut reuelet & augeat tranſgreßiones in conſcientijs, oſtendens magnitudinem peccati, & pœnam ſeu iram Dei aduerſus peccatum, ut hac ratione humiliati cognitione noſtræ infirmitatis & damnationis, reddatur nobis gratia Dei deſiderabilis, & ad Chriſtũ confugiamus, qui legis eſt perfectio, ad iuſtificationem omni credenti, Rom. 10. De hoc uſu legis inquit Paulus ad Roma. 5. Lex obiter ſubijt, ut abundaret (id eſt, agnoſceretur in conſcientijs) delictum (id eſt, magnitudo delicti, & eius horribilis pœna) Et ad Galatas 3. Lex pædagogus noſter fuit ad Chriſtum, ut ex fide iuſtificaremur. Donec venerit. Obiter monet hic Paulus de duratione legis, quæ duplex eſt, ſicut & eius abrogatio: Literalis, & ſpiritualis. Duratio literalis eſt uſq; ad aduentum promißi ſeminis, de quo inquit Chriſtus: Lex et Prophetæ uſq; ad Ioannem prophetarunt, Matth. 11. Nam præſente Chriſto, ceremoniæ & totus cultus Moſaicus deſijt. Duratio ſpiritualis legis eſt in conſciẽtijs, in quibus perterrefactis cognitione peccatorum, lex, id eſt, eius accuſatio & damnatio, ceſſare debet, & concipi noua conſolatio & uita per prædicationem Euangelij.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

lij, abſolutionem, et uſum Sacramentorum. Ordinata. Hæc addit, ut dignitatem Euangelij oſtendat, quod legi hic præfert, ab autore ſeu cauſa efficiente, nam lex per angelos eſt promulgata, et Moſen ſeruum. Vnde dicitur ad Hebræos 2. Si is, qui per angelos dictus fuit ſermo, fuit firmus, et omnis tranſgreßio & inobedientia iuſtam præmij repenſationē accepit, quomodo nos effugiemus, ſi tantā neglexerimus ſalutem, quæ, cum primum enarrari cœperat per ipſum Dominū, ab his qui audierant, in nos confirmata fuit? Euangeliū ueró per ipſum Dominum reuelatum eſt, ut ad Hebræ. 1. dicitur: Deus nouißimo hoc tempore locutus eſt nobis per filium, quem conſtituit hæredem omnium, per quē facta ſunt etiam ſecula. In manu. Per manum. Interceſſoris. Moſi hominis ac ſerui. Interceſſoris. Id eſt, inter populū et deum promulgantem legem. Nam ut ſcribitur Exod. 2. cum populus audiret et uideret in promulgatiōe legis, uoces et lampades, & ſonitū buccinæ, montemq; fumantē, perterrefacti et pauore concußi ſteterunt procul, dicentes Moſi: Loquere tu nobis, et audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur. Diſcernit autē Moſen à Chriſto, qui ſolus interceſſor fuit inter Deum offenſum & humanum genus, quia Chriſtus ſatisfecit legi per ſemetipſum, placauit iram Dei, & hominem cum Deo reconciliauit, quod Moſes non fecit. Interceſſor autem

non eſt vnius. *Obiter etiam monet de interceſ*
ſione filij Dei, opponentis ſe inter Deum iratum, et
hominem, ut ſignificet medium reconciliationis no
ſtræ, & neceßitatem interceßionis filij Dei. Quia
ſine hoc mediatore Deus iratus reconciliari crea
turæ nõ potuit. **Vnius non eſt.** *Sed inter duos,*
alterum offenſum, alterum offendentem, id quod
natura uocabuli mediatoris requirit: quia media
tor eſt inter duos arbiter pacis, utrunq; in gratiã
alterius reponens. **Deus vnus.** *Id eſt, Deus ne*
minem offendit ſuperiorem, ideo quãtum ad ipſius
perſonam attinet, nullo mediatore opus habet. Nos
uero qui offendimus Deum, opus habemus media
tore Chriſto, qui nos Deo offenſo recõciliat. **Lex**
igitur num eſt. *Alia quæſtio, quæ ex ſolutione*
prioris oritur. Nam cum dixit, legem datã eſſe pro
pter tranſgreßiones augendas, ſcilicet in conſcien
tijs, ſtatim obijci poterat: Ergo lex eſt aduerſus pro
mißiones Dei, quia oſtendit & auget peccata, qui
bus irritatur & offenditur Deus, nc præſtet aut
ſeruet quæ promiſit. **Abſit.** *Subiectio, qua ne*
gat, legem eſſe aduerſus promißiones Dei, hoc eſt,
illas non impedire aut tardare. Primum, quia deus
non promiſit benedictionem Abrahæ aliqua condi
tione, ſeu reſpectu operum, aut meritorum, præce
dentium uel ſequentium, ſed gratuitó. Ergo neque
mutabit, neq; tardabit promißiones propter tranſ
greßiones, modo eas agnoſcamus, et agamus pœni
tentiam.

tentiam.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

tentiam. Deinde, quia lex cum oſtendit & auget peccatum in conſcientijs, humiles reddit, & ſitientes gratiæ Dei, atq; ita adiuuat promiſsionem, ut eam nobis Deus præſtet, et mittat filium, donet remiſsionem peccatorum, iuſtitiam et uitam æternã, humiliatis & contritis per legem. Etenim. *Aetiologia, qua probat, cur lex non ſit aduerſus promiſsionem. Quia, inquit, nulla eſt data lex à Deo, quæ poſsit iuſtificare hominem. & addit confirmationem ſeu cauſam huius rationis, Quia, inquiẽs, omnia ſcriptura concluſit ſub lege, id eſt, nemo poteſt ſuis uiribus ſatisfacere legi, ideo omnes ſunt ſub peccato, id eſt, rei iræ Dei, & æternæ mortis, idq; ideo facit ſcriptura, ut omnes urgeat ad Chriſtum mediatorem, & iuſtificentur fide in ipſum, non propter impletionem legis, ſed propter hunc mediatorem Ieſum Chriſtum. Eſt autem & hic Syllogiſmus hypotheticus eiuſmodi:*

Si data eſſet lex, quæ poſsit uiuificare, uerè ex lege iuſtitia eſſet.

Sed nulla eſt data lex, quæ poſsit uiuificare, quia nemo legi ſatisfacit:

Ergo ex lege non eſt iuſtitia.

Quæ poſsit viuificare. *Ratio maioris: q̃a uitã non cõſequimur, niſi prius habita iuſtitia.* Sed concluſit. *Antitheſis continens cauſam, cur lex neq; uiuificet, neq; ſaluificet, quia legi nemo ſatisfacere propter corruptionẽ humanæ naturæ, quæ,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ut alibi inquit, legi ſubijci nõ poteſt. Scripturæ. Primum ipſa promißio, Gen. 3. Semen mulieris cõteret caput ſerpentis. Et Gen. 22. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Vbicunq; enim promittitur per Chriſtum benedictio, hoc eſt, iuſtitia, ſalus, et uita, ibi per contrariũ intelligitur adeſſe maledictio, hoc eſt, iniuſtitia ſeu peccatum, mors, & æterna damnatio. Secundó dictum Deut. 27. Maledictus omnis, qui non permanſerit in omnibus his, quæ ſcripta ſunt in libro legis, ut faciat ea. Vt promiſsio. Cauſa finalis, cur ſcriptura omnia concludat ſub peccato, non ut perpetuo ſub eo detineantur, ſed liberentur tandem, conſtituto tempore, ex maledictione. Sunt autem obſeruandæ circũſtantiæ. Omnia. Id eſt, non ſolum omnes homines, ſed etiam eorum opera, quæ uidentur eſſe ſanctißima, ſine fide in Chriſtum facta. Sub peccato. Id eſt, damnatione & ira dei, quia nemo legem implet. Promiſsio. Id eſt, ipſa benedictio ſpiritualis, hoc eſt, liberatio à lege, peccato, morte, & Diabolo, donatio gratiæ, iuſtitiæ, ſalutis, & uitæ æternæ. Ex fide. Quæ tanquam manus, ſeu inſtrumentum eſt, quo apprehenditur promißio. Daretur. Quomodo? Ex gratia, nõ propter merita noſtra. Ieſu Chriſti. Per quem, ſeu propter quem? Non propter dignitatem operum noſtrorũ, ſed propter mediatorem filium Dei. Credentibus. Quibus? Aſſentientibus promißioni fide, non

conte-

contemnentibus, non Epicureis, qui ſecurè indulgent peccatis, contra conſcientiam.

OBIECTIONES *tres.*

1. *De argumentis, quæ ducuntur ab humanis ad diuina.*

Ab humanis ad diuina non valet conſequentia, vt homo ſe diligit ſuper omnia. Ergo etiam poteſt Deum diligere ſuper omnia, ſicut Scotus argumentatur.

Ergo etiam non valet argumentum Pauli, ſumptum ab humano teſtamento ad promiſsionem diuinam.

Reſpondeo ad antecedens, per diſtinctionē: Non ualet conſequentia ab humanis ad diuina, cum argumenta ducuntur a deprauatione naturæ. Sicut Scotus argumentatur à deprauatis affectibus, qualis eſt φιλαυτία, id eſt, proprius amor: ſed ualet conſequentia ab humanis ad diuina, cum argumentamur ab ordinatione Dei, ſicut Chriſtus argumentatur Matth. 7. cum ait: Si uos, cum mali ſitis, noſtis dare bona dona filijs ueſtris, quanto magis pater ueſter qui in cœlis eſt, dabit bona petentibus ſc. Nā diuina eſt ordinatio, ut parentes largiantur filijs, eosq́; ſuſtētent et alant. Sic ualet & hæc conſequentia Pauli: Humanum teſtamētum confirmatū

morte

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

morte teſtatoris, non eſt immutandum, Ergo neq; Dei teſtamentum, ſeu promißionem mutare licet. Ratio conſequentiæ eſt: Quia lex ciuilis, quæ ordinatio eſt diuina, prohibet abrogare, ſeu mutare teſtamentum, quod morte teſtatoris confirmatum eſt.

II. *De lege & promißione, an ſint contraria.*

Paulus negat legem eſſe aduerſus promiſsionem, cùm inquit: Lex num aduerſus promiſsiones Dei? Abſit. Ergo lex & promiſsio non ſunt contraria, & pugnat ſecum Paulus, cùm inquit: Si ex lege eſt hæreditas, non iam ex promiſsione.

RESPONSIO.

Contraria ſunt lex & promißio, quantum attinet ad effectum iuſtificationis, quia lex non iuſtificat, ſed promißio. Non quantum ad cauſam, ut uocant, adiuuantem, quia lex eſt cauſa adiuuans iuſtificationis, quatenus reuelat peccatum, ut reddamur ſitientes iuſtitiæ: Sed in conſcientijs perterrefactis iam cognitione peccati & mortis, promißio expellere debet legem terrentem, et mortificantem, ut concipiatur conſolatio & uita.

III. *De tempore promulgatæ legis.*

Lex ſeu Decalogus primum promulgatus

gatus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

gatus eſt annis 430.poſt editam promiſsionem Abrahæ,hoc eſt, à condito mundo 2454.

Ergo ante illud tempus, hoc eſt, integris annis 2454.nulla fuit lex.

RESPONSIO.

Duplex eſt lex: Lex naturæ, & lex ſcripta. Loquitur autem Paulus hic de promulgato Decalogo, & lege ſcripta de ceremonijs, & cultibus Moſaicis,quæ primum lata eſt in monte Sinai,anno poſt promiſsionem editam 430. Sed ipſa lex naturæ ſemper fuit,quia eſt notitia de uolũtate Dei, mentibus humanis impreſſa in ipſa creatione, qua intelligimus Deum præcipere honeſta, & prohibere turpia.Huius notitiæ ſeu legis naturæ renouatio eſt ipſe Decalogus, qui ideo promulgatus eſt, ut expreſſum teſtimonium extaret in Eccleſia de uoluntate Dei, & cultibus ſeu operibus,quæ Deus approbat & requirit.

DOMINICA XIIII. POST

Trinitatis, Epiſtola D. Pauli, de pugna ſpiritus aduerſus carnem,hoc eſt,mortificatione cõcupiſcentiæ carnalis,& ſtudio bonorum operum, item de libertate Chriſtiana. Ad Galatas V.

Tetraſti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Tetraſtichon.

Spiritus aduerſus carnem luctatur, in ipſum
Sed caro luxurians, prælia dura mouet.
Qui ſequitur, uiuet, numen ſpirabile, carnis
Aſt moritur quiſquis caſtra ſequenda putat.

Argumentum.

Deſcribit primum hic Apoſtolus aſsiduam pugnam ſeu certamen ſpiritus aduerſus carnem, & contra carnis aduerſus ſpiritum, etiam in regeneratis, propter reliquias peccati in corrupta natura, quas tamen pœnitētia aſsidua mortificari oportet, & inchoari nouam obedientiam erga legem Dei, quæ tanquam fructus neceſſario ſequitur iuſtificationem fidei. Deinde addit dictum de libertate Chriſtiana, q̃ etiam ſi accuſat lex iuſtificatos fide, non tamen ij ſunt ſub lege, id eſt, non damnantur propter naturalem imbecillitatē, ſi ſpiritu Dei duci ſe ſinunt, hoc eſt, non indulgent peccatis contra conſcientiam, ſed ijs reluctantur. Tertio commemorat per Antitheſin longa congerie fructus carnis, hoc eſt, peccata omnis generis contra legem, & fructus ſpiritus, hoc eſt, uirtutes quas lex præcipit, & addit comminationem pœnarum aduerſus eos, qui ultro indulgēt peccatis, ut adhortetur ad ſtudium uirtutis ſeu nouæ obedientiæ, et deterreat à peccatis, quibus excutitur ſpiritus ſanctus, amittitur fides, & gratia Dei.

EPISTOLA, *Galat.* 5.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Dico autem, ſpiritu ambulate, & cōcupiſcentiam carnis non perficietis. Nam caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnē. Hæc autem inter ſe mutuò aduerſantur, vt non quęcunq; volueritis, eadem faciatis. Quòd ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege. Porrò manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt hæc: adulterium, ſcortatio, immundicia, laſciuia, ſimulachrorum cultus, veneficium, inimicitiæ, lis, æmulationes, iræ, concertationes, ſeditiões, ſectę, inuidię, cędes, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia: de quibus prędico vobis, quemadmodū & prędixi, quòd qui talia agunt, regni Dei hæredes non erunt. Contra, fructus ſpiritus eſt, charitas, gaudiū, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, manſuetudo, temperantia. Aduerſus huiuſmodi non eſt lex. Qui verò ſunt Chriſti, carnem crucifixerunt cum affectibus, & concupiſcentijs.

EXPLICATIO TEXTVS.

Dico autem. *Exponit dictum præcedens de dilectione proximi, quam tanquā fructum fidei in iuſtificatis exigit, quomodo intelligi illud uelit,*

uidelicet non q, dilectio poßit eſſe perfecta, aut iu
ſtificet, ſed q, exerceri debeat aßiduè, ac reprimi
concupiſcentia, ſiquando caro luctatur aduerſus
ſpiritũ, et accenduntur animi ad iram, uindictam,
odium, impatientiã, et ſimiles affectus uitioſos, qui
in natura etiam regeneratorũ hærent. Ideo illis ui
tioſis affectibus reſiſtendum eſt ſpiritu, et domanda
da caro, quod ambulare in ſpiritu uocat. Dico
autem. *Q. d. Scio uos non poſſe integrã dilectio*
nem præſtare, propter corruptionem naturæ, ideo
hoc tantum iubeo, ut ſpiritu ambuletis, hoc eſt, lu
ctemini contra carnem, ſolicitantem uos ad pecca
ta, ut ſequamini motus ſpirituales, quos inſerit uo
bis ſpiritus ſanctus. Ambulate. *Id eſt, cogitate,*
dicite, & agite, quæ ſpiritus ſunt, & reſiſtite iis,
quæ carnis ſunt. Et in genere ambulare ſpiritu, eſt
agere in ſua quemq; uocatione, quæ iubet ſpiritus,
hoc eſt, uerbũ dei, uidelicet frenare libidinem, odiũ
iram, auaritiam, et diligenter adminiſtrare ſuam
uocationẽ. Sic ambulat ſpiritu rex et princeps, qui
diligenter facit officium ſuum, qui bene præeſt ſub
ditis, punit ſontes, et innocẽtes defendit, nõ mouet
bella iniuſta, aut non neceſſaria, non indulget cupi
ditatibus, et ſequitur in omnibus ducentẽ ſpiritum,
eiq; obtemperat. Concupiſcẽtia. *Concupiſcen*
tiam uocat inclinationem naturalem ad omnia ui
tia, ut ad libidinem, odium, cupiditatem uindictæ,
auaritiam, impatiẽtiam. Item ipſam dubitationem
de

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

de uoluntate Dei, contemptum et odium Dei, & id genus alia peccata, pugnātia cum utraq; tabula legis. Caro eſt tota natura hominis corrupta, ſicut ab Adam eſt propagata, carens uera notitia, timore et dilectione dei, & fiducia erga deum, quærens et ſapiens carnalia, ſicut dicitur Gen 6. Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt. Spiritus eſt primum ipſe ſpiritus ſanctus, impellēs homines ad uirtutes omnis generis: Deinde ipſe homo iā regeneratus ſpiritu ſancto, et motus ſpirituales, ut notitia dei, timor & dilectio dei, & proximi. Non perficietis. Id eſt, ne ſequimini cōcupiſcentiam, ſed reluctamini ei ſpiritu, et mortificate opera carnis. Nam caro. Aetiologia de perpetua lucta & diſsidio inter ſpiritum et carnem. Et conſolatur hic locus credentes in Chriſtum, ꝙ, etiamſi ſentiant in ſe concupiſcentiam, & uitioſos affectus, & multiplicem infirmitatem, nō tamen abijciantur à de , modo carni reſiſtant ſpiritu, hoc eſt, non indulgeāt peccatis ultró contra cōſcientiam. Hæc au. Expoſitio præcedentis dicti de mutuo inter ſe certamine ac pugna carnis & ſpiritus. Quęcunq; vo. Teſtatur hic Apoſtolus manifeſtè, hærere adhuc in natura ſanctorum reliquias peccati, quibus reluctantur ſpiritu. Volueritis. Duplex eſt interpretatio: prior, quæ uolueritis, ſcilicet impellente ſpiritu, bona non faciatis, id eſt, facere non poſsitis, reluctante carne: uel, quæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

uolueritis, ſcilicet peccata, eadē non faciatis, reluctante ſpiritu contra carnem. Quòd ſi ſpi. Interſerit dictum de libertate Chriſtiana, quæ eſt, primum liberatum eſſe à maledictione, ſeu damnatione legis. Deinde à terroribus peccati & mortis. Tertio à ceremonijs Leuiticis. De hac libertate ſpiritus, inquit ad Romanos 8. Lex ſpiritus uitæ per Chriſtum liberum me reddidit à iure peccati & mortis. Item alibi: Vbi ſpiritus, ibi libertas. Et Chriſtus Ioan. 8. Si uos filius liberauerit, uerè liberi eſtis. Spiritu ducimini. Si agetis ea, quæ dictat & iubet ſpiritus. Non eſtis ſub lege. Id eſt, damnatione legis, quia lex non accuſat obedientes. Sicut inquit Paulus: Lex iuſto non eſt poſita. Primum quantum ad obedientiam, quia ultro legi obedit ſine coactione, ſeu metu pœnarum. Deinde quantum ad damnationem, quia quod deeſt perfectæ impletioni legis, condonatur propter mediatorem ijs, qui peccatis ſpiritu repugnant. Sicut inquit ad Rom. 8 Nulla nunc eſt condemnatio his, qui inſiti ſunt Chriſto Ieſu, qui non iuxta carnem uerſantur, ſed iuxta ſpiritū. Porrò manifeſta ſunt. σuναθροισμὸς, hoc eſt, congeries operum ſeu effectuū carnis pugnātium cū præceptis Decalogi utriuſq; tabulæ. Vtitur autem hac longa commemoratiõe operū carnis et ſpiritus, ut luctam inter utrunq; melius ponat ante oculos, ut intelligi poßit, quibus uitijs repugnandum ſit, et quæ uirtutes,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

tes, ſeu fructus ſpiritus ſequendi. Porro, Tranſitus ad enumerationem operũ carnis, quib. reluctãdum eſt ſpiritu. Opera carnis. Id eſt, effectus, ſeu fructus carnis aduerſantis ſpiritui. Manifeſta ſunt. Id eſt, ab omnibus iudicari poſſunt, quia maxima pars hominum his ſecurè indulgent, ideo facilè poſſunt intelligi. Iuxta illud Chriſti, Matth. 7 A fructibus eorum cognoſcetis eos.

Opera carnis.

Adulterium. Nõ incommodè diſtinguũtur opera ſeu fructus carnis penes ſubiecta, hoc eſt, tres potẽtias animæ, ſcilicet uoluntatẽ concupiſcibilẽ, uoluntatẽ iraſcibilem, & intellectum, hoc modo:

Ad uoluntatem concupiſcibilem pertinent	Adulterium, Scortatio, Immunditia, Laſciuia, Ebrietates, Comeſſationes.	Prohibita ſexto præcepto Decalogi.
Ad uoluntatem iraſcibilem.	Inimicitiæ, Lis, Aemulationes, Iræ, Cõcertationes, Seditiones, Inuidiæ, Cædes.	Prohibita 5. et 4. præcepto Decalogi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Ad intellectum,
- Idololatria, ſeu ſimulachrorum cultus,
- Secta ſeu hæreſes,
- Errores,
- Falſæ religiones,
- Superſtitiones,
- Veneficia,

Prohibita 1. 2. & 3. præcepto Decalogi.

Breuis explicatio horum uitiorum.

Adulterium. Μοιχεία Eſt ſolutio fidei coniugalis, quæ ſexto præcepto Decalogi prohibetur, & committitur duobus modis: opere, & concupiſcentia, ut docet Chriſtus Matt. 5. cum inquit: Quicunq; aſpexerit uxorem alterius ad concupiſcendam eam, commiſit iam adulterium in corde ſuo. **Scortatio.** πορνεία. Eſt omnis uagus & illicitus concubitus extra matrimonium, inter cœlibes. **Immunditia.** ἀκαθαρσία Eſt affectuū, ſeu cogitationum impuritas. **Laſciuia.** ἀσέλγεια. Eſt petulantia in geſtu & habitu corporis. **Simulachrorum cultus.** εἰδωλολατρεία. Dicitur, cum honor debitus Deo, ut fiduciæ, auxilij, inuocationis, creaturis tribuitur, qualis in Eccleſia fuit inuocatio & cultus mortuorum: apud Ethnicos Iouis, Mercurij, Mineruæ, & ſimilium idolorum ueneratio, & inuocatio. **Veneficia.** φαρμακεία. Eſt incantatio magica, quæ pactum facit cum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

cum Diabolo, ut noceat hominibus, pecoribus, ſegetibus &c. Inimicitiæ. ἔχθραι. Sunt ſimultates occultæ, uel apertæ. Lis. ἔρις. Diſceptatio, ſeu cõtrouerſia in negotijs forenſibus, aut alijs. Aemulationes, ζῆλοι. Id eſt, ſtudium iunctum cum maleuolentia, ortum ex inuidentia, & ſtudio noſtri. Iræ. θυμοί. Commotiones animi efferueſcentis cum cupiditate ulciſcendi. Concertationes. ἐριθεῖαι. Cupiditates ſeu ſtudium rixandi de rebus leuioribus. Seditiones. διχοστασίαι. Sunt diſsidia animorum inter ciues contra magiſtratum. Sectæ. αἱρέσεις. Sunt, cùm dogmata contra uerbum Dei ſparguntur in Eccleſia, & defenduntur pertinaciter. Inuidiæ. φθόνοι. Dolor de aliena felicitate, ſeu rebus ſecundis. Cædes. φόνοι. Homicidia, ſeu interfectiones occultæ uel manifeſtæ priuatorum inter ſe. Ebrietates. μέθαι. Ingurgitatio immodica uini ſeu potus cuiuſq; inebriantis. De qua inquit Chriſtus, Lucæ 21. Cauete uobis, ne quando grauentur corda ueſtra crapula & ebrietate, & curis huius uitæ. Comeſſationes. κῶμοι. Sunt nocturnæ crapulæ & ingurgitationes, & debacchationes furioſæ, quales habentur paſsim ab Epicureis & ſecuris. De his inquit Eſaias cap. 5. Væ qui ſurgitis manè ad ebrietatem ſectandam, & potandum uſq; ad ueſperam, ut uino æſtuetis, Cythara & lyra, & tympanum, & tibia, & uinum in conuiuijs ueſtris, et opus Domini non

 reſpicitis

reſpicitis, nec opera manuum eius conſideratis. **De quibus prædixi.** *Comminatio pœnarum.* **Agunt.** *Id eſt, qui reluctantur ſpiritu his uitijs, ſed ſecurè ijs indulgent, & ſectantur aſſiduè cum delectatione, contra conſcientiam, non qui tentantur ijs, & repugnant in timore Dei, per meditationem ſcripturæ, ſobrietatem, et inuocationem.* **Regni Dei hæredes non erunt.** *Si nõ egerint pœnitentiam, ſed in his peccatis perſeuerauerint uſq; ad finem uitæ.* **Contrà fructus.** *Antitheſis, id continens enumerationem fructuum ſpiritus, id eſt, uirtutum, quarum eſt autor ſpiritus ſanctus, poſterioris tabulæ Decalogi. Recenſet autem eas uirtutes præcipuè, quibus exercetur dilectio, & conſeruatur pax, & concordia in ciuili ſocietate & Eccleſia. Sicut & ad Epheſios 4. ſimilem antitheſin inſtituit uitiorum ac uirtutum, & addit adhortationis rationem ſumptam ab exemplo Dei erga nos, inquiens: Omnis amarulentia, et tumor, & ira, & uociferatio, & maledicentia tollatur à uobis, cum omni malitia: ſitis autem inuicem alius in alium comes, miſericordes, largientes uobis inuicem, quemadmodum & Deus per Chriſtum largitus eſt uobis.*

Fructus ſpiritus.

Charitas generale eſt nomẽ complectens omnia officia erga proximum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Pax
Lenitas
Manſuetudo } uirtutes ſunt 5 præcepti decalogi

Temperantia ſexti.
Bonitas ſeu
Beneficentia ſeptimi.
Fides, ſeu
Veritas. octaui.

Explicatio breuis harum uirtutum.

Gaudium. χαρὰ. Eſt lætitia concepta de proximi felicitate. De qua inquit ad Rom. 11. Gaudete cum gaudentibus, flete cum flẽtibus. Pax. De qua hic loquitur (εἰρήνη) eſt ſtudium ac amor concordiæ. De qua inquit ad Epheſ. 4. Tolerantes uos inuicem per charitatem, ſtudentes ſeruare unitatem ſpiritus per uinculum pacis. Lenitas. μακροθυμία. Id eſt, longanimitas, qua læſi non incandeſcimus ſtatim, aut in iram prorumpimus, non ulciſcimur nos, ſed diu ac patienter ferimus iniurias, et errata proximi, concordiæ ac pacis gratia. Benignitas. χρηστότης. Id eſt, morum ſuauitas, ſeu commoditas, qua non moroſè, ſed placidè ac benignè conuerſamur cum alijs. Bonitas. ἀγαθοσύνη. Id eſt, propenſio ac ſtudium benefaciendi. Fides. πίστις Hoc loco eſt ueritas, ſeu conſtantia in dictis & factis, cum ſcilicet id fit, quod dictum eſt. Cicero lib. 1. offic. Manſuetudo. πρᾳότης. Id

eſt, placabilitas, qua offenſiones facile remittimus,
& condonamus, & diſsimulamus iniurias. Tem-
perantia. ἐγκράτεια. *Id eſt, abſtinentia, ſeu*
moderatus uſus cibi ac potus, & aliarum omnium
rerum modus. Aduerſus huiuſmodi lex
non eſt. *Id eſt, nulla pœna legis conſtituta eſt ad-*
uerſus hæc opera ſeu fructus ſpiritus, ſed præmijs
ornantur à Deo, corporalibus & æternis. Qui
verò ſunt Chriſti. *Concluſio ab officio ſeu*
decoro Chriſtianorum, quod eſt, ut crucifigãt, hoc
eſt, mortificent uitioſos affectus, & concupiſcen-
tiam carnalem. Qui ſunt Chriſti. *Qui per fi-*
dem Chriſto ſunt inſiti, habent ſpiritum ſanctum,
ſunt baptizati, & profitentur Chriſtianam doctri-
nam, et religionem. Crucifixerunt. *Id eſt, mor-*
tificant quotidianis exercitijs carnales affectus,
non indulgent ſecurè prauis cupiditatibus, ſed ijs
repugnant. Sicut de ſe inquit Paulus: Sugillo cor-
pus meum, & in ſeruitutem redigo. Cum affe-
ctibus. παθήμασι. *Scilicet uehemẽtioribus, ſeu*
ſpiritualibus, ut ſunt odium Dei, dubitatio, & diffi-
dentia. Et concupiſcentijs. ἐπιθυμίαις. *Vt*
ſunt, carnalis ſecuritas, ſuperbia, fornicatio, luxu-
ria, immunditia, & ſimiles.

OBIECTIONES *quatuor.*

I. *De dilectione.*

Dilectio eſt impletio legis.
Impletio legis eſt iuſtitia:

Ergo

Ergo dilectio eſt iuſtitia: & per conſequens, dilectione ſumus iuſti, non fide.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Et ratio eſt, quia plus eſt in concluſione, quàm præmiſsis. Nam præmiſſæ loquuntur de Idea ſeu perfecta dilectione, quæ eſſet impletio legis, & iuſtitia, ſi perfectè eam præſtaremus. Concluſio uero loquitur de noſtra dilectione, quæ imperfecta eſt in hac corruptione naturæ. Non ualet igitur conſequentia à uerbo ad opus, à doctrina ſeu præceptis ad uitam. Sicut igitur opus non ſequitur ad præceptum, ſi dicas claudo: Surge & ambula: ſic non ualet, Lex præcipit dilectionem, Ergo diligimus perfectè.

II. *De peccatis ſanctorum.*

Nihil impurum intrabit in regnum cœlorum.

Sancti, quia habent peccata, ſunt impuri:

Ergo nō intrabunt ſancti regnum cœlorum.

Reſpondeo ad minorem, per diſtinctionem: Sancti ſunt impuri quantum ad morbum originis attinet, ſed quantum ad imputationem Dei condonantis eis naturalem immunditiem propter redemptorem filium, ſunt puri per fidem, qua, ut inquit Petrus, purificantur corda, Act. 15.

III. *De diſcrimine peccatorum in ſanctis, & in incredulis.*

Peccans amittit ſpiritum ſanctum & fidem, & excidit à gratia Dei.
Sancti peccant:
Ergo amittunt ſpiritum ſanctum & fidem, & excidunt à gratia.

Reſpondeo ad antecedens, per diſtinctionem. Amittunt ſpiritum ſanctum & fidem, qui peccant uolentes, non q reluctantur peccatis ſpiritu, ut ſancti. Intereſt igitur inter peccata piorum & impiorum, non quantum ad ſubſtantiam facti attinet, quia utrorumq; peccatum eſt res digna æterna morte, ſed quantum ad perſonam attinet. Quia etſi ſanctorum etiam peccata ſint mortalia, quantum attinet ad ſubſtantiã facti, tamẽ fiunt uenialia propter Chriſtum propitiatorem, qui peccata ſua morte expiauit. In incredulis ſunt & manent omnia peccata mortalia, etiam quæ uenialia uocantur.

IIII. *De mortificatione carnis.*

Caro eſt mortificanda ſpiritu:
Ergo prorſus eſt occidenda ieiuniјs, & aliјs exercitiјs.

RESPONSIO.

Nego conſequentiã. Quia plus eſt in conſequente, quàm antecedente. Nam antecedens loquitur de coercenda carne, ut ſpiritui ſubdita ſit, non de occidenda.

cidenda. Nam ad Rom. 13. iubet fouere carnem, ut tolerare poſſit labores ingenij, & corporis, cum inquit: Carnis curam ne agatis ad concupiſcentiam, q. d. ſed ad neceſſitatem.

DOMINICA XV. POST
Trinitatis, Epiſtola D. Pauli, de uitanda inani gloria, de manſuetudine tolerandis infirmis, de alendis miniſtris Eccleſiæ, et præmijs bonorum operum, & pœnis malorum. Ad Galatas V. & VI.

Tetraſtichon.

Ne cupidus quando laudis reddaris inanis,
Sed tolera infirmos inuidiamq́; fuge.
Diuinæ uocis largire δίδακτρα miniſtris.
Hic quæcunq; ſerit, ſemina quiſq; metet.

Argumentum.

Hortatur & in hac Epiſtola Apoſtolus ad nouitatem uitæ eos, qui fide ſunt iuſtificati. Primum, ut ſpiritu incedant, hoc eſt, ſpiritum ducem ſequãtur impellentem ad uirtutes ſeu bona opera omnis generis. Deinde ut uitent iactantiam ſeu inanem gloriationẽ, qui dona excellẽtiora habẽt præ cæteris: et inuidiam, qui minora dona habent: ut hoc modo concordia & pax retineatur in Eccleſia. Tertio monet ut infirmos tolerent firmiores, memores cõmunis imbecillitatis, quód & ipſi, qui uidentur ſibi robuſtiores, labi poſſint. Sicut alibi inquit:

Qui

Qui ſibi uidetur ſtare, uideat ne cadat. Quarto hortatur auditores uerbi, ut miniſtros Eccleſiæ, ſeu doctores cœleſtis doctrinæ liberaliter alant, et præbeant eis ſubſidia uitæ debita & neceſſaria. Quinto addit exhortationi generalem comminationem pœnarum aduerſus eos, qui peccatis ſecurè obtemperant, & miniſtros Eccleſiæ negligunt: & promißiones præmiorum, quæ conſequentur qui ſpiritu reſiſtunt peccatis, ſeu prauis cupiditatibus, & ſunt liberales ac munifici erga miniſtros Eccleſiæ, & Scholarum.

EPISTOLA, *Galat. 5. & 6.*

SI viuimus ſpiritu, ſpiritu & incedamus. Ne efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem nos prouocantes, inuicem inuidentes.

Fratres, etiamſi occupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtaurate huiuſmodi ſpiritu mãſuetudinis, conſiderãs temetipſum, ne & tu tenteris. Inuicem alij aliorum onera portate, & ſic complete legem Chriſti. Nam ſi quis ſibi videtur aliquid eſſe, cum nihil ſit, ſuum ipſe fallit animum. Opus autem ſuum probet vnuſquiſq;, & tunc in ſemetipſo tantum gloriationem habebit, & non in alio.

Vnuſ

Vnuſquiſq; enim propriam ſarcinam baiulabit. Communicet autẽ qui catechizatur ſermone, ei qui ſe catechizat, in omnibus bonis. Ne erretis, Deus non irridetur. Quicquid enim ſeminauerit homo, hoc & metet. Nam qui ſeminat per carnem ſuã, de carne metet corruptionem; ſed qui ſeminat per ſpiritum, de ſpiritu metet vitam æternã. Bonũ autem faciẽdo ne defatigemur. Tempore enim ſuo metemus non defatigati. Itaq; dum tempus habemus, operemur bonum, cùm erga omnes, tũ verò maximè erga domeſticos fidei.

EXPLICATIO TEXTVS.

Si ſpiritu. *Eſt hæc quaſi concluſio præcedentis admonitionis, de lucta ſpiritus et carnis, quorũ illum tanquam ducẽ uult nos ſequi, huic uerò reluctari, ſolicitãti nos ad peccata utriuſq; tabulæ, ad idololatriam,, incredulitatem, hæreſes, ad inobedientiam magiſtratus, ſeu ſeditiones, ad cædem, libidines, auaritiam, mendacia, contentiones, & ſimilia. Hic igitur iam addit: Si uiuimus ſpiritu, id eſt, ſi donati ſumus ſpiritu ſancto, eiuſq; ductum gloriamur nos ſequi.* Spiritu incedamus. *Hoc eſt, præſtemus etiam re ipſa quæ ſpiritus monet, ſeu exigit: maneat quiſq; in ordine ſuæ uocationis, mi-*

niſter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

niſter Eccleſiæ uera & ſalutaria doceat, auditor obtemperet ueræ doctrinæ, piè, ſobriè, & ſanctè uiuendo, ut hoc modo concordia & pax retineatur in Eccleſia. Ne efficiamur. Addit præcepta ſpecialia, quibus præcedentem generalem admonitionem explicat. Primũ autẽ prohibet κενοδοξίαν, id eſt, inanem gloriam, maximè in doctoribus Eccleſiæ, ne propriam laudem quærant in docendo aliena à uerbo Dei, et plauſibilia uulgo, ſed ea tradant, quæ gloriã Dei ornent, et ſalutem adferãt Eccleſiæ. Inanis glorię cupidi. In Græco una uox eſt, κενόδοξοι. Eſt autẽ κενοδοξία inanis gloriatio, ſeu iactantia, cum uidelicet aliquis cæteris ſe præfert propter dona excellentiora, quæ gloriatio eſt inanis, hoc eſt, falſa, quia Dei dona ſunt, de quibus gloriantur: & inutilis, quia non quærunt gloriam Dei, aut utilitatem Eccleſiæ, ad quod dona collata ſunt. Inuicem prouocantes & inuidentes. Effectus inanis gloriæ, prouocatio ad æmulationem, & inuidia: prouocant autem, qui gloriantur inaniter de excellentioribus donis, inferiores ad æmulationem: inuident inferiores ijs, qui donis excellunt: unde contentiones pernitioſæ cum in Rebuspublicis, tum in Eccleſia multæ oriuntur. Fratres. Secundum præceptum de tolerandis infirmis, & inſtaurandis lapſis, qui ex humana imbecillitate in peccatum inciderunt, ne propter aſperitatem admonitionis, & ſui con-

temptum

temptum prorſus deſperent, aut prolabantur in maiora ſcelera. Vnde iubet poſteriore ad Corinthios 2. recipi excommunicatum, & conſolatione erigi, ne immodica triſtitia abſorbeatur. **Si occupatus**, id eſt, præuentus à Diabolo, aut carne. Eſt enim ingens imbecillitas humanæ naturæ, & multiplices inſidiæ & illecebræ diaboli, carnis, ac mundi, & nihil magis eſt proprium hominis, aut facilius, quàm poſſe labi, decipi, & errare. Sicut uerè inquit D. Auguſtinus: Non eſt peccatum, quod fecit homo, quod alius non poſſit facere: & quidam in Vitis patrum, cum deferretur ad ipſum, quendam ex fratribus fuiſſe prolapſum in fornicationem, Ille heri, inquit, ego hodie. **In aliquo delicto.** In Græco eſt, παραπτώματι, quæ uox ſignificat peccatum non affectatum, ſeu uoluntarium, non profeßionem & defenſionem falſæ doctrinæ, ſed peccatum in uita ſeu moribus, in quod aliquis labitur non deſtinata malitia, aut propoſito, ſed ex humana infirmitate, quod agnoſcit, deteſtatur, et emendare ſtudet. **Spirituales eſtis.** Qui ſpiritũ dei habetis, non amiſiſtis per enormia peccata, non excidiſtis à fide & gratia Dei. **Inſtaurate**, Græcè καταρτίζετε, id eſt, reficite, corrigite, erigite conſolando, & clementer tractando, ne conſcientia eius magis perturbetur. Eſt autem Metaphora ab ædificijs ruinoſis, quorũ deſtructæ partes ut reficiendæ ſunt & inſtaurandæ,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

*ne tota tandem domus neglecta prolabatur: ita e-
am quod per fraudem diaboli, aut infirmitatẽ ca-
nis perijt, manſuetudine ſarciendum eſt.* Spiritu
mãſuetudinis. *Non zeli, aut iuſtitiæ, aut ſeue-
tiæ.* Manſuetudinis *Spiritu manſueto ac leni-
quo ſerimus aliorum imbecillitatem & errores, ut
hac lenitate noſtra redeant ad Eccleſiam, agno-
ſcant peccatum & errores, eosq́; emendent et re-
piſcant.* Conſiderans teipſum. *A cõmuni im-
becillitate, propter quam omnes in ſimilia peccata
prolabi poſſumus, in quæ alij ceciderint, niſi gra-
tia Dei cuſtodiamur. Sicut inquit Chriſtus ad Pe-
trum, Luc. 20. Ecce Satanas expetiuit uos, ut cri-
braret ſicut triticum, ſed ego rogaui pro te, ne defi-
ceret fides tua.* Inuicem alij. *Generalis admo-
nitio, ſeu Epiphonema, quod ſe ad omnia uitæ ge-
nera, & perſonas omnes extendit; ſic uicinus uici-
ni onera ſeu moleſtias, maritus uxoris uitia, rex
ſubditorum inobedientiam, ſubditi regis guberna-
tionem difficiliorẽ diſsimulent ac ferant, ut ſic con-
ſeruetur humana ſocietas hac* ἐπιεικείᾳ, *& mu-
tua condonatione ſeu diſsimulatione communium
uitiorum & errorum.* Legem Chriſti. *Scili-
cet charitatis, quæ lex Chriſti dicitur, quia Chri-
ſtus hanc unam legẽ de mutua charitate Eccleſiæ
ſuæ dedit, ſicut inquit Ioan. 13. Mandatum nouum
do uobis, ut diligatis uos inuicem, ſicut dilexi
uos. Item; In hoc cognoſcent omnes, quód diſci-*

puli

puli mei eſtis, ſi dilexeritis uos mutuo. Nam ſi quis ſibi. *Aetiologia qua iterum perſtringit ſectarum autores, qui ſibi omnia arrogant, & ſuperbè contemnunt cæteros opinione ſingularis ſapientiæ & ſanctitatis.* Videtur aliquid eſſe. *Id eſt, habere excellentiora dona præ reliquis, ſpiritum ſanctum, intellectum omnium myſteriorum Dei &c.* Cum nihil ſit. *Iuxta illud: Quid habes o homo, quod non accepiſti? Sin autem accepiſti, quid gloriaris?* Suum ipſe fallit. *Falſis perſuaſionibus de propria ſapientia & ſanctitate. Fallunt enim ſeipſos, qui de ijs bonis, quæ uel non habent, uel acceperunt à deo, inaniter gloriantur.* Opus autem ſuum. *Poſt reprehenſionē inanis gloriæ, addit conſilium, quo mederi tam peſtifero uitio poßimus, uidelicet ut quiſq; ſuum opus, hoc eſt, miniſterium ſeu uocationem probet, id eſt, ſit in ea diligens & fidelis. Deinde, ut mores uitæ conſentiant cum doctrina Euangelij, quod cum facimus, ſecuri eſſe debemus, quid alij iudicent de nobis, contenti uidelicet teſtimonio conſcientiæ rectè & fideliter adminiſtratæ à nobis uocationis.* In ſemetipſo. *Id eſt, teſtimonio ſeu approbatione ſuæ conſcientiæ, fideliter adminiſtrati muneris.* Non in alio. *Id eſt, non pendeat aliorum iudicijs, nec lætetur laude aliorum, ſed eam habeat in ſemetipſo, cum rectè facit, ſicut inquit 2. ad Corinth. 1. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium con-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſcientiæ noſtræ. Vnuſquiſq́ꝫ. Ratio præceden-
tis ſententiæ, ne innitamur aliorum de nobis iudi-
cijs, ſeu laudibus, quia alienæ laudes neminem iu-
uant coram tribunali Chriſti, ad quod omnes ſta-
bunt, ut rationem reddant Deo de proprijs factis.
Communicet autem. Tertium præceptum,
de alendis doctoribus Eccleſiæ, & Scholarum, ut
ſtipendia ſeu δίδακτρα habeant ſufficientia, un-
de & ſe & ſuos commodè ſuſtentare poßint.
Communicet. Impertiat de facultatibus ſuis
liberaliter. Qui catechizatur. Id eſt, diſcipu-
lus ſeu auditor qui inſtituitur in doctrina pietatis.
Ei qui catechizat. Id eſt, docet ſeu inſtituit.
Ne erretis. Comminatio pœnarum aduerſus
eos, qui miniſtris Eccleſiæ & Scholarum non præ-
bent neceſſaria uitæ. Quicquid enim. Ratio
comminationis pœnarum aduerſus tenaces & du-
ros. Nam ſimilem immiſericordiam experientur
& ipſi in extremo iudicio, qualem hic exhibue-
rũt pauperibus miniſtris, et cæteris egenis. Quia,
ut inquit Chriſtus, Lucæ 6. Qua menſura metien-
tur homines, eadem uicißim ipſis metietur. Sumit
autem allegoriam a meſſe, quæ ſicut copioſa eſt, ſi
facta eſt ſatio copioſa, ita etiam multum præmio-
rum recipient in uita æterna, qui liberales fue-
runt erga pauperes miniſtros in hac uita. Qui
ſeminat per carnem. Id eſt, indulget carna-
libus affectibus, auaritiæ, libidini, ebrietati, & ſi-
milibus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

milibus. De carne metet. *Id eſt, incidet in æternum exitium.* Qui ſeminat in ſpiritu. *Id eſt, repugnat per ſpiritum prauis cupiditatibus, & eſt liberalis erga egenos.* Metet vitam æternam. *Id eſt, conſequetur uitam æternam, quia teſtimonia ſuæ fidei edidit alendo pauperes, & cæteris bonis operibus.* Bonum autem. *Exhortatio ad conſtantiam, ne a benefaciendo deſiſtamus, uel propter hominum ingratitudinem, uel malitiam.* Tempore enim ſuo. *Ratio ab utili, diligentiam & labores uocationis non fore irritos, ſed certo nos conſecuturos eſſe præmia corporalia & æterna.* Itaq; dum tempus. *Exhortatio ad ſtudium pietatis, ſeu bonorum operũ, ab occaſione ſeu opportunitate temporis, quæ non ſemper erit futura.* Erga domeſticos fidei. *Id eſt, membra Eccleſiæ & profeſſores eiuſdem doctrinæ.*

OBIECTIONES *quinq;.*

I. *De Gloria.*

Gloria eſt fugienda. Inquit enim Paulus: Ne fiamus inanis gloriæ cupidi.

Gloria eſt approbatio conſcientiæ recte iudicantis vel iudicantium de proprijs vel aliorum recte factis:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Ergo hæc approbatio eſt fugienda.

RESPONSIO.

Nego maiorem. Quia Paulus non prohibet ueram gloriam conſcientiæ de rectè adminiſtrata uocatione, ſed falſam & inanem gloriam. Addit enim, ne fiamus inanis gloriæ cupidi. Eſt igitur fallacia diuiſionis, quia particula, Inanis, omittitur in dicto Pauli, quæ diſcrimen facit inter gloriam expetendam, & non expetendam.

II. *De eadem.*

Paulus ait: Vnuſquiſque in ſemetipſo gloriationem habeat, non in alijs:

Ergo non licet gloriari de noſtris dotibus. Item contemnenda ſunt bonorum iudicia.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Primo, quia loquitur Paulus de gloriatione ſeu teſtimonio conſcientiæ, de fideliter adminiſtrata uocatione, qua omnibus opus eſt. Sicut inquit alibi: Hæc eſt gloriatio noſtra, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Deinde iudicia iniqua et calumnioſa contemnenda ſunt, quum rectè facimus, nō teſtimonia Eccleſiæ ſeu piorum, quæ Chriſtus recenſet Math. 25.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

III. De diſcrimine lapſorum.

Lapſi ſeu errantes ſunt ferendi.
Anabaptiſtæ ſunt lapſi & errant:
Ergo errores eorum ſunt ferendi in Eccleſia.

Reſpondeo ad maiorem per diſtinctionem: Lapſi & errantes ſunt ferendi, qui peccatum & errores agnoſcunt, et emendare ſtudent, non qui obſtinatè defendunt, ut Anabaptiſtæ. Sunt igitur perſonæ ferendæ, donec emendentur, non falſa doctrina. Eſt igitur plus in concluſione, quàm in præmiſsis.

IIII. De uita æterna, an detur propter bona opera.

Vnuſquiſq; ſuum onus portabit in extremo iudicio:
Ergo vnuſquiſq; propter bona opera ſaluabitur, & propter mala damnabitur.

RESPONSIO.

Paulus non loquitur hic de cauſa iuſtificationis, ſed diſcernit opera uerè bona & hypocritica, & uocat Onus, anxietatem conſcientiæ de infideliter adminiſtrata uocatione, & uita impiè peracta propter incredulitatem, quæ propriè cauſa eſt peccatorum, & damnationis. Sicut contrà fides fons & cauſa eſt bonorum operum, & ſola

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

remiſsionem peccatorum, iuſtitiam, & uitam æternam apprehendit.

V. *De eadem.*

Qui ſeminat in ſpiritu Dei, ſpiritu metet vitam æternam:

Ergo vita æterna datur propter opera.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia Paulus hic loquitur de iam iuſtificatis gratis per fidem, quæ efficax eſt per bona opera. Non ſunt igitur bona opera cauſa iuſtificationis, ſed fructus fidei, propter quam & perſona & opera placent Deo, & habent promiſsionem præmiorum, corporalium & æternorum.

DOMINICA XVI. POST

Trinitatis, Epiſtola D. Pauli, de uſu afflictionum Pauli, quibus Eccleſia confirmatur in fide, & de incremento cognitionis Dei, & dilectione Dei erga Eccleſiam in Chriſto.

Ad Ephe. III.

Tetraſtichon.

Quæ toleras, ingens nobis ſunt gloria, Paule:
Nam firmant multum pectora noſtra fide.
Cognitio nobis detur natiq; patriſq;,
Vnica quæ uincit quicquid in orbe ſapit.

Argumentum.

Conſolatur ac præmunit hic Apoſtolus Eccleſiam Epheſiorum, contra ſcandalum ſuarum afflictionum, quas patitur propter confeſſionem Euangelij, ne propter eas à doctrina ſua deficiant: & oſtendit earum uſum, uidelicet q̃ per illas Eccleſiæ confirmentur in fide, quum ipſe tanta conſtantia afflictiões tolerat. Deinde hortatur, ut in agnitione Dei, eiusq́; dilectionis per Chriſtum creſcãt, eamq́; cognitionem commendat, ut quæ ſola afferat ueram & æternam ſalutem. Tertio agit gratias æterno Deo patri Domini noſtri Ieſu Chriſti, pro immenſis et æternis beneficijs erga humanum genus, q̃ Eccleſiam ex eo ſibi colligit immenſa bonitate, & mirabiliter defendit et ſeruat, ut ipſe in ea per filium agnoſcatur, & celebretur in uita æterna.

EPISTOLA, *Ephe. 3.*

QVapropter peto, ne deficiatis ob afflictiones meas, quas pro vobis tolero, quæ eſt gloria veſtra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti: ex quo omnis à communi patre cognatio in cœlis & in terra nominatur, vt det vobis iuxta diuitias gloriæ ſuæ, vt fortitudine corroboremini per ſpiritum ſuum, in æternum hominem: vt inhabitet Chriſtus per fidem in cordibus veſtris,

 fixis

fixis in charitate radicibus, & funda-
mento iacto, vt valeatis aſſequi cum o-
mnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, & lon
gitudo, & profunditas, & ſublimitas,
cognoſcereq; præeminentem cognitio
nis dilectionem Chriſti, vt impleami-
ni in omnem plenitudinem Dei. Ei ve
rò qui poteſt cumulatè facere vltra o-
mnia quę petimus, aut cogitamus, iu-
xta vim agentem in nobis, ſit gloria in
Eccleſia per Chriſtũ Ieſum, in omnes
ætates ſeculi ſeculorum, Amen.

EXPLICATIO TEXTVS.

Peto ne deficiatis. *In cap. 2. commendauit immenſam miſericordiam Dei, q. etiam gentes per prædicationem Euangelij, cuius ipſe ſit miniſter, ad cognitionem Chriſti uocarit, & inter eas ſibi Eccleſiam collegerit. Hic iam addit uotum ſeu petitionem ſuam, ut in agnita doctrina perſeuerēt, nec propter ſuas perſecutiones (erat enim tũc coniectus in carcerem à Nerone) deficiant ab Euangelio.* Propterea. *Quia ex immenſa Dei gratia perueniſtis ad cognitionem Euangelij per Chriſtum Dominum noſtrum, in quo habemus audaciam & aditum cum fiducia, quæ eſt per fidem illius. Eſt igitur Enthymema: Conſecuti eſtis cognitionem Euangelij, ſeu ueri Dei: Ergo oro, ne ab ea*

rurſus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

rurſus deficiatis. Peto. *Officium Apoſtoli, ſeu Epiſcopi, docere, & orare pro Eccleſia, quorum utrunq; diligenter Paulus præſtitit.* Ne deficiatis. *Id eſt, à fide ſeu tradita à me, & accepta à uobis doctrina Euangelij.* Quas pro vobis tolero. *Id eſt, propter confeßionem doctrinæ, quā tradidi uobis, & uos adhuc retinetis.* Quæ eſt gloria veſtra. *Quæ afflictiones meæ ſunt uobis neceſſariæ, & utiles ad gloriam conſequendam, quia confirmant uos in fide, & gloriari poteſtis contra pſeudapoſtolos, me uera tradidiſſe uobis, cum doctrinam meam etiam in carcere profitear, & conſtanter defendam. Admonet igitur hic locus de uſu crucis ac mortis doctorum Eccleſiæ, ut ſcilicet confirmetur ijs Eccleſia in fide, & conſtet uerè ita ſenſiſſe, quemadmodum docuerunt, non fuiſſe falſam & incertam opinionem, ſed doctrinā cœleſtem, pro qua mori non dubitarunt.* Huius rei gratia. *Ne deficiatis ab Euangelio propter ſcandalum mearum afflictionum.* Flecto genua. *Id eſt, ſerio & humili animo rogo Deum, ut conſeruet uos in agnita ueritate. Agnoſcit igitur donum Dei eſſe præſtare conſtantiam & poſſe in uera doctrina.* Ad patrem. *Id eſt, Deum, qui eſt pater naturalis filij ipſius Ieſu Chriſti, & noſter etiam pater per hunc ſuum filium, in quo nos adoptauit in filios dilectos ſibi. Sicut ad Epheſ. 1. inquit: Sumus dilecti in dilecto.* Ex quo. *Id eſt,*

 qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

qui Deus pater omnes recipit in gratiam, & ſe pa-
trem illis exhibet, quicunq; in filium credunt. Et
hunc affectum paternum indidit etiam omnibus
hominibus, ut filios ſuos complectantur, unde Dei
patris erga ſe uoluntatem propenſam agnoſcunt.
In cœlis. Haymo intelligit de Angelis, quorum
inferiores appellent eos, qui excellentiores ſunt,
patres, uenerationis cauſa, quia etiam in cœlis
ſunt diſtinctiones, ſeu gradus angelorum. Monet
igitur hic locus, Deum autorem eſſe ordinis in ge-
nere humano, quo alius eſt pater, alius filius, alius
dominus, alius ſeruus, alius rex, alius ſubditus. Nam
hi ordines omnes, recte ſub nomine patris intelligi
poſſunt. Vt det vobis. Quinq; petit. 1. Conſtan-
tiam in uera doctrina. 2. Fidei & charitatis in-
tegritatem & ueritatem. 3. Veram notitiam o-
mnipotentiæ & bonitatis Dei. 4. Cognitionem im-
menſæ dilectionis Chriſti. 5. Cognitionem præſen-
tiæ, & auxilij Dei in periculis. Iuxta diuitias.
Id eſt, copioſam largitatem, ſeu abundantiam.
Gloriæ ſuæ. Miſericordiæ & bonitatis, qua
complectitur omnes in filio, ut ipſe agnoſcatur &
glorificetur. Vt fortitudine corroboremi-
ni. Prima petitio, ut in agnita doctrina perſeue-
rent & corroborentur. Corroboremini. Si-
tis fortes & conſtantes in tradita doctrina. Per
ſpiritum ſuum. Id eſt, ſanctum, qui ſolus effi-
cit, ne à confeſſione Euangelij ſub cruce deficia-
mus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

mus. Vnde Chriſtus eum aduocatum & conſolatorem uocat, Ioan. 15. & 16. In internum hominem. Id eſt, ut ſpiritus, ſeu corda noſtra confirmentur in doctrina Euangelij, ſeu fide. Vt inhabitet. Secunda petitio de fide in Chriſtum, & charitatis augmento. Vt inhabitet. Id eſt, Chriſtus ſit efficax per fidem, & gratiam ſuam, id eſt, conſoletur nos in terroribus peccati, & mortis, eiusq; æterna beneficia rectè intelligamus, & apprehendamus fide. Fixis in charitate radicibus. Id eſt, quæ dilectio fructus eſt fidei, ſeu dilectiõis Chriſti erga nos. Fixis radicibus. Id eſt, ut uerè & conſtanter, non ſimulatè diligamus proximum. Fundamento iacto. Id eſt, ut ſitis firmi in dilectione, ne tanquã à uento arbor, quæ radices non ſatis altè egit, aut domus, quæ firmo fundamento non nititur, euertamini, hoc eſt, deficiatis à fide, & charitate. Quæ ſit latitudo. 3. quod petit, perfecta notitia omnipotentiæ, & bonitatis Dei, extendẽtis ſe ad omnes homines, et quæ cõſpicitur in omnibus creaturis, terreſtribus et cœleſtibus, quod latitudinem, longitudinẽ, profunditatem et ſublimitatem cognitionis, et charitatis Dei uocat. Cognoſcereq;. 4. Perfecta notitia dilectionis Chriſti erga genus humanum, quód primum factus eſt deprecator pro humano genere apud patrem offenſum, poſtea etiã ineffabili amore induit humanam naturã, & factus eſt pro nobis uictima,

ut

ut λύτρον noſtræ redemptionis patri perſolueret.
Hoc antea uocauit profundam, hoc eſt, incompre-
henſibilem, & ſublimem, hoc eſt, cœleſtem, ſeu di-
uinam, & ad omnes ſeſe latiſſimè, & longiſſimè
extendentem charitatem Dei erga nos, quam uult
ab omnibus agnoſci & celebrari. Pręeminen-
tem. Id eſt, quæ charitas Chriſti erga nos, excel-
lit omnium hominum cognitionem, & intelligenti-
am, q; ipſe filius Dei pro nobis factus deprecator,
& redēptor. Vt impleamini. 5. Cognitio præ-
ſentiæ Dei, quæ ubiq; adeſt, exaudit & iuuat Ec-
cleſiam in omnibus periculis, quod uocat hic deum
complere omnia. Vt impleamini. Id eſt, ut ple-
nè ſeu perfectè cognoſcatis Dei præſentiam et au-
xilium: Vel, ut Haymo interpretatur, ut annume-
remini numero, ſeu cœtui fidelium omnium, ex qui-
bus quotidie corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia, im-
pletur per prædicationem Euangelij. Ei vero.
Gratiarum actio, quæ continet conſolationem de
exauditione, omnipotentia, & uoluntate Dei, q; ue-
lit & poſſit Eccleſiam ſuam ſeruare, & defendere
mirabiliter, præter omnium hominum captum, &
expectationē. Facere. Id eſt, præſtare omnia, quæ
ad ſalutem æternam nobis neceſſaria ſunt, et ad hu-
ius uitæ etiam ſuſtentationem. Iuxta vim. Sci-
cet diuinam. Agentem in nobis. Id eſt, eden-
tem miracula, accendentem fidem in nobis, inuoca-
tionem, conſtantiam, et alias uirtutes. Gloria. Id
eſt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

eſt, agnitio & celebratio miſericordiæ, et omnipotentiæ dei, exaudiẽtis, defendentis, & ſaluantis mirabiliter Eccleſiam ſuam. Per Ieſum Chriſtum. Id eſt, in Ieſu Chriſto, uel propter Ieſum Chriſtum. In omnes ætates. Præſentis & futuræ uitæ. Seculi ſeculorum. Hebraica periphraſis eſt æternitatis infinitæ, in qua ſecula perpetuo alia alijs, ſine ullo fine, in omnem æternitatẽ ſucceduut.

OBIECTIONES *duæ.*

I. De *afflictionibus* Pauli, *An ſint meritum uitæ æternæ pro alijs.*

Paulus tolerauit afflictiones pro Epheſijs:

Ergo propter Pauli afflictiones conſequuntur remiſsionem peccatorũ, & cætera bona æterna.

RESPONSIO.

Nego *conſequentiam.* Quia *eſt fallacia amphibologiæ.* Nam *paſſus eſt* Paulus *pro* Epheſijs, *ut fides eorum confirmaretur, non ut conſequerentur remiſſionem peccatorum propter afflictiones Pauli, quæ non fuerunt meritum uitæ æternæ pro alijs, ſed teſtimonium cœleſtis doctrinæ, quam conſtanter profitebatur in perſecutionibus.*

II. De *cauſis afflictionum piorum, ſeu* Eccleſiæ.

Pij non debent affligi.

Paulus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Paulus fuit pius:
Ergo affligi non debuit.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia maior eſt particularis. Nam Deus quoſdã pios ſubijcit cruci in hac uita. Primum, propter ſuam gloriam. Secundo propter confirmationem & conſolationem Eccleſiæ. Tertio, propter mortificandas reliquias peccati, quæ etiam in ſanctis hærent.

DOMINICA XVII. POST

Trinitatis, Epiſtola B. Pauli, de concordia, ſeu unitate Eccleſiæ, in doctrina ac moribus.
Ad Epheſ. IIII.

Tetraſtichon.

Spiritus eſt idem, corpus, baptiſma, Deusq́;,
Vna fides, uitæ ſpes eademq́; nouæ.
Vna ſit & mentis noſtræ, ſimilisq́; uoluntas,
Vincula quam præſtant pacis ubiq; pia.

Argumentum.

Exhortatur hic Apoſtolus Eccleſiam Epheſiorum, & omnes alias, ad ſtudium concordiæ, ſeu unitatis, tum in doctrina, tũ uitæ moribus, ſeu communi ſocietate, & addit uirtutes, quibus hæc unitas retinetur inter homines, quæ ſunt humilitas, manſuetudo, & lenitas animorum. Nam ſicut ſuperbia,

perbia, & moroſitas, ſeu difficultas excitat rixas, & diſſenſiones tum in Eccleſia, tum in communi uita, ita contra ſubmiſsio, & humanitas, & quam Græci ἐπιείκειαν uocant, unitatem ſeu concordiam imprimis alunt & conſeruant. Sumit autem exhortationem, primum ab honeſto, ſeu fine uocationis noſtræ ad cognitionem Euangelij, quod concordiam & mutuam charitatem præcipit. Deinde à communibus beneficijs Dei, communicatione eorundem ſacramentorum, & expectatione, ſeu ſpe uitæ æternæ. Tertio, à uoluntate Dei, qui ſicut unus eſt, & omnium communis pater, Dominus & conditor, ita uult, ut ſui ſint etiam unum, & concordes tanquam fratres, & eiuſdem patris filij. Hanc concordiam ſeu unitatem precatur Chriſtus Eccleſiæ, Ioan. 17. cum inquit: Rogo Pater, ut quos mihi dediſti, ſint unum, ſicut & nos unum ſumus.

EPISTOLA, *Epheſ. 4.*

HOrtor itaq; vos ego vinctus, in domino, vt ambuletis ita vt dignum eſt vocatione, qua vocati eſtis, cum omni ſubmiſsione ac manſuetudine, cũ animi lenitate: tolerantes vos inuicem per charitatem, ſtudentes ſeruare vnitatem ſpiritus, per vinculum pacis. Vnum corpus, & vnus ſpiritus, quem admodum

admodũ & vocati eſtis in vna ſpe vo cationis veſtrę. Vnus Dominus, vn fides, vnum baptiſma, vnus Deus, & pater omnium, qui eſt ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus vobis.

EXPLICATIO TEXTVS.

Hortor itaq;. *In præcedenti Epiſtola hor tus eſt Epheſios ad conſtantiã traditæ & accep doctrinæ Euãgelij, ne uocatio ſit inanis, ſi ab ea fecerint. Hic iam hortatur ad concordiam, & u tatem doctrinæ ac uitæ. Non eñim ſatis eſt perſe rare conſtanter in cõfeßione doctrinæ, ſed opus ut puritas eius cõſeruetur, quæ per contentione & ſectas docentium tollitur, cũ nouæ opiniones runtur, et quiſq; ſuam ſententiã pertinaciter tu tur. Deinde neceſſaria eſt etiam tranquillitas co munis, ſeu pax publica, ut doctrina Eccleſiæ cõ dè tradi ac propagari poßit ad poſteros.* Hor tor. *Obteſtatio, quæ beneuolentiæ ac ſolicitudini Pauli erga Epheſios ſignum eſt.* Vinctus. *Id e coniectus in carcerem Romæ à Nerone.* In Do mino. *Id eſt, propter Dominum, uel ad glori Domini, non propter aliqua propria ſcelera. Si præcipit Petrus, ne propter peccata patiamur, cum inquit, 1. Petri 4. Ne quis ueſtrum affligatu ut homicida, aut fur, aut facinoroſus, aut curio ſus alienarum rerum, ſed ut Chriſtianus, ut glo*

rificet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

rificet Deum. Item, ſi probris afficimini in nomine Chriſti, beati eſtis, quoniam gloria, & ſpiritus Dei ſuper uos requieſcit. Vt ambuletis. Propoſitio exhortationis: Viuite dignè Euangelio, per quod uocati eſtis ad cognitionem Dei, & societatem beneficiorum Chriſti, ac uitæ æternæ hæreditatem. Vocati eſtis. Id eſt, à Deo per gratiam, ſine meritis ueſtris. Cum omni ſubmiſsione. Recenſet tres uirtutes altrices concordiæ. 1. eſt humilitas, qua agnoſcentes propriam infirmitatem, alijs nos ſubijcimus, & ueneramur eos, qui excellentiora dona habent, & plus quàm nos prodeſſe Eccleſiæ poſſunt. 2. eſt manſuetudo (Πρᾳότης) qua iracundiam & ferociam moderamur in puniendo. 3. eſt lenitas animi (μακροθυμία) qua offenſiones ſeu iniurias patienter toleramus, & facilè remittimus, nec ſumus uindictæ cupidi. De qua & ſuprà dixit Galat. 6. Alter alterius onera portate, & ſic complete legem Chriſti, hoc eſt, charitatem. Tolerantia. Expoſitio continens expoſitionem ſuperiorum uirtutum, maximè lenitatis, in tolerandis infirmis. Per charitatem. Quæ, ut priore Corin. 13. inquit, omnia ſuffert. Tolerantes. Condonantes & diſsimulantes offenſiones mutuas, quæ in hac imbecillitate humanæ naturæ uariæ ſunt. Hanc mutuam condonationem errorum, & offenſionum communium, Chriſtus per lotionem pedum ſignificat, Ioan. 13.

Studentes. *Propoſitio de concordia ſeruanda in doctrina, quam unitatem ſpiritus uocat, hoc eſt, ſynceram doctrinam Euangelij, conſentientem cum doctrina Prophetarum, Chriſti, & Apoſtolorum, cuius autor eſt ſpiritus ſanctus in Eccleſia.* **Per vinculum pacis.** *Vinculum pacis uocat ab effectu, quód ſtudium pacis & concordiæ uoluntates quaſi conſtringit, & deuincit, ut idem & uelint, & nolint.* **Vnum corpus.** *A ſimili, ſicut unum corpus uno ſpiritu regitur, & uiuificatur, ita in Eccleſia, quæ corpus eſt Chriſti myſticum, unus ſit ſpiritus, hoc eſt, unus uerus intellectus doctrinæ, ſeu interpretatio, iuxta analogiam fidei, non ſint ſectæ, aut pugnantes opiniones cum uerbo Dei, & perpetuo conſenſu ueræ Eccleſiæ Chriſti, Prophetarum, & Apoſtolorum.* **Quemadmodum & vocati.** *A communione ſeu ſocietate beneficiorum Dei, quæ quia pariter ad omnes pertinent, ideo debent etiam eſſe Chriſtiani concordes, & iiſdem bonis frui ſine diſſenſionibus.* **Vocationis veſtræ.** *Ad communicationem eorundem beneficiorum Dei, ſeu hæreditatem uitæ æternæ, quam ſpe expectamus.* **Vnus Deus.** *Ab unitate Dei et bonorum, quibus Eccleſia colligitur, & conſeruatur, quæ omnia ratione unitatis conſiſtunt. Recenſet autem genera ſex:*

1. Cor.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

1. Corpus, id eſt, Eccleſia, quæ una eſt catholica.

2. Spiritus ſanctus, qui autor & amator eſt concordiæ.

3. Vnus Dominus, Ieſus Chriſtus.

4. Vna fides ſaluans per Ieſum Chriſtum omnibus ætatibus.

5. Vnum baptiſma, quo in Eccleſiam Dei recipimur, & efficimur membra Chriſti.

6. Vnus Deus & pater omnium, hoc eſt, conditor & conſeruator omnium, maximè Eccleſiæ, æternus, & omnipotens, unus cum filio æterno ſuo, & ſpiritu ſancto, qui omnia operatur ſalutaria in Eccleſia, impertiens ſingulis membris, per ſpiritum ſuum, diuerſa dona, non ad deſtructionem, ſed ædificationem Eccleſiæ ſuæ, Ergo concordes eſſe debent, & per charitatem alter alterius onera, infirmitates, & lapſus ferre, condonare, & diſsimulare, ut conſeruetur pax, & concordia in Eccleſia, ut tradi, & propagari poſsit cœleſtis doctrina. Qui eſt ſuper omnia. Id eſt, qui omnia adimplet, qui ubiq; adeſt præſens ſua efficacia, colligit & conſeruat Eccleſiam per miniſterium Euangelij, & efficit ac regit omnes ſalutares actiones in Eccleſia.

OBIECTIONES *tres.*

I. *De tribus perſonis diuinitatis.*

Vnus eſt Deus, ſeu vna eſſentia diuina. Sicut inquit Paulus: Vnus eſt Deus, & pater omnium:
Ergo non ſunt tres perſonæ diuinitatis, pater, filius, & Spiritus ſanctus.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia in hac una eſſentia diuina eſſe tres diſtinctas perſonas, coæternas, & ὁμοουσίας, teſtatur ſacra ſcriptura utriuſq; teſtamenti, ut Gene. 1. Pater creans res per uerbum ſuum λόγον, qui eſt filius, & ſpiritus ſanctus, qui ferebatur ſuper aquas. Sic & Chriſtus perſonas diſcernit in uerbis baptiſmi, cum inquit: Baptizate eos in nomine patris, filij, & ſpiritus ſancti. & maniſeſtè patefactæ ſunt in baptiſmo Chriſti, Matth. 3. Pater clamans de cœlo: Hic eſt filius meus dilectus. Filius conſiſtens in ripa fluminis, & ſpiritus ſanctus deſcendens ſuper Chriſtum in ſpecie columbæ.

II. *De duplici actione Dei, generali & ſpeciali.*

Deus eſt ſuper omnia, & per omnia, et in omnibus, ſicut inquit Apoſtolus:
Ergo etiam eſt in Diabolo, & impijs.

RE-

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt fallacia amphibologiæ. Nam dupliciter Deus eſt, ſeu agit in creaturis. 1. Secundum ſuam diuinam omnipotentiam, & præſentia, qua etiam Diaboli & impiorum eſſentiam, quæ creatura Dei eſt bona, ſuſtentat & conſeruat, quæ actio Dei generalis uocatur. 2. Secundum gratiam ſuam ſeu fauorem, hoc modo: non eſt aut agit in diabolo, neq; in impijs, quia Deus non eſt autor peccati, neq; illud approbat. De hac præſentia, ſeu actione Dei ſpeciali, hic loquitur Paulus.

III. De uitandis hæreticis.

Paulus iubet ſeruare vnitatem ſpiritus per vinculum pacis:
Ergo conſentiendum eſt hæreticis, vt conſeruetur pax, ſeu concordia in Eccleſia.

RESPONSIO.

Loquitur Paulus de conſeruanda unitate ueræ doctrinæ, non de falſis opinionibus hæreticorum, quos deuitare iubet, ad Titum 3. Et Chriſtus inquit: Cauete uobis à falſis Prophetis, Matthæi 7.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

DOMINICA XVIII. POST

Trinitatis, Epiſtola D. Pauli, de gratiarum actione pro cognitione Euangelij, & donis ſpiritualibus edendi miracula, & loquendi linguis, quibus Euangelium confirmatum eſt in primitiua Eccleſia, I. ad Corinth. I.

Tetraſtichon.

Agnoſcis doni quæ ſit præſtantia Paule,
Quód ſua dat mundo dogmata ſacra Deus.
Hoc agis æterno grates pro munere patri,
Ah minimi mundus talia dona facit.

Argumentum.

Primum agit gratias Deo pro Eccleſia Corinthiorum, q̃ miniſterium ſuũ in ea efficax fuerit, uarijsq́; teſtimonijs ſit confirmatũ. Deinde hortatur, ut in cognitione hac creſcant & perſeuerent uſq; ad reuelationem Domini, ſeu uitæ ſuæ finem. Tertio, conſolatur & confirmat Corinthios de uoluntate & præſentia Dei, q̃ collectam Eccleſiam in doctrina Euangelij certo conſeruaturus ſit, & adfuturus ei ſuo ſpiritu, ut uitam agant dignam Euangelio, ut in die Domini, hoc eſt, extremo iudicio ſint inculpati: Primum imputatione gratuita iuſtitiæ, ſeu innocentia propter recõciliatorem filium Dei. Deinde teſtimonio bonæ conſciẽtiæ, de

pie

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

piè tranſacta uita, quod omnibus neceſſarium eſt, ſicut inquit Ioannes: Chariſsimi, ſi cor noſtrum non condemnet nos, fiduciam habemus erga Deum. 1. Ioan. 3.

EPISTOLA, 1. Corinth. 1.

GRatias ago Deo meo ſemper pro vobis de gratia Dei, quæ data eſt vobis per Chriſtum Ieſum, ꝙ in omnibus ditati eſtis per ipſum, in omni ſermone, & omni cognitione (quibus rebus teſtimonium Ieſu Chriſti cõfirmatum fuit in vobis) adeò vt non deſtituamini in vllo dono, expectantes reuelationem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui & confirmabit vos vſq; ad finẽ, inculpatos in die Domini noſtri Ieſu Chriſti.

EXPLICATIO TEXTVS.

Gratias ago. *Exordium eſt Epiſtolæ ad Corinthios prioris, in quo gratulatur eis cognitionem Euangelij, & captat beneuolentiam à teſtificatione ſuæ ſolicitudinis pro Corinthiorum Eccleſia, cum pro ipſis agit gratias Deo, & precatur, ut in cognitione Dei indies creſcant, & confirmẽtur.* Gratias ago. *Agnoſcit igitur ingens eſſe beneficium Dei, quód ex immenſa bonitate colligit et conſeruat ſibi Eccleſiam in humano genere per*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

miniſterium Euangelij, illudq́; eſt efficax in ali
quibus. **Deo meo.** Quem colo ſpiritu, cui ſer
uio in delegato miniſterio, & qui mei curam agit,
iuuat, & defendit, ne labores ſint irriti, ſed ſalu
tares multis. **De gratia.** Gratiam uocat, pri
mum beneuolentiam, ſeu fauorem Dei erga Eccle
ſiam, remittentis ei peccata propter filium, & re
cipientis in gratiam. Deinde, dona ſpiritualia, qui
bus colligitur & conſeruatur Eccleſia. Tertió, ef
fectum prædicationis Euangelij, hoc eſt, ueram co
gnitionem Dei, fidem, inuocationem, patientiam
ſub cruce, & cæteras uirtutes, quas ſpiritus ſan
ctus illapſus animis per prædicationem Euangelij
excitat in auditoribus. **Quæ data eſt.** Ergo do
num Dei, non meritum humanum eſt, quód uoca
mur ad cognitionem Euangelij, quód ei aſſentia
mur, perſeueremus, & ſaluemur. Sicut inquit ad
Ephe. 2. Gratia eſtis ſeruati per fidem, idq́; non ex
uobis, Dei donum eſt, ne quis glorietur. **Vobis.**
Gentibus, quód etiam uos gentes ſitis cohæredes
et facti eiuſdem corporis mẽbra, conſortesq́; pro
miſsionis Dei, per fidem in Chriſtum, per Euange
lium. Sicut ad Epheſios 3. inquit. **Per Ieſum.**
Propter Ieſum Chriſtum, uel in Chriſto Ieſu. Sicut
ad Epheſios ait: Nunc per Chriſtum Ieſum uos, qui
quondam eratis longinqui, propinqui facti eſtis
per ſanguinem Chriſti. **Quòd in omnibus.**
Expoſitio collatæ gratiæ Dei Corinthijs, quód &
ipſi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ipſi ad ueram cognitionem Dei uocati ſint, qui antea, ſicut aliæ gentes idololatræ, caruerunt cognitione ueri Dei, & ſine Deo uixerunt in mundo, ſicut docet ad Epheſios. In omni ſermone. Sermonem & cognitionem uocat, ſuo more, Euangelium, eiusq́; efficaciam ſeu effectum in mentibus, hoc eſt, ueram notitiam uoluntatis Dei paternæ in filio, cognitionem uariarum linguarum, & donum interpretandi ſcripturas. Quibus rebus. Id eſt, ſermone & cognitione, ſeu donis edendi miracula, & loquendi uarijs linguis, et interpretatione ſcripturarum, & alijs illuſtribus teſtimonijs, quibus prædicatio Euangelij eſt confirmata in primitiua & creſcente Eccleſia. Teſtimonium Ieſu Chriſti. Id eſt, Euangelium, quod teſtatur de Ieſu Chriſto, eiusq́; beneficijs æternis, morte & reſurrectione, & horũ efficacia ſeu fructibus. Expectantes. Addit conſolationem in præſentibus malis Eccleſiæ, ut ſolet, ſumptam ab aduentu ſeu reuelatione Chriſti in nouiſsimo die, in quo liberabitur Eccleſia à peccato, morte, tyrannide diaboli, & alijs ærumnis, quibus in hac uita ſubiecta eſt Eccleſia. Sic ad Coloſſ. 3. inquit: Is (Chriſtus) ubi apparuerit, apparebit ſimul uita ueſtra. Item Chriſtus Lucæ 21. Attollite capita ueſtra, quoniam appropinquat redemptio ueſtra. Qui &c. Conſolatio de præſentia & confirmatione Chriſti in hac uita, quód adeſt Eccleſiæ, con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

firmat & conſolatur eam in confeßione tradi- doctrinæ. Sicut inquit Matthæi ultimo: Ero uobi- *ſcum omnibus temporibus, uſque ad conſummatio- nem ſeculi.* Inculpatos. Id eſt, *per imputatio- nem iuſtitiæ & innocentiæ Chriſti, iuxta illud* ad *Romanos* 8. *Nihil nunc eſt damnationis in ijs, q- inſiti ſunt Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carne- ambulant, ſed ſecundum ſpiritum. Secundo, teſtimo- nio conſcientiæ, non ſauciatæ ſceleribus ſeu pecca- tis uoluntarijs* In die Chriſti. Id eſt, *nouiſſimo die, ſeu extremi iudicij, qui dies Chriſti uocatur, quód in eo non, ut antè, contemptus, ſed glorioſus apparebit, iudex uiuorum & mortuorum, ut Ec- cleſiam ſuam liberet, & hoſtes in æternos crucia- tus abijciat.*

OBIECTIONES *duæ.*

I. *De pœna deficientium à uera do- ctrina* Euangelij.

Corinthiorum Eccleſia iã penitus de- leta eſt per impiam doctrinam, & cultus Mahometi:

Ergo promiſsio Pauli non fuit vera, vbi inquit: Qui confirmabit vos, vſq; ad finem mundi, ſeu reuelatio- nem Chriſti, hoc eſt, nouiſsimum di- em.

RESPONSIO.

Loquitur Paulus non ſimpliciter, ſed cum conditione, ſi ſcilicet Corinthij perſeueraturi eſſent in uera doctrina Euangelij, quam quia dereliquerunt, puniti ſunt propter hanc ingratitudinem, ſicut Iudæi, & multi alij.

II. De innocentia Chriſtianorum.

Etiam in ſanctis hærent reliquiæ peccati:

Ergo nemo eorum eſt inculpatus, ſeu innocens; & per conſequens, nemo conſiſtere potuit in die Domini, ſeu extremo iudicio.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam: Quia Paulus loquitur de innocentia imputatiua, quód ſcilicet peccatum nõ imputatur ad damnationem ſanctis, hoc eſt, credentibus in Chriſtum, etiamſi reliquiæ peccati in eis hæreant. Sicut inquit Pſalmus: Beatus uir, cui Dominus non imputabit peccatum. Item Paulus: Nulla eſt damnatio in his, qui inſiti ſunt Chriſto Ieſu. Deinde ſunt etiam inculpati, quantum attinet ad teſtimonium conſcientiæ, contra quam peccatis non indulgent, ſed ijs ſpiritu repugnant. Sicut docet Paulus ad Galat. 5. Qui ſunt Chriſti, carnem crucifixerunt cum affectibus & concupiſcentijs.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

DOMINICA XIX. POST

Trinitatis, de deponendo ueteri homine, & induendo nouo, Epiſtola D. Pauli, Ad Epheſios IIII.

Tetraſtichon.

Pone hominis ueteris ſtudium, uitamq́; priorem,
Totus ut exurgat cum pietate nouus.
Nil falſum dicas, læſus placabilis eſto,
Et fuge furta, decens ſit tibi cura labor.

Argumentum.

Exhortatio eſt ad nouitatem uitæ, quæ conſtat primum depoſitione ueteris hominis, hoc eſt, carnalis concupiſcentiæ propagatæ ab Adam in omnes. Secundo, renouatione noui hominis, qui ſecundum Deum conditus eſt, hoc eſt, uoluntati Dei obtemperat, Deum ueró agnoſcit, timet, eumq́; diligit in uera iuſtitia & ſanctitate uitæ. Hanc generalem exhortationem tribus ſpecialibus præceptis exponit. Primo, de deponendo mendacio, & ſtudio ueritatis. Secundo, de moderanda ira, ſeu placabilitate. Tertio, de non furando, & de honeſto labore ſeu ſedulitate in obeunda uocatione.

EPISTOLA, Ephe. 4.

DEponite iuxta priorem conuerſationem veterem hominē, qui corrumpitur iuxta concupiſcentias erro-

ris: renouari verò ſpiritu mẽtis veſtrę, & induere nouum hominem, qui iuxta Deum conditus eſt per iuſtitiam, & ſanctitatem veritatis. Quapropter depoſito mendacio, loquamini veritatem quiſq; proximo ſuo, quoniam ſumus inuicem membra. Iraſcimini, & non peccetis: ſol ne occidat ſuper iram ueſtram, neq; detis locum calumniatori. Qui furabatur, nõ amplius furetur: magis autem laboret operando manibus quod bonum eſt, vt poſsitis impartiri ei, qui opus habuerit.

EXPLICATIO TEXTVS.

Deponite. *Propoſitio adhortationis generalis, continens duo membra. Primum, ut deponant ſeu relinquant priſtinam conuerſationem, ſeu uitã gentilem, qua ante Baptiſmum ſecurè peccatis omnis generis indulſerunt, ſine agnitione & timore ueri Dei. Alterum, ut renouentur ſpiritu mentis ſuæ, & induant nouum hominem, hoc eſt, inchoent nouam obedientiam erga legem. Complectitur igitur depoſitio ueteris hominis, priorem partem pœnitentiæ, uidelicet contritionem ſeu agnitionem peccati, ſeu emendationẽ uitæ prioris: Renouatio mentis, fidem, cuius fructus eſt ipſa inchoatio nouæ uitæ, ſeu noua obedientia erga utranq; tabulam*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

tabulam. Deponite. *Id eſt, regenerati iam per*
fidem reſiſtite peccare, & inchoate nouam uitam,
ſeu nouam obedientiam. Priorem conuerſa-
tionem. *Priſtinam uitam, qua gentes contami-*
naſtis uos enormibus peccatis omnis generis. Ve-
terem hominem. *Veterem hominem uocat to-*
tam corruptam naturam, hoc eſt, rationem & uo-
lũtatem, cum appetitionibus omnium ſenſuum in-
ordinatis, qualis natura ab Adam eſt propagata,
carens uera notitia Dei, timore & dilectione, &
propenſa eſt ad peccata, inobedientiam, iram, libi-
dines, & reliqua uitia interiora & exteriora u-
triuſq; tabulæ Decalogi. Qui corrumpitur.
Qui homo uetus, uel quæ prior conuerſatio. Cor-
rumpitur. *Id eſt, ſubiectus eſt corruptioni, hoc*
eſt, morti, morbis, & ærumnis cæteris, quæ pœnæ
ſunt peccati. Corrumpitur. *Iuxta illud, prio-*
re Ioan. 2. Omne quod eſt in mundo, ueluti concu-
piſcentia carnis, & concupiſcentia oculorum, &
faſtus uitæ, non eſt ex patre, ſed ex mundo eſt, &
mundus tranſit, & concupiſcentia eius: qui autem
facit uoluntatem Dei, manet in æternum. Iuxta
concupiſcentias. *Id eſt, propter concupiſcen-*
tias, uel ipſæ concupiſcentiæ corrumpentur in na-
tura, quæ manebit, depoſita corruptione & mor-
talitate, ut docet priore ad Corinth. 15. Erroris.
Id eſt, quæ concupiſcentia parit errorem: uel eſt
error et deceptio, non eſt uera ſeu permanens bea-
titudo,

titudo, ſeu felicitas, hæc mundana concupiſcentia, ſeu uoluptates huius mundi. Renouamini. Alterum membrum exhortationis, de renouatione mentis, ſeu inchoatione nouæ obedientiæ erga totam legem. Renouamini. Id eſt, concipite nouos motus, quos excitat in cordibus ſpiritus ſanctus, datus per prædicationem Euangelij. Spiritu mentis. Spiritum & mentem pro eodem accipit, & uult, ut obedientia ſeu cultus ſit ſpiritualis, id eſt, noui motus ac ſpirituales concipiantur in mente ſeu ſpiritu, quales ſunt uera notitia Dei, timor & dilectio, fiducia in Deum, et inuocatio propter mediatorem. Non ſit cultus corporalis, aut externus, ut in ueſtibus, cibis, & ſimilibus exercitijs, ſine agnitione & timore Dei. Nouum hominem. Per Antitheſin nouum hominem appellat rationem & uoluntatem renouatam per ſpiritum ſanctum, ut Deũ iã uerè agnoſcat, timeat, & diligat, ipſiq; fidat propter filium, & cæteros motus nouos & ſpirituales, ut caſtitatem, ueritatem, patientiam, liberalitatem, adeoq; totam nouam obedientiam erga legem Dei. Qui iuxta Deum conditus eſt. Id eſt, congruit ad imaginem ſeu uoluntatem Dei, in quo nouo homine conſpicitur & relucet uoluntas Dei, quæ imago Dei appellatur, qua donatus fuit Adam ante lapſum, ut Deum uerè timeret, diligeret, & ei fideret. Sed hanc imaginem Dei amiſit per peccatum:

Reddi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Redditur autem per Euangelium credētibus,ſicut
inquit Paulus,2.ad Corinth.3.Nunc retecta facie,
gloriam Domini intuentes, in eandem imaginem
transformamur à gloria in gloriam, tanquam à
Domini ſpiritu,hoc eſt,per prædicationem Euan-
gelij agnoſcimus Deum eſſe miſericordem,et cura-
re nos,quæ notitia Dei eſt ipſa imago Dei, in qua
uoluntas eius conſpicitur & relucet. Per iuſti-
tiam. Qui nouus homo uerè deum agnoſcit,timet
& diligit,inchoans hoc modo nouam & ueram iu-
ſtitiam,& ſanctitatem non ſimulatam, quam deus
approbat in mediatore, propter quem placet obe-
dientia Deo, etiamſi ſit imperfecta. Veritatis.
Quæ iuſtitia & ſanctitas eſt uera & ſpiritualis
obedientia,non ſimulatio ſeu hypocriſis. Sicut in-
quit Chriſtus Ioan. 4. Veri adoratores adorabunt
Deum in ſpiritu & ueritate. Quapropter. Cō-
cluſio,qua generalem adhortationem explicat tri-
bus præceptis ſpecialibus. Depoſito menda-
cio. Primum præceptum ſpeciale de fugiendo mē-
dacio.Sunt autem quatuor genera mendacij præci-
pua: Vanitas ſeu perfidia in promiſsis ſeruandis,
Amor calumniæ, Falſæ ſuſpitiones, & deprauа-
tio doctrinæ.Tria priora in aulis communia ſunt,
quartum in Eccleſia,cum uera & ſalutaris doctri-
na falſis opinionibus corrumpitur. Sed verita-
tem. Antitheſis.Eſt autē ueritas uirtus,qua con-
gruentiam ſeruamus opinionum,ſermonis,& ge-
ſtuum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſtuum, cum re: nec errore, petulantia, aut cupidita
te nocendi aliud ſentimus, aliud oſtendimus. Eſt igi
tur loqui ueritatem, cum proximo non agere dolo
ſè, ſed candidè & apertè, non decipere in contra-
ctibus, aut alijs negotijs. Sicut alibi inquit: Nemo
decipiat fratrem in negotio. Quoniam. Aetio
logia à mutua communicatione beneficiorum Chri
ſti, à coniunctione membrorum eiuſdem corporis.
Q.d. Sumus inuicem membra unius corporis: Er-
go nemo alium decipiat ſeu defraudet: ſicut ipſa
membra eiuſdem corporis non lædunt ſe mutuó,
ſed inuicem ſibi inſeruiunt. Iraſcimini. Secundũ
præceptum de moderatione iræ, ſeu placabilitate,
quæ uirtus inprimis neceſſaria eſt ad tranquillita
tem uitæ, ut ſcilicet offenſiones & iniurias facilè
& ex animo condonemus, non alamus odia, aut ſi-
multates mutuas, ad quod primũ mouere nos debet
præceptum Dei, Matth. 6. Remittite, & remitte-
tur uobis. Deinde, q, omnes habemus opus diuina
condonatione multorum errorum, quam non con-
ſequuntur qui duri & implacabiles ſunt aduerſus
proximum. Sicut inquit Matth. 6. Chriſtus: Quód
ſi non remiſeritis hominibus errata ſua, nec pater
ueſter remittet errata ueſtra. Iraſcimini. Di-
ctum ſumptum eſt ex Pſal. 4. quo Propheta horta
tur ad patientiam, in tolerandis & diſsimulandis
iniurijs. Iraſcimini. Conditionalis eſt propoſi-
tio, ut: Si iraſcimini, hoc eſt, mouemini ad iram ſem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

uindictam propter iniurias, & furores impioru
idq́; ex humana infirmitate. Ne peccetis. *Id e*
ne deficiatis à doctrina ſeu ſtudio pietatis, ex imp
tientia. Non *ulciſcimini uos ipſos, ſed repugnat*
cupiditati uindictæ, & moderamini iracundiam
Sol non occidat. *Id eſt, cito remittite offenſ*
nes, nolite fouere aut alere diu ſimultates. Ne
detis locum. *Id eſt, reſiſtite fortes in fide, 2. P*
tri 5. Et *Iacobi 4. inquit* A*poſtolus*: S*ubditi eſto*
D*eo, reſiſtite autem diabolo, & fugiet à uobis. A*
propinquate D*eo, & appropinquabit uobis.* Ca
lumniatori. E*pitheton eſt diaboli, cuius pro*
prium eſt deprauare & calumniari opera Dei, a
hominum, & ad hoc intentus eſt, ut excitet odi
& ſimultates, unde ſequuntur homicidia, cædes,
alia ſcelera. Qui furabatur. T*ertium præce*
ptum de non furando, quo ſimul ocium prohibe
tur, & præcipiuntur labores honeſtæ uocationis.
D*ocet autē in genere hæc admonitio, ne peccatis*
contra conſcientiam indulgeamus, quæ cum ſcele
ribus atrocioribus ſauciatur, amittitur ſpiritus
ſanctus, & fides, impeditur inuocatio, & tranqui
litas cordis perturbatur, quia talia peccata cum
contemptu D*ei fiunt.* Magis labora. M*anda*
tum de labore uocationis, qui tum felix eſt, cum
adiungitur inuocatio & fides, ſeu expectatio au
xilij, iuxta regulam uitæ: C*ommenda* D*eo uiam*
tuam, & ipſe faciet. Quod bonum. I*d eſt, ſu*
uocatio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

uocatio honeſta, & labor utilis, tibi & aliijs. Vt *poſsit. Cauſa finalis uocationis & laboris.* Primum, *ut propriam familiam ſuſtentemus.* Deinde, *ut facultatibus, quibus ipſi non indigemus, iuuemus miniſtros Eccleſiæ, & pauperes ſcholaſticos, & alios. Nam ad hoc omnes homines conditi ſunt, ut pro ſua quiſq; facultate, & ſuo loco iuuet Eccleſiam, & communem ſocietatem, in qua Deus rectè agnoſcatur & celebretur.*

OBIECTIONES *tres.*

I. *De Mendacio.*

Mendacium eſt prohibitum 8. præcepto Decalogi: Non dices falſum teſtimonium. Item Leuit. 19. Nō mentiemini, nec decipiat vnuſquiſque proximum ſuum, Non eris calumniator, nec ſuſurro in populo. Et hic inquit Paulus: Depoſito mendacio, loquimini veritatem.

Abraham diſsimulans Saram eſſe ſuā vxorem, Gene. 12. Itē Raab negans apud ſe occultatos exploratores filiorum Iſrael, Ioſue 2. Et mulier occultans nuncios Dauidis, 2. Reg. 17. mentiti ſunt:

Ergo peccauerunt cōtra octauum præceptum Decalogi.

Reſpondeo ad maiorem, per diſtinctionē. Qui
tres ſunt ſpecies mendaciorum: 1. Mendacia per
cioſa, quæ fiunt cum iniuſta nocendi uolūtate, q
prohibita ſunt. 2. Mendacia officioſa, uidelicet o
cultationes ſeu ironiæ, quæ fiunt propter utilita
tem proximi, tales occultationes ſeu mendacia fu
runt Abrahæ, & duarum mulierum, & nuncio
rum Dauidis. Tertia ſpecies ſunt picturæ, ut po
mata, Apologi, & ſalſè dicta, quibus quaſi pingi
mus id, quod ſentimus, Vt uulpecula imago eſt ho
minis circumſpecti & aſtuti. Lupus eſt imago ty
ranni. Hæ duæ ſpecies non ſunt prohibitæ, cum re
feruntur ad utilitatem aliorum.

II. De Ira.

Pſalmus 4. inquit: Iraſcimini:
Ergo ira non eſt prohibita.

RESPONSIO.

Eſt dictum conditionale, ut ſi iraſcimini, id eſt,
mouemini ad iram ex humanæ naturæ imbecilli
tate, quæ propenſa eſt ad iram, & iniuriarum im
patiens. Ideo addit: Nolite peccare, id eſt, reſiſtite
inordinatæ cupiditati uindictæ.

III. De Furto.

Furtum eſt peccatum, quia inquit 5.
præceptum: Non furtum facies.
Item Paulus: Qui furabatur, non
amplius furetur.

Ergo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Ergo peccarunt Iſraelitę ſpoliantes Aegyptios, *Exod.* 11.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt diſsimilitudo inter factum Iſraelitarum, & aliorum furantium. Nam Iſraelitæ habuerunt peculiare mandatum, quod alij non habent: Ideo generali præcepto obtemperare debent, Furtum non facies.

DOMINICA XX. POST

Trinitatis, Epiſtola D. Pauli, de prudentia ſpirituali, de uitanda ebrietate: & pſalmodia Chriſtiana. Ad Epheſios V.

Tetraſtichon.

Scandala ſunt uitæ, Satanæ, mundiq; frequentes
Inſidiæ, carnis multiplicesq; doli.
Inter ut hæc ſanctè uiuas, ſis ſobrius, atq;
Carmina dic grato pectore ſæpe Deo.

Argumentum.

Triplex eſt exhortatio, ſeu παραίνεσις. *Prima ad ſtudium & meditationem doctrinæ cœleſtis, à Deo patefactæ in Eccleſia, ex qua uera ſapientia & prudentia comparatur, uidelicet notitia uoluntatis Dei, & beneficiorum filij eius erga Eccleſiã. Vt autem hanc ſapientiã retineamus inter tot ſcãdala tum doctrinæ, tum morum, et inſidias diaboli, carniſq; noſtræ infirmitatem, addit exhortatio-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

nem ad uigilãtiam, ne à uera doctrina relabamur ad priſtinam cæcitatem & uitia. Secunda exhortatio eſt ad ſobrietatem, ſeu temperãtiam uitæ in cibo & potu, q, ebrietate & luxu impeditur intentio mentis, ſeu meditatio uerbi Dei, inuocatio, & officia omnium uirtutum. Tertia eſt ad pſalmodiam Chriſtianam & ſpiritualem, qua omnipotentia, ſapientia & miſericordia Dei exhibita nobis in filio, celebrentur aßiduis laudibus in Eccleſia, commendetur miniſterium Euangelij, & ad inuocationem & gratiarum actionem inuitentur rudiores in publicis congreßibus.

EPISTOLA, Ephe. 5.

VIdete igitur quomodo circumſpectè ambuletis, non vt inſipientes, ſed vt ſapientes, redimentes occaſionē, ꝙ dies mali ſint. Propterea ne ſitis imprudentes, ſed intelligentes, quæ ſit voluntas Domini. Et ne inebriemini vino, in q̊ luxus eſt: Sed impleamini ſpiritu, loquentes voſmetipſis, per pſalmos & hymnos, & cantiones ſpirituales, canentes & pſallẽtes in corde veſtro Domino, gratias agentes ſemper de omnibus in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Deo & patri: ſubditi viciſsim alius alij, cum timore Dei.

EXPLICATIO TEXTVS.

Videte igitur. Eſt hæc concluſio præceden tis admonitionis: Primum ad dilectionem mutuã, ſumptæ ab exemplo Chriſti, q; ſicut is dilexit nos, tradens ſemetipſum pro nobis oblationem et uicti mam Deo in odorem bonæ fragrantiæ, ita & nos diligamus proximum: Secundo ad uitandam ſcor-tationem, auaritiam, et ſimulachrorum cultũ, atq; conſortia eorum, qui his peccatis, & ſimilibus ſeſe contaminant, quibus & ipſi Epheſij, ſicut aliæ gen tes, ante cognitionẽ Euangelij ſecurè indulſerunt. Et addit huic admonitioni grauiſsimam commina tionem æternarum pœnarum, quæ impendent o-mnibus, qui non agunt pœnitentiam, ſed perſeue-rant in his & ſimilibus peccatis ſecurè contra cõ ſcientiam. Poſt hanc admonitionẽ addit nunc qua ſi concluſionem eius, inquiens: Videte igitur, quo-modo circumſpectè ambuletis. Igitur. Quia æter næ pœnæ manent omnes, qui dictis peccatis ſecu-rè indulgent, ſine pœnitentia, ſicut inquit: Ne quis uos decipiat inanibus ſermonibus: propter hæc e-nim uenire ſolet ira Dei in filios inobedientes. Ne ſitis igitur conſortes illorum. Videte. Propoſi-tio primæ exhortationis, de comparanda ſapien-tia ex uerbo Dei, & uigilantia, ne accepta dona, quod uſitatum eſt, ſecuritate amittamus. Cir-cumſpectè. Id eſt, ita uiuatis, ne deficiatis à do ctrina Euangelij, relabentes ad priſtinam impieta

tem, decepti a diabolo, mundo, & propria carn
Opus eſt igitur magna prudentia & circumſpe
ctione, ut accepta bona retineantur. Nam nihil e
facilius, quàm relabi ad priſtinos errores, et uiti
quod Chriſtus parabola de quadruplici ſemine do
cet, Luc. 8. Et teſtatur exemplum decem leproſo
rum, quorum unus tantum agnoſcit & prædica
beneficium, Luc. 17. Non vt inſipientes. Inſi
pientes ſunt, qui poſt agnitam ueritatem reddun
tur ſecuri & negligentes, et relabuntur ad impi
tatem, uel propter ſcandalum crucis, uel multitu
dinem impiorum, uel delitias & uoluptates huiu
uitæ. Contra ſapientes ſunt, qui manent in timore
dei, et progrediuntur quotidie in pietate et agnitio
ne dei, exercent dona, ſunt diligētes in uocatione,
non indulgent uicioſis affectibus, ſed ijs repugnāt
ſpiritu, in agnitione & fiducia filij Dei. Redi
mentes occaſionem. Id eſt, utentes oblata
ſeu præſenti occaſione diſcendi uerbum dei, & e
mendandi mores, quia hæc occaſio non ſemper da
tur, ideo eam negligere ſecurè non debemus. Vnde
inquit ad Galat. 6. Itaq; dum tempus habemus, o
peremur bona. Et Ioan. 12. inquit Chriſtus: Adhuc
modicum lumen in uobis eſt, ambulate dum lucem
habetis, ut non uos tenebræ comprehendant. Item:
Dū lucem habetis, credite in lucem, ut filij lucis fi
tis. Idem docet parabola de decem uirginib. Matt.
25. ubi inquit: Vigilate itaq;, quia neſcitis neq; die
neq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

neq; horã, qua filius hominis ueniet. Quôd di-
es mali ſunt. Aetiologia à neceßitate, ſeu præ
ſenti periculo. Quia multa ſunt ſcandala, & occa
ſiones malorum, quibus facile decipiemini. Ideo e-
ſtote circumſpecti & uigilantes, ne relabamini in
priſtina uitia, ſcortationem, auaritiã, idololatriã,
& ſimilia. Dies mali. Pleni ſunt ſcandalorum,
& occaſionum, quæ inuitant ad peccato & mala,
ut ſunt praua ſodalitia, impoſturæ diaboli, carnis
infirmitas, exempla multitudinis, quæ ſecurè in-
dulget peccatis, & contemnit iram Dei aduerſus
peccata. Propterea. Cooclufio primæ adhorta-
tionis ad ſtudium uerbi Dei, & uigilantiã. Quę
ſit voluntas. Id eſt, quæ opera bona, ſeu uirtu-
tes Deus exigit à uobis, et quæ peccata prohibeat.
Et ne inebriemini. Secunda exhortatio de fu
gienda ebrietate, quæ primum excitat iram Dei.
Deinde impedit intẽtionem mentis. Tertio inter-
turbat inuocationem. Quarto, eſt incitamentum li
bidinis, & multorum uitiorum. Quinto, debilitat
uires ingenij. Sexto, eſt cauſa multorum morbo-
rum corporis, unde ſcriptura multis locis ebrie-
tatem prohibet, præcipuè in regibus, ut Prouerb.
31 dicitur: Noli regibus dare uinum, quia nullũ ſe
cretum eſt, ubi regnat ebrietas, ne fortè bibant, &
obliuiſcantur iudiciorum, & mutent cauſam filio
rum pauperis. Improbat autem ſcriptura nõ uſum
moderatum uini, ſed abuſum, hoc eſt, intemperan-

tiam,ſeu luxum. Vnde additur in Salomone: *Da-*
ſiceram mœrentibus, & his qui amaro ſunt corde,
bibant, & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris
ſui non recordentur amplius. In quo. *Id eſt, in*
qua re, hoc eſt, in qua ebrietate, ſeu immodica in-
gurgitatione uini Eſt luxus. ἀσωτία. *Hoc eſt,*
inordinata & indecora uita, & diſſolutio morum,
turpitudo & leuitas in geſtibus, inconſtantia in
ſermone, ſtultiloquia, inanes fabulæ, facetiæ non de-
centes, cantiones turpes, quæ omnia iram Dei *con-*
citant, & deformant doctrinam Euangelij. Sed
impleamini. *Tertia adhortatio ad pſalmodiam*
Eccleſiæ, *ſeu cantiones & pſalmos ſpirituales. Ad-*
dit autem hanc exhortationē, quaſi per antitheſin,
præcedenti dehortationi ab ebrietate, monens non
uino onerandum, ſeu replendū corpus, ſed mentem
ſpiritu ſancto replendam, ut hoc quaſi ebrij uacce-
mus cantilenis ſpiritualibus, celebrantes immenſa
Dei *beneficia, quæ in* Eccleſiā *contulit per filium:*
& docet in genere, qualia eſſe debeant colloquia,
et ſermones piorum, & quid ſonare in congreſſi-
bus priuatis et publicis debeant, uidelicet nō can-
lenas turpes et amatorias, quibus accenditur libi-
do, ſed ſpirituales & diuinas, quibus ſpiritus ſan-
ctus, ſicut per uerbum externū, eſt efficax, & bo-
nos motus ciet in animis. Subditi. *Admonitio de*
humilitate, ne contentiones in Eccleſia, *propter di-*
uerſitatem donorum, uel ex arrogantia, uel inui-
dia oriantur.

O B

OBIECTIONES *tres.*

I. De *dicto* Pauli: *Quoniam dies mali ſunt.*

Dies mali ſunt, vt Paulus inquit.
Dies ſunt creatura Dei:
Ergo quædam creaturæ Dei malæ ſunt, hoc eſt, pernicioſæ homini: & per conſequens, Deus malorum autor eſt.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia maior eſt ambigua. Nam dies mali dicuntur non propter cōditionem, ſed propter occaſiones malorum, & uaria pericula, in quibus uerſamur. Vnde 2. ad Timoth. 3. Tempora periculoſa appellat. Sic dicuntur dies ſalutis, dies iræ, dies perditionis, in quibus ſalus omnibus offertur, et ſuam iram oſtendit aduerſus peccata. Eſt igitur fallacia accidentis, Vel ſecundum non cauſam, ut cauſam.

II. De Vino, *an cauſa ſit ebrietatis, & malum.*

Ebrietas eſt mala.
Vinum inebriat:
Ergo vinum eſt malum.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam: Quia eſt fallacia ſecundum non cauſam, ut cauſam. Nam res bona

non

non eſt uniuerſaliter damnanda propter abuſum. Neq; enim uinum eſt cauſa per ſe ebrietatis, ſed mala uoluntas potantis, qui uino ſeſe immodicè obruit.

III. De Pſalmodia.

Paulus præcipit pſalmodiam, ſeu cantiones in Eccleſia.

Ergo approbat Papiſticas cantiones, quas Agendas vocant, & ſimiles, quibus tribuitur creaturis honos inuocationis, & auxilij.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia plus ſeu aliud eſt in conſequente, quàm in antecedente. Nam Paulus loquitur de cantionibus Eccleſiæ, quibus celebratur Deus, & aguntur Deo gratiæ, non quibus honos filij Dei tribuitur creaturis.

DOMINICA XXI. POST

Trinitatis, Epiſtola D. Pauli, de ſpirituali militia, & armatura Chriſtianorum aduerſus Diabolum. Epheſios VI.

Tetraſtichon.

Sæuus ut expugnet Stygius nos hoſtis inermeis,
Multiſcius miſeris prælia mille ciet.
Hunc contra, bone dux, hoſtem nos, Chriſte, tuere,
Armaq; da nobis hic ualitura Deus.

Argumentum.

Hortatur hac Epiſtola D. Paulus Epheſios, & ceteros omnes Chriſtiani nominis profeſſores ad ſpiritualem luctam cum diabolo hoſte infeſtiſsimo & callidiſsimo Eccleſiæ, qui hoc inprimis agit indefatigabili ſtudio, odio Dei & Chriſti, ut in priſtinam impietatem, errores, & uitia retrahat eos, qui per prædicationem Euãgelij conuerſi ſunt ad Deum. Vt autem in uera doctrina eiuſq; confeſsione perſeuerent, primum deſcribit & amplificat potentiam & inſidias diaboli: Quia hoſtis uires & conſilia nouiſſe inprimis ad uictoriam obtinendam prodeſt. Deinde recenſet ſpiritualia arma, quibus ſe Chriſtiani communiant cõtra tam potentem & callidum hoſtem, ut in hoc ſpirituali prælio ſint ſuperiores. Et eſt tota bellica deſcriptio armorum ſpiritualium, & militis Chriſtiani. Nam, ut Iob inquit: Militia eſt hominis uita ſuper terram. Et quemadmodum ad uictoriam requiritur in milite uigilantia, & fortitudo, ut hoſtis inſidias nouerit, & magno animo cum eo congrediatur: ita in hac ſpirituali pugna contra diabolum, opus eſt ſingulari ſapientia, & conſtantia animi, ne diabolus ſua potentia, & calliditate nos euertat, ac perdat, qui in hac poſtrema ætate, qua ſibi inſtare breui nouit interitum, rabioſius ſæuit in Eccleſiam, & omnes occaſiones obſeruat & quærit delendi funditus Eccleſiam.

EPI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

EPISTOLA, *Ephe. 6.*

Quod ſupereſt, fratres mei, ſitis for-
tes per Dominum, perq́ʒ potenti-
am roboris illius. Induite totam arma-
turam Dei, vt poſsitis ſtare aduerſus
aſſultus Diaboli. Quoniam non eſt no-
bis lucta aduerſus carnem & ſangui-
nem, ſed aduerſus principatus, aduer-
ſus poteſtates, aduerſus mundi domi-
nos, rectores tenebrarum ſeculi huius,
aduerſus ſpirituales aſtutias in cœleſti-
bus. Quapropter aſſumite vniuerſam
armaturam Dei, vt poſsitis reſiſtere in
die malo, & omnibus peractis ſtare.
State igitur lumbi circumcinctis bal-
theo per veritatem, & induti thorace
iuſtitiæ, & calceati pedibus, vt parati ſi-
tis ad Euangelium pacis; ſuper omnia
aſſumpto ſcuto fidei, quo poſsitis om-
nia iacula mali illius ignita extingue-
re. Galeamq́ʒ ſalutis accipite, & gladiũ
ſpiritus, qui eſt verbum Dei, in omni
deprecatione & obſecratione, orãtes in
omni tempore, in ſpiritu. Et ad hoc ip-
ſum vigilantes cum omni ſedulitate,
& deprecatione pro omnibus ſanctis,
& pro me.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

EXPLICATIO TEXTVS.

Quod ſupereſt. *Tranſitio à præceptis ſpecialibus de officio ſingulorum ordinum, liberorum parentum, ſeruorum, et dominorum, ad hanc generalem admonitionem de ſpirituali certamine contra ſeuitiam, et inſidias diaboli. Ideo autem ſubiungit hanc exhortationem, poſt traditam ueram doctrinā de fide, & exercitijs pietatis, q̧ diabolus, cū impedire non poteſt curſum Euangelij, in hoc tamen intentus eſt, ut homines ab Euangelio, fide, & ueris eius fructibus iterum abducat, uel per ſecuritatem carnalē, uel per afflictiones, ſeu crucem, uel per ſolicitudines, diuitias, & uoluptates huius uitæ. Sicut docet Chriſtus Luc. 8. parabola de quadruplici ſemine, qui addit exhortationē ad ſerium ſtudium uerbi dei, & conſtantiam. Videte, inquiēs, ergo, quomodo audiatis. Quiſquis enim habet, dabitur illi: & quicunq; non habet, etiam quod putat ſe habere, auferetur ab illo (propter ſecuritatem, & negligentiam)* Fratres mei. *Captatio beneuolentiæ.* Fratres. *Per fidem in Chriſtum eiuſdem hæreditatis mecum conſortes, qui eundem patrem habemus in cœlis æternum Deum, patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius fratres ſumus, hæredes Dei, et cohæredes Chriſti. Rom. 8.* Sitis fortes. *Propoſitio exhortationis generalis, quam poſtea explicat, ſubiectis partibus, ſeu membris, oſtendens modum, & arma reſiſtendi Diabolo.* Per

Domi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Dominum. Docet hic initio, nos non noſt
potentia, aut uiribus uincere diabolum, ſed fidu
& defenſione filij Dei, qui uictor eſt diaboli. Si
inquit Ioan. 16. Confidite, quia ego uici mund
Et, Ideo apparuit filius Dei, ut opera diaboli d
ſolueret, 1. Ioan. 3. Iuxta promiſsionem Gene. 3. S
men mulieris conteret caput ſerpentis, hoc eſt,
uaſtabit regnum diaboli, peccati, & mortis. In
duite. Repetitio propoſitionis, qua monet, ut c
tra inſultus diaboli, id eſt, potentiam, & inſid
multiplices, nos cõmuniamus ſpiritualibus arm
uidelicet uerbo Dei, fide, & oratione, ſobrietat
& uigilantia. Totam armaturam. Græ
πανοπλίαμ, quo nomine intelligitur quicquid
armandum in pugnam militem pertinet. Quaſi
cas, omnia ſimul arma, quæ ad uirum pertinen
D. Ambroſius uniuerſitatem armorum uertit. V
poſsitis. Cauſa finalis, qua diaboli ſæuitiam, &
inſidias ſignificat in humanum genus, q nunc aſt
tia, nunc aperto, ut dicitur, Marte hominem ado
ritur, ut tandem euertat. Quoniam non eſt
Aetiologia propoſitionis, qua potẽtiam et inſidias
Diaboli multiplices amplificat, per collationem,
magis circumſpecti ſimus et uigilantes, ne ſecur
tam potens, et malignus ſpiritus opprimat ex in
pinato. Vnde Petrus inquit: Sobrij eſtote & uigil
te, quoniam aduerſarius ueſter diabolus, tanquam
leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, Priori

Petri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Pet. 5. Aduerſus carnem. *Id eſt, aduerſus homines ſcilicet infirmos, et cōſpicuos, quib. ui externa, ſeu armis corporalibus reſiſtere poteritis, & declinare eorum furores, cum non ſint ubiq; præſentes, ut diaboli, qui circūuolitant nos circunquaque, ut atomi in radijs ſolarib.* Aduerſus principatus. *Diuerſis his appellationibus, ſeu titulis primum docet gradus eſſe inter diabolos, quorum alij ſunt alijs nocentiores, maioremq́; poteſtatē nocendi habent, ſicut diſcrimina et ordines ſunt etiā inter bonos Angelos, quorum alij dicūtur Angeli, Archangeli, principatus, poteſtates, uirtutes, dominationes. Vnde Iudæi Luc. 11. Beelzebul principem dæmoniorum uocant. Hoc diſcrimen & Chriſtus oſtendit, cum inquit ibidem de immundo ſpiritu: Tūc uadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nocentiores ipſo, & ingreßi habitant ibi, & fiunt extrema illius hominis peiora primis. Deinde amplificat his nominibus potētiam, & inſidias diaboli multiplices, q̄ diuerſa ac quaſi diſtributa inter ſe officia, ſeu partes ſinguli habent, ut in exercitu, in quo alij ſunt imperatores, ſeu duces, alij principes, alij prætores, alij tribuni. Sic diuidunt et diaboli inter ſe officia, ut tanto facilius plures euertant.* Aduerſus principatus. *Id eſt, principes, ſeu primas partes obtinentes inter diabolos, et exercētes principatum in incredulos, quos tanquam laqueo captos impellunt ad ſuam uoluntatē diaboli,*

2\. ad Timo. 2. Aduerſus poteſtates. Id eſt, potentes diabolos, qui homines ſecuros potenter impellunt ad flagitia omnis generis. Mundi dominos. Qui dominantur in mundo, hoc eſt, mundanis hominibus, qui ſecurè indulgent uoluptatibus huius mundi, ſine timore Dei, ſeu pœnitentia. Rectores tenebrarum. Id eſt, q tenebras offundunt mentibus, hoc eſt, cæcitatem, ne uoluntatē dei ex uerbo ipſius agnoſcant, ſed maneant in perpetuis tenebris, et cæcitate. Spirituales aſtutias. Duplex eſt pugna diaboli: Euidens, ſeu aperta, cum ad manifeſta flagitia impellit homines, ut ad homicidia, adulteriū, furta, & ſimilia peccata: Et occulta, cū ſcilicet occultis ſuggeſtionibus uel eleuat magnitudinem peccati, ut ſecuros reddat, & contemnentes iram Dei aduerſus peccata, uel auget peccatum in conſcientijs, ut ad deſperationem eas adigat. Hanc occultam pugnā, ſeu tentationē, hic ſpirituales aſtutias appellat. In cęleſtibus. Id eſt, qui diaboli habitant in aere, qui cœli appellatiōe ſæpe intelligitur. Sic ad Ephe. 2. inquit: In quibus (delictis & peccatis) aliquando et uos ambulaſtis, iuxta ſeculum mundi huius, iuxta principem, cui poteſtas eſt aeris, qui eſt ſpiritus nunc agens in filijs contumacibus. Quapropter. Hactenus deſcripſit & amplificauit potentiam diabolorum, ne, ut uulgus prophanum, arbitremur diabolos inania eſſe ſpectra, ſeu terriculamenta puerorū, ſed uere

DOM.

uerè potentiſs
peccatorum &
res in humano
ſpiritualia, qu
mit ſimilitudi
Chriſtianorum

1\. Baltheus ci
bos,

2\. Thorax
pectus,

3\. Ocreæ m
des, ut pa
prædican
gelium,

4\. Scutum
& exting
la ignita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

uerò potentißimos et callidiß. ſpiritus, qui omnium peccatorum & triſtißimorum caſuum ſunt autores in humano genere. Iā pergit deſcribere arma ſpiritualia, quibus induti diabolo reſiſtamus: & ſumit ſimilitudinem ab armis bellicis, quibus arma Chriſtianorum ſpiritualia comparat, ſuntq́; ſex:

1. Baltheus circa lumbos,	1. Veritas, Chriſtus, uera doctrina, uera agnitio Dei, & inuocatio. Mortificatio carnalium deſideriorum.
2. Thorax muniens pectus,	2. Iuſtitia: Fidei, coram Deo in conſcientia. Operū, corā hominibus in externa uita.
3. Ocreæ muniētes pedes, ut parati ſint ad prædicandum Euangelium,	3. Miniſterium Euangelij, ſedulitas, & fides docendi.
4. Scutum excipiens, & extinguens iacula ignita Diaboli.	4. Fides concepta ex prædicatione Euangelij, cui omnia ſunt poßibilia, & eſt uictoria noſtra.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

5. *Galea muniens caput.* | 5. *Salus, quæ ſemel par- ta conſeruanda eſt in uocatione, uigilanti- & ſobrietate.*

6. *Gladius utrinq; ſecans, Apoca. 19.* | 6. Verbum Dei,
- 1. Lex per- *terrefaciens mentes co- gnitiõe pe- cati, & ira Dei.*
- 2. Euange- lium *con- ſolans & e- rigens per- terrefactas mentes, a- gnitione, & fiducia me- diatoris.*

Quapropter. *Concluſio cõtinens* κατα γρα- φὴν, *ſeu deſcriptionem militis Chriſtiani, qui aſſi- duè tanquam in acie congreditur cum hoſte diabo- lo.* Quapropter. *Quia tanta eſt potentia, & aſtutia diaboli* Aſſumite vniuerſam arma- turam. *Communite uos diligenter omnibus ar- mis ſpiritualibus, uerbo Dei, fide, oratione, ſobrie- tate,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

tate, caſtitate, & ſimilibus uirtutibus. In die malo. Tempore tentationis diaboli. State igitur. Enumeratio ſeu cōgeries armorum ſpiritualium. 1. Baltheo per ueritatem. Id eſt, audite et amplectimini doctrinam Euangelij, per quam eſt efficax ſpiritus ſanctus, accendens in mentibus ueram fidem, & ueram inuocationem Dei fiducia mediatoris. 2. Thoracem iuſtitiæ. Primum fidei, qua tanquā thorace firmatur pectus, ſeu mens contra tentationes diaboli de peccato, ira Dei, et morte æterna. Deinde, bonæ conſcientiæ, qua gloriari poſſimus de editis fructibus fidei, in adminiſtrata diligenter uocatione. 3. Calceati pedibus. Pedes ſignificant miniſterium Euangelij, quos calceari oportet, hoc eſt, muniri ocreis, ut per ſpinas, ſentes & tribulos, hoc eſt, omnia pericula tranſire poſſint docendo, & confitendo Euangelium. Euangelium pacis. Id eſt, quo annunciatur pax, hoc eſt, reconciliatio cum Deo, & de remiſſis peccatis propter Chriſtum, quam ſequitur tranquillitas conſcientiæ. De qua ad Rom. 5. Iuſtificati fide, pacem habemus cum Deo per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. 4. Scuto fidei. Quæ fides tanquā ſcutum excipit & repellit omnia iacula diaboli, hoc eſt, tentationes corporales & ſpirituales, quibus nititur auocare homines à confeſſione Euangelij. Ignita iacula. Id eſt, uehementes & acerrimas tentationes. 5. Galeamq́. Galeā ſalutis

uocat inuocationem, quæ in omnibus periculis, & ærumnis tutißimum eſt profugium, & ſicut galea caput, ita inuocatio, quæ ſit agnitione & fiducia Dei, munit hominem, ne ſalutem amittat. 6. **Gladium ſpiritus.** *Spiritualem gladium, ſeu defenſionem, ſcilicet uerbum dei, ad quod, cum omnia uidentur deploratißima, tanquam ad ſacram anchoram, ut dicitur, confugiendum eſt, & petendæ ex eo conſolationes.* **In omni precatione.** *Addit in fine orationem, quam ſupra per Galeam ſalutis intellexit. Nã oratio ſecundum uerbum Dei, potentißimè repellit ſæuitiam diaboli. Vnde iubet Chriſtus orare, ne inducamur in tentationem. Adeſt autem reuera filius Dei Eccleſiæ ſuæ, excubet pro ea, luctatur cum diabolis, depellens eorum furores ne Eccleſiam, et honeſtas politias prorſus deleant. Deinde mittit nobis ſpiritum ſanctum, qui auxiliatur infirmitatibus noſtris, ut & ipſi aduerſari poſſimus prauis affectib. et inſidijs diaboli. Debet autem inuocatio primum dirigi ad æternum Deum, conditorem rerum, qui pater eſt Domini noſtri Ieſu Chriſti. Deinde accedat hæc fides, nos exaudiri iuuari, & defendi à Deo propter filium mediatorem. Atq; hoc modo noſtra inuocatio à Iudaica & Turcica diſcernatur.* **Ad hoc ipſum vigilantes.** *Coniungit orationi, ut ſolet, uigilantiam & ſedulitatem. Sicut & Chriſtus Luc. 21. inquiens: Vigilate omni tempore deprecantes. Petrus addit ſo-*

brietatem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

brietatem, q, hæc coniuncta ſint, Sobrietas, uigilantia, ſedulitas, & oratio. Nam corpore onerato crapula, mens intendere cogitationem non poteſt in inuocando, nec ſedulitas, & uigilantia præſtari in inuocatione, & cauendis inſidijs diaboli.

OBIECTIONES tres.

I. Quomodo Diabolus ſit dominus, ſeu princeps mundi.

Deus eſt Dominus, hoc eſt, conditor & gubernator mundi, iuxta illud Deutero. 10. Dominus Deus veſter ipſe eſt Deus deorum, & dominus dominantium:

Ergo diaboli nō ſunt domini, ſeu principes mundi.

Reſpondeo per diſtinctionem: Diaboli dicũtur domini mundanorum hominum, qui non repugnãt carnalibus deſiderijs, ſed ſecurè ac ſpontè obtemperant uoluntati diaboli, quorum dominus eſt diabolus, & ipſi eius ſerui. Quia iuxta ſuam uoluntatem eos ad quæcunq; flagitia impellit.

II. An Diabolus intelligat cogitationes hominum, & impellit mentes ad peccandum.

Solus Deus intuetur cogitationes hominum, iuxta illud ad Romanos 8. Deus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret ſpiritus:

Ergo Diabolus non nouit cogitationes ſecretas, neque poteſt eſſe autor malarum cogitationum.

RESPONSIO.

Diabolus ex geſtibus externis iudicat de interioribus affectibus et deſiderijs, Item ex colloquijs, ſodalitijs prauorum, & alijs ſignis. Deinde, penetrare in homines Diabolum, impellere eos ad ſcelera, & immittere malas cogitationes, teſtatur exemplum Iudæ, de quo inquit hiſtoria: Et poſt offulam ingreſſus eſt in eum Satanas, Ioan. 13. Deinde Paulus ait, Diabolos efficaces eſſe in impijs, quos tanquam laqueo captos tenent, ad uoluntatem ſuam, Ephe. 2.

III. QVÆSTIO.

Cur Deus ſinit Eccleſiam ſuam, ſeu pios tentari à Diabolo, cum eos poßit liberare, et prorſus delere regnum Diaboli?

RESPONSIO.

Primum, ut probetur & exerceatur fides electorum. Secundo, ut propriam infirmitatem agnoſcant. Tertio, ut poſt legitimam decertationem, ſeu luctam glorioſius coronentur. Sicut inquit Athanaſius: Diligentibus Deum fit cauſa Diabolus uictoriæ, coronæ, atq; præmiorum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

DOMINICA XXII. POST

Trinitatis, Epiſtola D. Pauli, de ipſius gratiarum actione pro collecta Philippenſium Eccleſia, & oratione ſeu uotis, ut ea conſeruetur & creſcat in cognitione Chriſti, fide, & fructibus iuſtitiæ. Ad Philip. I.

Tetraſtichon.

Notitiam Chriſti gratarіs Paule Philippis,
Hanc Deus ut ſeruet, uota preceſq; facis.
Quiſq; tuum doceat populũ ſic, Chriſte, miniſter
Sedulus, effundat ſolicitaſq; preces.

Argumentum.

Eſt gratulatio D. Pauli, qua primum agit gratias Deo nomine Philippenſium, ꝙ etiam inter ipſos Eccleſiam ſibi Deus collegerit, atq; ſuum miniſterium apud eos fuerit efficax. Deinde orat Deum, ut in cognitione filij eos conſeruet, & confirmet. Tertio hortatur ad ſtudium uerbi Dei, ut indies magis magiſq; cognitio Ieſu Chriſti in ipſis augeatur & creſcat, & ut fructus iuſtitiæ ad gloriam & laudem Dei edant.

EPISTOLA, Philip. 1.

GRatias ago Deo meo in omni precatione mea pro omnibus vobis, cum gaudio precationem faciẽs, quôd

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

veneritis in communionem Euange-
lij, à primo die uſq; ad hoc tempus, per-
ſuaſum habens hoc ipſum, q; is qui cœ-
pit in vobis opus bonum, perficiet uſq;
ad diem Ieſu Chriſti: Sicut iuſtum eſt
mihi, vt hoc ſentiã de omnibus vobis,
propterea q; habeam vos in corde et in
vinculis meis, & in defenſione & con-
firmatione Euangelij, cum ſitis omnes
mihi conſortes gratiæ. Teſtis enim mi-
hi eſt Deus, q; deſiderem vos omnes
in viſceribus Ieſu Chriſti Et illud oro,
vt charitas veſtra magis ac magis ex-
uberet in agnitione, omniq; intelligen-
tia, vt probetis quæ ſunt præſtantia, ut
ſitis ſynceri, ac tales, vt nemini ſitis of-
fendiculo in diem Chriſti, impleti fru-
ctu iuſtitiæ, qui contingit per Ieſum
Chriſtum, ad gloriam & laudem Dei.

EXPLICATIO TEXTVS.

Gratias ago. *Exordium eſt Epiſtolæ D. Pau-
li ad Philippenſes, in quo beneuolentiam captat eo-
rum, teſtificatione ſuæ erga eam Eccleſiam ſolici-
tudinis, propter quod & gratias agit Deo ipſorum
nomine pro cognitione Euangelij, & precatur, ut
in agnita ueritate creſcant et cõſeruentur. Docet
autem in genere exordium de officio miniſtrorum*

Ec-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Eccleſiæ, ut ſcilicet non ſolum fideliter doceant Ec cleſias, ſed etiam agant gratias Deo, exemplo Pau li, q̄ ſit efficax & ſalutare miniſterium in multis, & orent Deum ut auditores in accepta doctrina confirmentur, & propagetur Eccleſia. Nã eſt hoc Dei immenſum beneficium, q̄ colligit & ſubinde inſtaurat Eccleſiam in genere humano, accendit lucem Euangelij, et effundit ſpiritũ ſanctum impel lentẽ corda ad aſſentiendum uoci Euãgelij. Ago gratias. *Id eſt, agnoſco eſſe ingens beneficium Dei, q̄ meum miniſterium inter uos fuit efficax, q̄ non deficiatis, ut alij, propter meas afflictiones, à tradita & accepta doctrina, atq; hanc gratiam Dei erga uos prædico & celebro in meis orationi bus.* Deo meo. *Id eſt, qui me uocauit ad cognitio nem Euangelij ex gratia, et eius miniſterium mi= hi commiſit inter uos gentes, in quo mihi adeſt, ex audit, me defendit, conſolatur et ſeruat in his meis afflictionib.* In omni precatione. *Coniungit, ſuo more, precationem & gratiarum actionem, tanquam ſpecies orationis, qua primum petimus neceſſaria, deinde pro beneficijs acceptis agimus gratias Deo, celebrantes eius omnipotentiam & bonitatem.* Cum gaudio. *Gaudium ſeu lætitia in inuocatione, effectus eſt fidei, qua certo ſtatui= mus, Deum eſſe nobis reconciliatum propter fili= um, & exaudire propter hunc mediatorem preces noſtras. Ideo mens accedit cum fiducia ad Deum,*

ſtatuens

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſtatuens nos placere Deo, et recipi propter me
torem, nõ propter noſtram dignitatem, acquie
in uoluntate Dei, rebus tum proſperis, tum adu
ſis. Sicut inquit cap. 2. Per illũ (Chriſtum) habe
aditum utriq; in uno ſpiritu ad patrẽ. Quòd
neritis. Cauſa gratiarũ actionis, continens be
ficium, pro quo agit gratias, uidelicet cogniti
Euãgelij, per quod participes facti ſunt Philipp
ſes cum tota Eccleſia omnium ſpiritualium be
ciorum Chriſti, uidelicet remiſsionis peccatoru
ſtitiæ & uitæ æternæ, gratis propter Chriſtum
quem crediderũt Perſuaſum habens. In
conſolationem ſeu adhortationem ad conſtanti
doctrina Euangelij, à præſentia, auxilio, & co
matione Dei, in hanc ſententiã: Deus certo a
rus eſt uobis, & confirmabit corda ueſtra ſpi
ſancto, ut deinceps poſsitis perſeuerare in tra
doctrina. Nam propterea uos uocauit initio a
gnitionem ſui filij, non ut deſerat opus ſuum in
atum, ſed ut perficiat, tanquam fidelis archite
Diem Ieſu Chriſti. Vel ad diem mortis
uſq;, uel ad diem extremi iudicij. Cœpit. D
hic locus contra aſſertores liberi arbitrij, prin
pium ſalutis noſtræ ſeu boni operis eſſe à Deo,
cut & conſummationem et perſeuerantiam. Si
cap. 2. inquit: Deus eſt is qui agit in uobis, &
uelitis, & ut efficiatis pro bono animi (ſui) pro
ſito. Item Chriſtus Matth. 15. inquit: Sine me n
potes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

poteſtis facere: contra Pelagianos, qui principium boni operis ex nobis eſſe ſomniãt, conſummationẽ uero ex Deo Sicut iuſtum eſt. Primum propter dilectionem Chriſtianam, quæ, ut inquit 1. ad Corinth. 13. omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Deinde propter Dei ueritatem et miſericordiam, promittentis ſe adiuturũ dociles, hoc eſt, qui audiunt uerbum Dei, & aſſentiuntur, ſicut inquit Propheta: Calamum quaſſatum non conteret, et linum fumigans non extinguet, Eſai. 42. Vt hoc ſentiam. Scilicet uos perſeueraturos eſſe in cognitione Euangelij. Propterea ꝙ. Addit cauſam ſuæ ſpei de perſeuerantia Philippenſium, ſumptam à ſuo erga ipſos amore. Habeam in corde, Id eſt, complectar uos uero ac ſpirituali amore, ideoq; oro pro uobis, et certus ſum meas preces nõ fore irritas, ſed certo exaudiri à deo. Habeã in vinculis. Quibus conſtrictus ſum, coniectus in carcerem à Nerone propter Euangelium. Q. d. Non obliuiſcar ueſtri etiam in afflictionibus meis, & ærumnis, ſed ſum pro uobis ſolicitus, et commẽdo Deo ueſtram Eccleſiam. In defenſione & confirmatione. Id eſt, in hoc carcere, in quo defendo & confirmo doctrinã Euangelij à me traditam, ꝗ propter crucẽ ab ea non deficio, quæ mea conſtantia etiam uos Philippenſes, & alias Eccleſias confirmat. Conſortes gratiæ. Id eſt, participes mecum beneficiorũ Dei in Chriſto, remiſſio-

nis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

nis peccatorum, iuſtitiæ, & uitæ æternæ: Item
niſterij Euangelij, quod & uos iam magna gr
& fructu, ſicut ego antea, annunciatis in Eccl
ueſtra. Teſtis enim. *Aſſeueratio ſuæ dilect*
nis et deſiderij erga Philippenſes, confirmata
ramento. In viſceribus Chriſti. *Id eſt, am*
ctor uos in Ieſu Chriſto, uel cupio uos eſſe fi
Dei, & templa, in quibus Deus habitet, quos
complectatur, ſicut pater uiſcera ſua, hoc eſt,
ros. Et illud oro. *Adhortatio per obteſtatio*
ad conſtantiam & augmentum fidei, & fruct
eius. Vt charitas. *Vt exuberet, hoc eſt, ueh*
ter creſcat in uobis cognitio Chriſti, unde p
charitas tum Dei, tum proximi tanquam fru
ſequitur. Vt probetis. *Id eſt, uerè intellig*
quid Deus præcipuè exigat tanquam neceſſar
ad ſalutem, quæ opera, & qui cultus, & quo
ipſi placeant. Vt ſitis ſynceri. *Id eſt, ut to*
ta ſit conformis Euangelio, nullis ſcandalis co
minata, quæ uel proximo noceat, uel gloriam
deformet. Impleti fructu. *Virtutibus ſeu b*
operibus, qui ſunt fructus iuſtitiæ fidei, iuxta
Fides per dilectionem operatur. Item: Arbor b
bonos fructus profert. Qui contingit. *Id*
quæ bona opera fides in Ieſum Chriſtum pr
tanquam fructus, & placet obedientia pro
Chriſtum, etiamſi ſit imperfecta. Ad glori
Dei. *Cauſa finalis bonorū operum, ut per ea g*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

rificetur Deum, iuxta illud Matth. 6. Sic luceat lux ueſtra corā hominibus, ut uideant ueſtra bona opera, glorificentq́; patrem ueſtrum, qui eſt in cœlis.

OBIECTIO, *De aſſenſu uoluntatis.*

Deus eſt qui agit in nobis, *ut inquit Paulus Philip. 2.* & vt velimus, & vt efficiamus:

Ergo voluntas noſtra prorſus nihil agit, ſed merè, *ut uocāt,* paſsiuè ſe habet in iuſtificatione.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam: Quia actio diuina non excludit aſſenſum uolūtatis. Nam relicta eſt in homine poſt lapſum, aliqua libertas uoluntatis, ut eligere uel non eligere poßit actiones morales, et imperare motibus externis ſenſuum. Vnde Paulus ad Titum, iuſtitiam carnis uocat, quam homo ſuo delectu & libertate præſtat: & Deus præcepit diſciplinam externam, ſicut inquit Paulus: Lex eſt iniuſtis poſita. Et teſtantur pœnæ, eſſe libertatem quandam uoluntatis, quæ quia ſponte ſe auertit à Deo, accerſit ſibi pœnas corporales & æternas. Eſt igitur libera uoluntas, & requiritur in iuſtificatione, ut aſſentiatur, non repugnet motibus ſpiritus ſancti. Vnde inquit Chryſoſtomus: Deus uolentem ducit, non repugnantem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

DOMINICA XXIII. POS
Trinitatis, Epiſtola D. Pauli, de diſcernendis c
uitandis pſeudapoſtolis. Item, de ſtudio rerum cœ
leſtium, & glorificatione corporum noſtro
rum, poſt hanc uitam. Ad Philip-
penſes III.

Tetraſtichon.

Falſa, crucem Chriſti fugientes, dogmata tradun
Quîs Deus eſt uenter, finis at interitus.
Sit noſtrum in cœlis ſemper πολίτευμα: redit
Vnde olim Chriſtus gloria noſtra Deus.

Argumentum.

Hortatur hac Epiſtola Philippēſes Apoſtolus a
conſtantiā in confeßione ueræ doctrinæ, et uero
cultuum Eccleſiæ, contra pſeudapoſtolos, qui ue
tris cauſa docebant plauſibilia populo, contra do
ctrinam Euangelij traditam à Paulo, de gratui
iuſtificatione per mortem & reſurrectionem Chri
ſti, ut crucē declinarent, & perfruerentur ſecu
uoluptatibus. Nam doctrina Euangelij de gratui
iuſtificatione per fidem in Chriſtum, comitē hab
crucem: Quia iuſtitiam legis affirmat nō eſſe ſuf
cientē ad iuſtificationem, quia imperfecta eſt obe
dientia. Ideo offenduntur iuſtitiarij, et proſequun
tur odio ueros doctores. Deinde hortatur Eccle
ſiam ad ſtudium & conſiderationem rerum cœ
leſtium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

leſtium, contemptis uoluptatibus & delitijs huius uitæ, et conſolatur eam in afflictionib. expectatione aduentus Chriſti in nouiſsimo die, qui Eccleſiam contemptam et ſubiectam cruci in hac uita, perpetua gloria & lætitia exornabit in uita æterna.

EPISTOLA, Philip. 3.

PAriter eſtote imitatores mei, fratres, & cōſiderate eos qui ſic ambulant, quemadmodū habetis nos pro exemplari. Nam cōplures ambulant, de quibus ſæpe dixi vobis, nunc autem et flens dico, Inimici crucis Chriſti, q̃rū finis perditio eſt, quorū Deus venter, & gloria in dedecore ipſorum, qui terreſtria curant. Nam noſtra cōuerſatio in cœlis eſt, ex quo et ſeruatorem expectamus, Dominum Ieſum Chriſtum, qui transfigurabit corpus noſtrum humile, vt conforme reddat corpori ſuo glorioſo, ſecundum efficaciam, qua poteſt etiam ſubijcere ſibi omnia.

EXPLICATIO TEXTVS.

Eſtote. *Propoſitio exhortatiōis, qua diſcrimē facit inter falſos & ueros doctores Eccleſiæ. Veri doctores ſunt, qui eandē doctrinam tradunt, et profitentur incorruptè in Eccleſia, quā Paulus tradi-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

dit de iuſtitia ſidei per Chriſtum, et inchoanda no-
ua obedientia erga legem. Falſi doctores ſunt, q
diuerſam doctrinam tradunt de iuſtitia ſeu fiduci-
operum, de circumciſione, et cæteris ritibus Iuda-
cis, tanquam neceſſarijs ad ſalutem. Eſtote imi-
tatores mei. *In doctrina, fide, & moribus uit-*
Sicut inquit cap. 3. Quæ & didiciſtis, & accep-
ſtis, & audiſtis, et uidiſtis in me, hæc facite, et De-
us pacis erit uobiſcum. Qui ſic ambulant. *Id*
eſt, ita docent ac uiuunt, ſicut ego doceo incorru-
ptè Euangelium, & illud exprimo in uitæ mori-
ſeu uocatione. Nam complures. *Aetiologi-*
admonitionis de cauendis pſeudapoſtolis, quos
ueris doctoribus diſcernit notis quibuſdam, ſeu ſi-
gnis, uidelicet odio ſeu fuga crucis Chriſti, & ſtu-
dio uoluptatum huius uitæ, & cura rerum terre-
ſtriũ. De quib. dixi. *Iam antè, cum apud uos e-*
ſem, admonui, ut caueretis eos. Et flens. *Signum*
Chriſtianæ et perfectæ charitatis, q̃ etiam prop-
hoſtium interitum flet ac dolet. Sic 2. ad Corint. 11.
inquit: Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis
offenditur, & ego non uror? Sic optat anathema
fieri à Chriſto pro fratribus ſuis Iſraelitis, ut ipſi
ad agnitionem ueritatis perueniant, Rom. 9. Ini-
mici crucis Chriſti. *Hoc dupliciter intelligen-*
dum eſt: Primo de ijs, qui crucem & mortem Chri-
ſti contẽnunt, et eleuant eius efficaciam, quæ re-
remiſsionem peccatorum, iuſtitiam, et uitam no-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

per mortem Chriſti, ſed per circumciſionem ſeu opera legis. Deinde de his, qui crucem & perſecutiones fugiunt, propter eas deficientes a cognitione Euangelij. Quorum finis perditio. Pœna impietatis & falſæ doctrinæ, perpetuus interitus tum corporis tum animæ. Quorum deus. Id eſt, qui omnia agunt propter uentrem, hoc eſt, commoditates et delitias huius uitæ, carnalibus cōcupiſcentijs ſecurè indulgentes. De quibus inquit etiam cap. 2. Omnes quæ ipſorum ſunt, quærunt, non quæ Chriſti Ieſu. Gloria in dedecore. Id eſt, opes & uoluptates huius uitæ, quibus fidunt et gloriantur impij, uertentur illis in dedecus, uel erunt eis occaſio ſeu cauſa perpetuæ ignominiæ. Qui terreſtria curant. Id eſt, quærūt iuſtitiā carnalē ex circūciſione, et alijs cultibus externis, et uoluptatibus indulgent ſecurè. Nam noſtra conuerſatio. Antitheſis, qua hortatur ad conſiderationem beneficiorum Chriſti, et conſolatur afflictos ſpe futuræ glorificationis corporum noſtrorum in nouiſſimo die. Eſt aūt hæc antitheſis: Pſeudapoſtoli & homines Epicurei quærunt & curant carnalia: uos autem qui ſpiritum Chriſti habetis, & creditis reſtare aliam uitam meliorem, ſuperna quærite, ſicut inquit ad Coloſſ. 3. ubi Chriſtus eſt ad dexteram Dei ſedens: ſuperna curate, non terreſtria: Siquidem emortui eſtis, & uita ueſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Quandocunq;

autē Chriſtus manifeſtatus fuerit, uita ueſtra, tūc
& uos cum illo manifeſtabimini in gloria **Con-**
uerſatio. Græcè πολίτευμα, quæ uox Reipub.
adminiſtrationem ſeu curam ſignificat. Et uult A-
poſtolus, ut omnes piorū meditationes, deſideria,
colloquia, commentationes, ſuſpiria, ac uota cō in-
ſtituta ſint, ut deſiderent & expectent futuram li-
berationem, et lætitiam uitæ æternæ, atq; conte-
mnant ſic fluxa bona & gaudia huius uitæ, et le-
ant præſentes dolores & ærumnas. **Qui tranſ-**
figurabit. Teſtimonium de reſurrectione et glo-
rificatione noſtrorum corporum in nouiſsimo die,
de qua copioſius tractat 1 ad Corint. 15. **Corpus**
noſtrum humile. Id eſt, obnoxium & ſubie-
ctum morti, corruptioni, & uarijs morbis in hac
uita. **Corpori ſuo glorioſo.** Dignitas & glo-
rificatio corporum noſtrorum in futura uita, in
qua æquales Angelis futuri ſumus. Sicut inquit
Chriſtus Luc. 20. Item Ioannes inquit, 1. Ioan. 3.
Scimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei (Chri-
ſto) erimus, quoniam uidebimus eum ſicuti eſt. **Se-**
cundum efficaciam. Occurrit tacitæ obie-
ctioni humanæ rationis, quæ neq; intelligere, neq;
credere poteſt reſurrectionem corporum noſtro-
rum, quorum alia reſoluta ſunt in puluerem, alia
ſubmerſa aquis, alia conſumpta à beſtijs &c. Re-
ſpondet igitur Paulus, Chriſtum eadem diuina po-
tentia, qua cœlum & terram condidit ex nihilo,
etiam

etiam noſtra corpora excitaturum eſſe à morte, quibuſcunq; etiam modis interierint. Quia enim eſt omnipotens & uerax, ideo poteſt & uult facere, quod promiſit. Qua poteſt ſibi ſubijcere omnia. Qua & ſuum ipſius corpus excitauit à morte. Sicut inquit Ioan. 10. Poteſtatem habeo ponendi animam, & poteſtatem habeo rurſus ſumendi eam.

OBIECTIONES duæ.

I. De modo imitandi Sanctos.

Paulus iubet, vt Philippenſes ipſum imitentur:
Ergo recte faciunt, qui ſanctos imitantur, & inſtituunt Monachatus, ſeu ordines.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt diſsimilitudo in exemplis. Nam Paulus iubet, ut Philippenſes ipſum imitentur in conſtantia traditæ doctrinæ, fide in Chriſtum, et uitæ innocentia, ſine fiducia ſuorum meritorum. Sed qui ordines ſeu monachatus inſtituunt, meritis ſanctorum fidunt, & fingunt imitationem certorum operum, cultum eſſe Dei, merentem remiſsionem peccatorum, iuſtitiam, & uitam æternam.

II. De cura rerum terreſtrium.

Terreſtria non ſunt curanda:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Ergo non eſt adminiſtranda familia, nec facienda alia opera vitæ ciuilis.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt fallacia accidentis, uel quia plus eſt in conſequente, quàm in antecedente. Nam terreſtria non ſunt curanda, primum ita, ne cœleſtia negligantur. Deinde terreſtria uocat Paulus carnales concupiſcentias ſeu peccata, quæ recenſet ad Coloſſen. 3. inquiẽs: Mortificate igitur membra terreſtria, ſtuprum, immunditiam, mollitiem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt ſimulachrorum cultus, ob quæ uenit ira Dei in filios intractabiles.

DOMINICA XXIIII. POST

Trinitatis, Epiſtola D. Pauli, de incremento cognitionis beneficiorum Chriſti, de fructibus fidei, ſeu bonis operibus, deq; patientia ſub cruce. Ad Coloſſenſes I.

Tetraſtichon.

Ereptos Satanæ regno nos lumine uerbi,
Collocat in gnati cœlica regna Deus.
Eſt, hoc, ſumma Dei ſapientia, noſcere donum,
Teſtariq; ſuam per bona facta fidem.

Argumentum.

Epiſto-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Epiſtola eſt officioſa, qua Paulus *beneuolentiā Coloſſenſium captans, ſignificat primum ſuam ſolicitudinem erga eos, & orationes, ut in agnitione uoluntatis* Dei *quotidie creſcant & confirmentur.* Deinde *ut fidem ſuam nouitate uitæ, ſeu bonis operibus declarent, atq; teſtentur.* Tertio, *ut ſint constantes in tradita doctrina* Euangelij, *& patienter tolerent afflictiones propter confeßionem* Euangelij. Quarto *hortatur, ut gratias agāt* Deo *pro hoc immenſo beneficio, q̄ erepti ſunt per prædicationem* Euangelij *è regno diaboli, & poteſtate tenebrarum, atq; translati in regnum* Chriſti, *in quo conſequuntur hæc ingentia & æterna bona, remißionem peccatorum, iuſtitiam, & uitam æternam, gratis fide propter* Chriſtum, *qui hæc æterna beneficia per effuſionem ſui precioſi ſanguinis, et mortem promeruit, &* Eccleſiæ *in miniſterio* Euangelij *proponit.*

EPISTOLA, *Coloſſ. 1.*

PRopterea & nos, ex quo die audiuimus, non deſiuimus pro vobis orare, & poſcere, vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni ſapientia & prudentia ſpirituali, vt ambuletis digne Domino, vt per omnia placeatis in omni opere bono fructificantes, & creſcentes in agnitione Dei, omni

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

robore corroborati, iuxta potentiam gloriæ illius, ad omnem tolerantiam & patientiam, cum gaudio, gratias agentes patri, qui idoneos nos fecit ad participationem ſortis ſanctorū in lumine. Qui eripuit nos à poteſtate tenebrarum, ac tranſtulit in regnum filij ſibi dilecti, per quem habemus redemptionem, per ſanguinem ipſius, remiſſionem peccatorum.

EXPLICATIO TEXTVS.

Propterea & nos. *Eſt pars exordij Epiſtolæ ad Coloſſ. in quo gratulatur eis cognitionem Euangelij, prædicat eorum fidem & charitatem, de quibus tum ex alijs, tum ex Epaphra audierat, & hortatur, ut in agnitione Euangelij & uoluntatis Dei indies creſcant, & conſtanter perſeuerent in afflictionibus, expectantes promiſſam & repoſitam ſibi ſpem uitæ æternæ in cœlis. Et eſt conſequens Enthymematis, quod in exordio tale eſt: Cognouimus de ueſtra fide & charitate, ſeu obedientia erga Euangelium. Ergo gratulor uobis hoc tantum bonum, & hortor, ut quotidie in hac cognitione proficiatis, & confirmemini.* Nō deſiuimus. *Propoſitio ſeu conſequens Enthymematis: Oro, ut Deus conſeruet inter uos Eccleſiam, & augeatur, ſeu uberior fiat in uobis cogni-*

tio uoluntatis Dei. Impleamini. Primum quod
petit, ut cognitione Dei repleantur, hoc eſt, perfe
ctè ſeu plenè ac certó cognoſcant uoluntatem Dei
in Chriſto, quæ eſt, primum, ut ſerio & reuera ſen
tiamus iram Dei aduerſus peccata, Deinde, cre=
damus nobis remitti peccata propter filium Dei
per miſericordiam fide, Tertio, ut fidem bonis ope
ribus, ſeu nouitate uitæ declaremus, Quarto, ut
crucem patienter toleremus, & expectemus auxi
lium & liberationem à Deo fiducia filij. Implea
mini. Id eſt, ut firma & certa ſit in uobis cogni=
tio uoluntatis Dei, hoc eſt, ut certó & firmiter
ſtatuatis, quód Deus recipiat uos in gratiam, qui
obeditis Euangelio, & creditis in filium, cæteros
autem abijciat & puniat. In omni ſapientia.
Vel idem dicit: Nam cognitio uoluntatis Dei ni=
hil aliud eſt, quàm ſpiritualis ſapientia, ignota ra
tioni, quam ſpiritus ſanctus reuelat per uerbum
Dei, quód ſcilicet Deus uerè iraſcatur peccatis,
& ignoſcat reſipiſcentibus propter filium. Vel id=
eo addit, ut moneat, ne ſinant ſibi hanc cognitio=
nem Dei eripi per falſam doctrinam, nec ab ea
deficiant propter crucem. Ideo inquit: opus eſt uo=
bis ſapientia & prudentia ſpirituali, ne hanc co=
gnitionem uoluntatis Dei amittatis. Spiritua=
li. Quam ſapientiam ſpiritus ſanctus operatur,
& accendit in mentibus. Vt ambuletis. Secun
dum quod petit, uidelicet ut nouitatem uitæ incho

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ent, ſeu bona opera præſtent, quibus fidem teſt-
tur & declarent. Ambuletis digne Do-
no. Id eſt, ut uult uel præcipit Dominus, ne ſc-
cet deformetis doctrinam Euangelij peccatis.
per omnia. Id eſt, ut omnes ueſtræ actiones
tota uita placeat Deo In omni opere bo-
Exigit nouitatem uitæ, ſeu bona opera, quæ ne-
ſario cognitionem uoluntatis Dei, ſeu fidem c-
tantur. Nam qui agnoſcunt uerè irã Dei adue-
peccata, & miſericordiam recipientis nos gr-
propter filiũ, deinceps peccare deſinunt, ne ir-
Dei rurſus in ſe concitent, & inchoant nouita-
uitæ, ut ſint grati Deo pro beneficijs. Fructi-
cantes. Eſt enim uera agnitio Dei, ſeu fides e-
cax, producens bona opera ſua ſpontè, tanqu-
na arbor fructus bonos profert ſuo tempore,
1. Pſalmus docet. Creſcentes in agnitio-
Tertium quod petit, ut patienter perferant a-
ctiones, nec propter ſcandalum crucis deficia-
Euangelio. Creſcentes. Id eſt, quotidie ce-
cognoſcatis deum uobis adeſſe, & uelle uos iu-
in afflictionibus, & eſſe uoluntatem Dei, ut aff-
mini. Quia uult uos fieri ſimiles imagini filij
ad Rom 5. In omni robore corrobora-
Id eſt, uirtute Dei, qui confortat ſuos ut perf-
crucem poßint. Sicut inquit alibi: Spiritus auxi-
tur infirmitatibus noſtris. Iuxta potentia-
Id eſt, qua potenter & mirabiliter ſeruat ſu-

A

Ad omnem patientiã. Id eſt, ideo Deus confortat per ſpiritum ſanctum afflictos, ut patienter tolerare poſsint crucem. Cum gaudio. Id eſt, tranquillitate et lætitia mentis, quæ primum ex eo oritur, ꝙ ſciunt Deum ſibi eſſe placatum. Deinde, ſe affligi uoluntate Dei, non ut perdat, ſed ut ſeruet. Sicut inquit Salomon: Quem diligit Deus, hunc caſtigat. Ideo non iraſcuntur pij Deo in afflictionibus, ut impij, ſed ſubijciunt ſe uoluntati Dei, acquieſcunt in ea, & expectant auxilium, quod promiſit Deus. Sicut inquit in Pſalmo 49. Inuoca me in die tribulationis, & ego eripiam te &c. Tolerantiam. In Græco eſt ὑπομονὴν, quæ uirtus eſt, qua afflictiones patienter toleramus, ſubijcientes nos uoluntati Dei expectatione auxilij. Patientiam. μακροθυμίαν, id eſt, longanimitatem, qua cor non iraſcitur Deo in afflictione, ſed retinet fidem ſeu fiduciam de beneuolentia Dei, et expectat auxilium ſine hæſitatione. Vtrunq; complexus eſt Paulus ad Timoth. 2. cum inquit: Orate ſine ira & hæſitatione, hoc eſt, nolite iraſci Deo ſub cruce, ſed expectate ſine dubitatione auxilium, hoc eſt, liberationem uel mitigationem ærumnarum. Gratias agentes. Adhortatio ad gratiarum actionem pro cognitione Euangelij, quod enumeratione beneficiorum Dei patris erga Eccleſiam deſcribit, quód ſcilicet ſit ſermo de immenſa miſericordia Dei patris, quód etiam gentes

ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ad communionem, ſeu ſocietatem ſanctorum D
hoc eſt, ad hæreditatem uitæ æternæ, uocauit,
ſit nobis filiũ, tradentem primum Euãgelium,
Deum uerè cognoſcimus, Deinde, reconcilian
humanum genus patri ſua morte, et donantem
ſpiritu ſancto, ut ſanctificet, & confirmet nos
uera cognitione Dei, conſoletur, & erigat in
uoribus peccati ac mortis. Gratias agen
Propoſitio: Agite gratias Deo, qui elegit ſibi
cleſiam etiam inter uos gentes, miſſo filio, &
bis Apoſtolis commiſit miniſterium annunci
Euangelij inter uos. Idoneos nos fecit. Id
ex gratia ſua uocauit nos Apoſtolos ad mini
rium Euangelij. Ad participationem. Id
ut uocaremus uos etiam gentes ad ſocietatem
rum Dei. In lumine. Id eſt, per prædicatio
Euangelij, quod nouam lucem, hoc eſt, notitiam
cendit in mentibus de Deo. Eſt igitur primum
neficium Dei patris, q̃ per miniſterium Euang
uocat homines ex gratia ad uitam æternam,
hæreditatem filiorum Dei. Qui eripuit. Se
dum beneficium, q̃ miniſterium eſt efficax in E
cleſia, quo eripimur à poteſtate tenebrarum,
eſt, cæcitate, ſeu ignorantia, quæ triplex eſt: P
mum uoluntatis Dei, quód ratio humana igno
Deum uerè iraſci peccatis, & remittere ea
agentibus pœnitentiam propter Chriſtum gra
Deinde, quód ignorat, quid ſit peccatum, uid

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

et non ſolum externum factum contra legem, ſed etiam morbus internus, ſeu concupiſcentia, ut incredulitas, uacare timore & fiducia Dei. Tertio, ignorat, quæ ſit uera iuſtitia dei, non externa diſciplina, ſeu obedientia erga legem, quæ imperfecta eſt, ſed credere in Chriſtum, propter quẽ Deus nos reputat iuſtos gratis per fidẽ. De his tenebris, hoc eſt, cæcitate, ſeu ignorantia humanarum mentium, accuſat ſpiritus ſanctus mundum. Sicut inquit Chriſtus, Ioan. 16. Spiritus ſanctus arguet mũdum de peccato, & de iuſtitia, et de iudicio. A poteſtate tenebrarum. Emphaſis eſt in uoce poteſtatis, qua ſignificat diaboli potentiam excæcantis mentes impiorum. Sicut inquit 2. ad Corinth. 4. In quibus Deus huius ſeculi excæcauit ſenſus incredulorum, ne illuceſceret illis lumen Euangelij gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei. Et trãſtulit. Tertium beneficium, liberatio è regno Diaboli, peccati & mortis, & translatio in regnũ filij dei, cuius beneficia ſunt, innocentia, iuſtitia, & uita æterna. Sibi dilecti. Propter quem & nos chanos habet, Ephe. 1. Per quem. De cauſa redemptionis noſtræ, quæ non ſunt merita noſtra, ſed ſanguis, ſeu mors Chriſti, quæ λύτρον, ſeu precium eſt noſtræ redemptionis, à peccato, morte, et poteſtate diaboli. Remiſsionem peccatorum. Expoſitio, qualis ſit redemptio, non corporalis, ſed ſpiritualis, uidelicet à peccatis, propter quæ ſerui

& captiui

& captiui eramus diaboli. Per ſanguine
Qui fuit precium,ſeu ſatisfactio pro peccatis
ſtris. Deus enim non ex futilitate quadam aut-
tate remiſit peccatum. Ideo tranſlata eſt pœn
filium,ut ſatisfieret iuſtitiæ Dei: participes au
tantum fiunt huius beneficij,ſeu redemptionis
Dei, qui eam fide apprehendunt, & conſola
ſe ea in terroribus peccati & mortis. Huius f
qua ſibi quiſq; beneficia redemptionis app
mentionem facit in dicto ad Rom. 3. quo ſum
totius doctrinæ de iuſtificatione breuiter com
xus eſt,inquiens: Omnes peccauerunt, & deſ
untur gloria Dei, Iuſtificantur autem gratis
illius gratiam,per redemptionem, quæ eſt in C
ſto Ieſu,quem propoſuit Deus reconciliatorem
fidem,interueniente ipſius ſanguine.

OBIECTIO, De incremento cognitionis Dei.

Opera Dei ſunt perfecta.
Cognitio Chriſti eſt opus Dei:
Ergo cognitio Chriſti in ſanctis
perfecta: & per conſequens, fru
orauit Paulus eius incremen
Coloſſenſibus.

Reſpondeo ad maiorem,per diſtinctionem:
pera Dei ſunt duplicia: Creationis,quæ in ſe p
fecta ſunt: et Regeneratiõis, qualia ſunt cog

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Dei, fides et charitas, quæ in hac uita inchoantur, & creſcunt exercitijs, ſed perficientur in uita æterna. Vnde inquit Paulus, 1. ad Corinth. 13. Cernimus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem (in uita æterna) facie ad faciem. Et Ioan. inquit: Chariſsimi, nunc filij Dei ſumus, & nondum apparuit quod futuri ſumus: Scimus autem, quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam uidebimus eum, ſicut eſt.

DOMINICA XXV. POST Trinitatis, Epiſtola D. Pauli, de reſurrectione mortuorum, & aduentu Chriſti ad iudicium in nouiſsimo die. Priore ad Theſſalo. IIII.

Tetraſtichon.

Funera quid triſtis defles morientis amici?
Non perit, in Chriſto quem rapit atra dies.
Nam Dominus ueniet iudex cùm Chriſtus Ieſus,
Membra iterum lætus tunc renouata geret.

Argumentum.

Conſolatur primum in hac Epiſtola Diuus Paulus mœſtos propter mortem amicorum & cognatorum, docens contra pſeudapoſtolos, qui immortalitatem animarum, & reſurrectionem mortuorũ negabant, eos qui moriuntur, non prorſus interire

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

aut extingui, ſed obdormiſcere tantum, & reſurrecturos eſſe ad perpetuam lætitiam, & gloriam in nouiſsimo die, qui in Chriſtum crediderunt. Poſtea deſcribit aduentum Chriſti glorioſum ad iudicium, & ordinem ac modum reſurrectionis mortuorum oſtendit.

EPISTOLA, 1. *Theſſ.* 4.

NOlo vos ignorare, fratres, de his qui obdormierunt, ne doleatis, quemadmodum & cæteri non habentes ſpem. Nam ſi credimus, quòd Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit: Sic & Deus eos, qui dormierunt per Ieſum, adducet cum illo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quòd nos qui viuemus, & reliqui erimus in aduentum Domini, nequaquam præueniemus eos, qui dormiunt. Quoniam ipſe Dominus cum hortatu, & voce Archangeli, ac tuba Dei deſcendet de cœlo, & mortui in Chriſto reſurgent primùm: deinde nos qui viuemus, qui reliqui erimus, ſimul cum illis rapiemur in nubibus in occurſum Domini in aëra, & ſic ſemper cum Domino erimus. Proinde conſolemini vos mutuo ſermonibus his.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

EXPLICATIO TEXTVS.

Nolo uos. Propoſitio conſolationis, non prorſus pereunt aut extinguuntur, qui moriuntur in Chriſto, ſed reſurgent in extremo die glorificatis corporibus. Ergo nolite nimium dolere, ſeu angi animis propter mortuos amicos. Vos. Qui eſtis Chriſtiani, et creditis reſurrectionem mortuorum. Ignorare. Quia articulus de reſurrectione Chriſti, & noſtrorum corporum neceſſarius eſt ad ſalutem conſequendam, Ideo nemo Chriſtianorum eum ignorare debet, ſicut docet priore ad Corinth. 15. Quòd ſi Chriſtus non reſurrexit, ſuperuacanea eſt fides ueſtra: adhuc eſtis in peccatis ueſtris. Igitur et qui obdormierunt in Chriſto, perierunt. Qui obdormierunt. Mortem credentium in Chriſtũ ſomnum ſcriptura uocat, quia non ſentiunt terrores mortis, ſed tanquam ſuauiſsimo ſomno conſopiti euigilabunt in nouiſsimo die. Sic Chriſtus Ioh. 11. Lazari mortem ſomnum uocat, & cap. 8. inquit: Amen amẽ dico uobis, qui meum ſermonem ſeruat, non uidebit mortem in æternum. Et Danielis 12 dicitur: Et multi de his, qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt, alij in uitam æternam, alij in opprobrium, ut uideant ſemper. Ne doleatis ut cæteri. Gentes, quæ non credunt reſurrectionem neq; Chriſti, neq; ſuorum corporum. Prohibet autem non moderatum dolorem, qui ueri amoris ſignum eſt, ſed Ethnicum eiulatum, ſeu planctum, qui

incredulitatis eſt ſignum, et effectus. Ideo addit, Sicut cæteri qui ſpem non habent, ſcilicet futuræ reſurrectionis, & melioris uitæ. Nam ſi. *Ratio propoſitionis. Quia quicunq; in Chriſto obdormierunt, iterum reuiuiſcent in extremo die, et perfruentur tunc colloquio, & conſuetudine eorum in ſumma & perpetua gloria, & lætitia.* Si credimus. *Addit cauſam noſtræ reſurrectionis glorioſæ, quæ eſt fides de morte & reſurrectione Chriſti. Nam mors & reſurrectio Chriſti, operatur noſtram reſurrectionem, per quam credentes ſunt membra Chriſti. Ergo quod in capite accedit, etiam in membris futurum erit. Sicut docet priore ad Cor. 15.* Hoc enim. *Confirmatio rationis cum aſſeueratione, qua docet primum, ſub aduentum Domini uicturos adhuc eſſe homines. Deinde, hos ipſos non præuenturos eos, qui mortui ſunt, ſed in momento oculi transmutandos, et unà cum mortuis reſuſcitatis rapiendos in cœlum. Sicut inquit priore ad Corinth. 15. Non omnes quidem dormiemus, omnes tamen immutabimur in puncto temporis, in momento oculi, per extremam tubam. Canet enim & mortui reſurgent incorruptibiles, & nos immutabimur.* In uerbo Domini. *Tanquam rem certiſsimmam quia Deus, qui reſurrectionem mortuorum prædixit futuram in ſuo uerbo, uerus eſt, & omnipotens.* Qui uiuemus. *Id eſt, ſuperſtites tunc erimus & nondum mortui. Nam ſub*

aduentum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

aduentum Domini adhuc uicturi ſunt homines, quos uiuos appellat Symbolum. Vnde inquit Chriſtus, Matt. 24. *Sicut erant dies Noe, ita erit aduentus Filij hominis. Sicut enim erant in diebus, qui præceſſerunt diluuium, edentes, & bibentes, contrahentes matrimonium, & nuptum dantes, uſq; ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt, donec ueniſſet diluuium, et ſuſtuliſſet uniuerſos, ita erit & aduentus Filij hominis,* Qui reliqui erimus. Loquitur in perſona eorum, qui tum uicturi ſunt, cum Chriſtus ad iudicium ueniet. Neq; enim ſic intelligi debet, quaſi crediderit ſuo, hoc eſt, Apoſtolorum tempore, diem iudicij uenturum, Nam ſic ſcribit poſteriore Theſſaloni. 2 *Ne cito dimoueamini á mente, neq; turbemini, neq; per ſpiritum, neq; per ſermonem, neq; per Epiſtolam tanquam á nobis profectam, quaſi inſtet dies Domini: Ne quis uos decipiat ullo modo, quoniam non aduenient Dominus, niſi uenerit defectio prius, & reuelatus fuerit homo ille ſceleroſus, filius perditus.* Qui reliqui erimus. Id eſt, qui uiuemus illo ipſo tempore, ſeu die, quo aduenient Dominus, de quo die nemini mortalium quicquam conſtat. Vnde inquit Chriſtus, Actorum 1. *Non eſt ueſtrum noſſe tempora, & articulos temporum, quos Pater in ſua ipſius conſtituit poteſtate.* Et Matthæi 24. inquit: *De die illo & hora nemo ſcit, ne Angeli quidem cœlorum, niſi*

pater meus ſolus. Quoniam. *Expoſitio, primum qua maieſtate Chriſtus rediturus ſit de cœlo ad iudicium, in nouiſsimo die, ſcilicet tanquam potentiſsimus Dominus, ſeu dux cum exercitu totius cœleſtis militiæ. Deinde, quo modo & ordine reſurrectio fiet. Tertio, ubi iudicium peragetur, uidelicet in aëre. Quarto, ubi poſt hanc uitam erunt pij, uidelicet apud Chriſtum in cœlo, cuius dulciſsima conſuetudine perfruentur in æterna lætitia, & gloria, abiectis impijs cum Diabolis in æternos cruciatus.* Cum hortatu. *De maieſtate, & gloria aduentus Chriſti, & á quibus conuocabuntur mortui ad iudicium.* Cum hortatu. *Quo tanquam claſsico Chriſtus uniuerſam militiam cœleſtem, ſeu angelicas uirtutes, conuocabit ad iudicium. Vetus Textus habet, cum iuſſu, quem intelligunt ſcriptores mandatum, ſeu iuſsionem Dei patris ad Filium, ut deſcendat ad iudicium.* Voce Archangeli. *Per uocem Archangeli intelligunt omnes uirtutes Angelicas. Quia omnes Angeli aduenientc Domino ad iudicium, uocibus perſonabunt.* Tuba Dei. *Per tubam intelligunt clariſsimam uocem cuiuſdam Angeli, qua excitabuntur mortui. Sicut inquit Chriſtus, Marci 13. Mittet filius hominis Angelos ſuos cum tuba, & uoce magna, que uox erit hæc: Ecce, Sponſus uenit, exite obuiam illi. Item,*

Exurgi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Exurgite de ſepulchris ueſtris, occurrite ad iudicium Redemptori ueſtro. Hac uoce conuocabuntur omnes homines ad iudicium, ſicut in prælijs, & ſolennitatibus tuba conuocari ſolebat exercitus, & populus. Mortui in Chriſto. Ordo reſurrectionis mortuorum. Rapiemur. Velocitas reſurrectionis, & extremi iudicij. Rapiemur. Ab Angelis, qui ſpiritus ſunt miniſtratorij electorum, ad Hebræos 1. In nubibus. In quibus deſcendet Chriſtus ad iudicium. Sicut inquit, Lucæ 21. Tunc uidebunt Filium hominis uenientem in nube, cum poteſtate & gloria magna. In aëra. Non enim deſcendet Chriſtus in terram, ſed in aëre ſedebit iudicans orbem terrarum. Et ſic. Cum corpore & anima, quæ in reſurrectione rurſus coniungentur inſeparabiliter. Semper. Teſtimonium de uita æterna, & perpetua gloria piorum. Cum Domino. Id eſt, in cœlo perpetuò fruemur dulciſsimo colloquio, & conſuetudine filij Dei in uita æterna. Proinde. Conſolatio contra mortem, ſumpta á reſurrectione mortuorum, in qua iterum conueniemus. His uerbis. Id eſt, de aduentu Chriſti ad iudicium, & reſurrectione mortuorum, quorum cogitatio ſummam, & præſentiſsimam affert conſolationem in omnibus ærumnis præſentis uitæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

OBICTIONES TRES.

I. *An liceat deflere mortuos.*

Prohibet Paulus luctum, ſeu dolorem propter defunctos amicos: Ergo omnino non eſt dolendum, cum parentes, aut alij propinqui, uel amici moriuntur.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt fallacia a dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter. Nam Paulus non ſimpliciter prohibet dolorem in morte amicorum, ſed prohibet immodicum, ſeu Ethnicum luctum, & eiulatum, qui fit ſine fide, ſeu ſpe futuræ reſurrectionis, in qua iterum conſociabimur. Vndè addit: Ne doleatis quemadmodum & cæteri, qui ſpem non habent, hoc eſt, qui arbitrantur hominem, cum moritur, totum interire, & extingui, ſicut bruta animantia extinguuntur.

II. *Anabaptiſtarum & cæterorum argumentum, qui dolorem in morte amicorum omnino improbant.*

Conſtantia & fortitudo decent Chriſtianos.

Non

Non deflere mortuos, eſt conſtantia et fortitudo:

Ergo Chriſtiani prorſus non debent deflere mortuos.

RESPONSIO.

Nego minorem: Quia non deflere mortuos amicos, non eſt conſtantia aut fortitudo, ſed hypocriſis, ſeu ſimulatio harum uirtutum. Quia naturali στοργῆ *mouentur corda, parentum, et aliorum, quos charos habuimus, interitu, ſeu diſceſſu à nobis. Sicut Chriſtus doluit nortuo Lazaro, Ioh. 11. Item Paulus ægritudine Epaphroditi contriſtatus eſt, Philippenſes 2. Sic & Abraham, Iacob, Iſaac, Dauid ſuos defleurnt, quo amorem ſuum erga ipſos conteſtati ſunt.*

III. QVÆESTIO.

Quare Paulus mortem Chriſti uere mortem uocat, noſtram autem mortem uocat ſomnum?

RESPONSIO.

Primum, ut morte filij Dei, quæ omnium & indigniſsima, & acerbiſsima fuit, efficatius nos conſolaretur, & eleuaret noſtram mortem, quæ cum in Chriſto morimur, quaſi ſomnus dulciſsimus eſt, Deinde, ut ſignificet meritum ac cauſam noſtræ reſurrectionis, quæ eſt mors & reſurrectio Chriſti, quarum efficatia noſtra corpora reſurgent

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

gent conformia corpori Chriſti glorioſo, ut inquit ad Philippenſes 2. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt, ex quo & ſeruatorem expectamus, Dominum Ieſum Chriſtum, qui transfigurabit corpus noſtrum humile, ut conforme reddat corpori ſuo glorioſo, ſecundum efficaciam, qua poteſt etiam ſubijcere ſibi omnia.

DOMINICA XXVI. POST
Trinitatis, Epiſtola D. Pauli, de liberatione ac præmijs æternis piorum poſt crucem, & damnatione ac pœnis impiorum poſt hanc uitam. Posteriore Theſſalo. I.

TETRASTICHON.

Eſt Deus, eſt iudex uenturus ab æthere claro
Chriſtus, ut exhibeat præmia læta pijs,
Flammiuorisq; ſuos exurat ut ignibus hoſteis:
Debita ſic factis præmia quiſq; feret.

ARGVMENTVM.

Adhortatur hac Epiſtola D. Paulus Theſſalonicenſes ad perſeuerantiam in doctrina Euangelij, & ſtudio pietatis ſub afflictionibus, quas propter confeßionem Euangelij ſuſtinebant, á futura liberatione, & cæteris præmijs, quibus in nouißimo die, cum Chriſtus iudex uiuorum & mortuorum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

rum iterum apparebit, coram uniuerſa Eccleſia ornabuntur, & conterret ſimul impios & perſecutores Eccleſiæ, propoſitis pœnis, quas poſt hanc uitam luet abiecti á facie Dei cum Diabolis, in perpetuos cruciatus. Initio autem laudat Theſſalonicenſium fidem, mutuam charitatem, & tolerantiam in confeßione ueræ doctrinæ, ut & ipſos ad harum uirtutum incrementum magis inuitet, et adhortetur etiam cæteros ad earundem amorem, ac ſtudium.

EPISTOLA, 2 *Theſſa.* 1.

GRatias agere debemus Deo ſemper de uobis, fratres, ut par eſt, quod uehementer augeſcit fides ueſtra, & exuberat mutua ueſtra omnium charitas cuiuſq; in alterum, adeó ut nos ipſi de uobis gloriemur in Eccleſijs Dei, de tolerantia ueſtra, & fide, ſuper omnibus perſecutionibus ueſtris, & afflictionibus, quas ſuſtinetis, documentum iuſti iudicij Dei, in hoc, ut digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini. Siquidem iuſtum eſt apud Deum, reddere ijs, qui affligunt uos, afflictionem: Et uobis, qui affligimini, relaxationem nobiſcum, cum reuelabitur Dominus Ieſus de cœlo, cum Angelis potentiæ ſuę, cum incendio flam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

mæ, qui infliget ultionem ijs, qui non no-
uerunt Deum, & qui non obediunt Eu-
angelio Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui
pœnam luent interitum æternum, à facie
Domini, & à gloria fortitudinis illius,
cum uenerit, ut glorificetur in ſanctis
ſuis, & admirandus fiat in omnibus cre-
dentibus, quod fides habita ſit teſtimo-
nio noſtro erga uos in die illo.

EXPLICATIO TEXTVS.

Gratias agere. *Exordium eſt Epiſtolæ, quæ
prædicat tria in Theſſalonicenſibus, Fidem, cha-
ritarem, & conſtantiam in tradita & accepta do-
ctrina Euangelij in perſecutionibus. Fides eſt cer-
ta fiducia, qua cor apprehendit & applicat ſibi
beneficia Chriſti in Euangelio propoſita, ut remiſ-
ſionem peccatorum, ſpiritum ſanctum, iuſticiam,
& uitam æternam, gratis propter Chriſtum.
Charitas eſt fructus Fidei, qua complectimur ex
animo, & iuuamus quibuſcunq; poſſumus officijs,
proximum egentem, ſine porſonarum aut præmij
reſpectu, tantum propter Deum, & quia mem-
brum eſt eiuſdem Eccleſiæ. Conſtantia eſt firmi-
tas animi, qua in uera doctrina, eiusq; confeſſione
perſeueramus in omnibus periculis coram mun-
do, & tyrannis, ſicut Laurentius, & cæteri mar-
tyres fecerunt. Quia autem hæc tria humana ra-*

tione

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

tione ſeu uiribus effici non poſſunt, aut retineri, Ideo Paulus pro his agit gratias Deo, nomine Theſſalonicenſium, & rogat ſimul, ut hæc in eis augeantur & confirmentur. Et præſtat officium ueri ac fidelis Paſtoris, quòd pro Eccleſia ſeu Ouibus ſuis tantoperé eſt ſolicitus. Vt par eſt. Quia uult Deus, ut agnoſcamus ſua beneffcia, & agamns ipſi gratias pro eis, unde Chriſtus nouem Leproſorum, qui mundati erant, ingratitudinem taxat, Lucæ 7. Eſt autem longé omnium maximum beneficium Dei, cognitio Euangelij, fides, dilectio, & perſeuerantia in cruce. Augeſcit fides, Hoc eſt, certa perſuaſio de miſericordia, ſeu beneuolentia Dei erga nos propter Filium, cum diligenter & ſeriò audimus, legimus, & meditamur uerbum Dei. Nam ſpiritus ſanctus eſt efficax per externam uocem, ut in mente quotidie accendatur maior lux ſeu noticia Dei, & confirmentur corda, unde rogant Apoſtoli, Lucæ 17. ſibi augeri fidem. Et Chriſtus inquit Lucæ 8. Habenti dabitur, hoc eſt, dona augebuntur in eis, qui ſunt dociles ac ſeduli in audiendo & diſcendo uerbo Dei. Charitas. Hæc fidei eſt fructus ac ſignum. Ergo quicunq; charitatis officia, cum poteſt, non preſtat proximo, huius inanis eſt de fide iactantia. Nam uera fides per charitatem eſt efficax. De uobis gloriemur. Cauſa finalis huius gloriationis Diui Pauli fuit, ut exemplo

Theſſalo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Theſſalonicenſium, cæteræ quoq; Eccleſiæ inuitarentur ad ſimilem fidem, dilectionem, & tolerantiam in cruce. Quas ſuſtinetis. Non propter aliqua flagitia, ſed propter confeßionem Euangelij, ſeu doctrinam Chriſti. Sunt in genere 8. cauſæ crucis Eccleſiæ ſeu piorum.

1. Peccatum, quod cauſa eſt mortis & omnium calamitatum humani generis, ſicut inquit Paulus ad Rom. 5. Per peccatum mors intrauit in mundum. Item in cap. 8. Corpus morti deſtinatum eſt propter peccatum.

2 Diabolus, qui rabioſius affligit Eccleſiam, ut funditus deleat, ut prædictum eſt Gen. 3 Serpens mordebit calcaneum eius.

3 Vt agnoſcatur ira Dei aduerſus peccatum in Eccleſia, quam multitudo prophana ſecurè negligit & comtemnit.

4 Vt reliquiæ peccati in natura corrupta mortificentur. Sicut dicit Hieremiæ 30. Caſtigabo te in iudicio, ne uidearis tibi innocens. Item, priore Corinth. 11. Cum iudicamur, à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur.

5 Vt afflictiones ſint teſtimonia doctrinæ, propter quam doctores & auditores eius, mortem & cæteras ærumnas ſuſtinent.

6 Vt ſint teſtimonia immortalitatis, quia quum pij hic horribiliter affliguntur, qui tamen Deo curæ ſunt, neceſſe eſt reſtare aliam uitam, in qua pijs

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

pijs afflictis melius erit, & ornabitur Eccleſia æternis præmijs.

7\. *Vt pij ſimiles efficiantur imaginis filij* Dei *in cruce, ut & gloriæ eius reddantur conſortes.* Sicut docet Paulus *ad* Rom. 8.

8 *Vt* Deo *ſit occaſio mirandæ liberationis, & glorificationis* Eccleſiæ, *& appareat* Eccleſiam *non humanis conſilijs & præſidijs, ſed diuina potentia & ſapientia collígi, defendi, & conſeruari.*

Conſolationes uero ſunt tres.

Prima, afflictiones, ſeu crucem non accidere nobis fortuitò aut caſu, ſed ſciente aut permittente Deo, *certo conſilio* Dei, *qui certas metas præſcribit, ultra quas ſæuire* Diaboli, *aut hominum malitia non poteſt. Sicut inquit* Chriſtus Matth. 10. *Omnes capilli ueſtri capitis numerati ſunt. Item* Paulus *Actorum* 17. *In ipſo* (Deo) *uiuimus, mouemur, & ſumus.*

Secunda, Deum *affligere nos, non ut perdat, ſed ut retrahat ad pœnitentiam, ſicut dicitur* Apo. 3. *Ego quos diligo, arguo & caſtigo.* Et Hebræos 12. *Flagellat* Dominus *omnem filium, quem recipit.*

Tertia, Promiſsio auxilij, mitigationis pœnarum, præſentiæ Dei, *& liberationis.* Vt Nahum 1. *Bonus eſt* Dominus, *et confortans in tribulatione, et agnoſcens ſperantes in ſe.* Et Pſalm. 33. *Pro-*

pè

pè eſt Dominus his, qui trubulato ſunt corde.

Eſt igitur in afflictionibus certò ſtatuendum Deum non latere noſtras ærumnas, & uelle nos e-cis oportuno tempore liberare. Ideo ab eo auxili-um petere & expectare debemus, & ſubijcere nos uoluntati eius, ut cum ipſi fuerit uiſum libe-ret nos, ſicut promiſit Pſalm. 49. Inuoca me in die tribulationis, & ego eripiam te, & tu glorifica-bis me. Documentum iuſti iudicij. Id eſt, quæ afflictiones Eccleſiæ ſunt teſtimonium, Deum iuſtà iudicare, hoc eſt, damnare impios, & perſe-cutores Eccleſiæ, liberaturum autem Eccleſiam ſuo tempore, quæ in hac uita ſubiecta eſt cruci & opprimitur ab impijs. Vt digni habeami-ni. Id eſt, idonei ſeu apti, quia pij ſimiles fiunt per crucem imaginis filij Dei, ut & gloriæ eius ſint participes. Ad Rom. 8. Sicut iuſtum eſt. Ætiologia, qua iuſtum Dei iudicium & ordina-tionem oſtendit eſſe hanc, ut qui in hac uita affli-guntur, in altera habeant melius. Vnde inquit Abraham ad diuitem epulonem, Lucæ 16. Fili re-cordare, quod acceperis bona tua in uita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Nunc autem hic ſolatio fruitur, tu uerò cruciaris. Cum reuelabitur. Teſtimonium de extremo iudicio, et reditu Chri-ſti in nouiſsimo die, in quo Eccleſia liberabitur ab omnibus ærumnis, & perſecutores eius abij-cientur cum diabolis in æternum ignem. Cum

Angelis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Angelis. Deſcriptio maieſtis & gloriæ aduentus Chriſti, de qua & in ſuperiori Epiſtola dictum eſt. Potentiæ ſuæ. Vt Matth. 25. Cum uenerit Filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli cum eo, tūc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, et cōgregabuntur ante eum omnes gentes etc. Potentiæ ſuæ. Id eſt, per quos ſuam potentiam declarabit. Cum incendio flammæ. Id eſt, igne, qui Chriſtum redeuntem è cœlo præcedet, & incenſurus eſt in circuitu inimicos eius, ut dicitur Pſalm. 49. Deus manifeſtè ueniet, Deus noſter, & non ſilebit, ignis in conſpectu eius ardeſcet, & in circuitu eius tempeſtas ualida. Et Pſalmo 96. Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Hoc igne inuoluti impij poſt iudicium, abijcientur cum dæmonibus in locum inferorum, ubi perpetuis ſupplicijs excruciabuntur, ſicut hic inquit Apoſtolus: Qui pœnam luent, interitum æternum. Vt glorificetur. Clarius & glorioſius appareat ſeu conſpiciatur ab omnibus, ſicut inquit Pſalm. Manifeſtè ueniet, & non ſilebit. Admirandus. Non iam contemptus ac humilis, ut in primo aduentu. Quod fides. Cauſa beatitudinis Eccleſiæ fides. Teſtimonio noſtro. Prædicationi Euangelij de Chriſto & eius beneficijs æternis. Erga uos. id eſt, quod nos Apoſtoli, annunciauimus uobis, & uos uera fide accepiſtis.

In

In die illo. *Id eſt, extremi iudicij, in quo Chri-ſtus pios ab impijs, tanquam paſtor agnos ab hœ-dis, ſeparabit,* Matth. 25.

OBIECTIONES DVÆ.

I *An perſecutiones piorum mereantur uitam æternam.*

Inquit Paulus, ideo Theſſalonicenſes ſu-
ſtinere afflictiones, ut digni habe-
antur regno Dei:

Ergo afflictiones merentur regnum Dei
ſeu uitam æternam.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam: Quia plus eſt in conſe-quente, quam in antecedente. Nam *Paulus dig-nos dicit haberi* Theſſalonicenſes *regno* Dei *propter perſecutiones, quia per crucem redduntur ſimi-les imaginis Chriſti, ut & gloriæ eius ſint parti-cipes.* Rom. 8. Non *quòd afflictiones ſint merita uitæ æternæ, quæ, ut ad* Romanos *inquit cap. eſt donum* Dei *ait.* Et *cap.* 8. Reputo *non eſſe pares afflictiones præſentis temporis, ad gloriam, quæ reuelabitur erga nos.*

II. De *gloriatione* Pauli.

Inquit Paulus, poſteriore ad Corin-
thios

thios 10. Qui gloriatur in Domino glorietur.

Hic non gloriatur in Domino, ſed in Theſſalonicenſibus:

Ergo non recte gloriatur.

RESPONSIO.

Nego minorem: Quia etiam hic gloriatur in Domino. Nam prædicat Domini miſericordiam, & efficaciam ſpiritus ſancti in Theſſalonicenſibus, quod prædicationi Euangelij uerè crediderint. Deinde cauſa finalis huius gloriationis fuit Diuo Paulo, ut exemplo Theſſalonicenſium etiam aliæ Eccleſiæ doctrinam Euangelij ſuſciperent, ut hoc modo ſanctificatio nominis Dei, ſeu prædicatio Euangelij quàm latiſſimè propagaretur, & quàm plurimis innoteſceret.

Finis Epiſtolarum Dominicalium.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

IN FESTO SANCT
ANDREÆ APOSTOLI, EPIST
la Diui Pauli, de uera ſeu Chriſtiana iuſtitia, eſt fides in Chriſtum, eiusq́; confeßio
Ad Rom. X.

TETRASTICHON.

Æternam nobis reparauit morte reſurgens
Iuſticiam, Chriſtus natus in orbe Deus.
Oblatam uerbo tantam qui corde ſalutem
Accipit, eſt ſaluus non dubitante fide.

ARGVMENTVM.

Deſcribit primum in hoc textu Diuus Pa
Chriſtianam iuſticiam, quæ eſt imputatio iuſti
gratuitæ propter Chriſtum filium Dei medi
rem, crucifixum, mortuum, & reſuſcitatum: c
iuſtitiæ legis, quæ externa tantum eſt obedien
opponit. Deinde docet, quomodo ad illam iuſti
am filij Dei perueniamus, uidelicet per fidem,
ex miniſterio uerbi Dei concipitur. Tertio oſ
dit participes fieri huius iuſticiæ alienæ et gra
tæ, omnes homines, tam gentes quám Iudæos,
Euangelio, quod Apoſtoli in toto orbe terrar
ſonuerunt, aſſentiuntur uera fide: damnari co
trá omnes, qui oblatam gratiam in Euangelio re
ciunt, contemnunt, & perſequuntur.

EP

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

EPISTOLA, Rom. 10.

FRATRES, Perfectio legis Chriſtus ad iuſtificationem omni credenti. Moſes enim ſcribit de iuſtitia, quæ eſt ex lege, quód qui fecerit ea homo, uiuet per illa. Cæterum quæ ex fide eſt iuſtitia, ea ſic loquitur: Ne dixeris in corde tuo: Quis aſcendet in cœlum? hoc eſt Chriſtum ex alto deducere. Aut quis deſcendet in abyſſum? hoc eſt Chriſtum ex mortuis reducere. Sed quid dicit? Prope te uerbum eſt in ore tuo, & in corde tuo. Hoc eſt uerbum fidei, quod prædicamus, nempe ſi confeſſus fueris ore tuo Dominum Ieſum, & credideris in corde tuo, quód Deus illum excitauit à mortuis, ſaluus eris. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem. Dicit enim Scriptura: Omnis qui fidit illi, non pudefiet. Non enim eſt diſtinctio uel Iudæi, uel Græci. Nam idem Dominus omnium, diues in omnes inuocantes ſe. Quiſquis enim inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit. Quomodo igitur inuocabunt eum, in quem non crediderunt? Quomodo autem credent ei, de quo non audie-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

audierunt? Quomodo autem audient abſq; prædicante? Quomodo autem prædicabunt, niſi miſsi fuerint? Sicut ſcriptum eſt: Quam ſpecioſi pedes annunciantium pacem, annunciantium bona. At non omnes obedierunt Euangelio. Eſaias enim dicit: Domine, quis credidit ſermonibus noſtris? Ergo fides ex auditu eſt, auditus autem per uerbum Dei. Sed dico, an non audierunt? Atqui in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terrarum uerba illorum.

EXPLICATIO TEXTVS.

Perfectio legis Chriſtus. *Propoſitio primi loci de Chriſtiana iuſtitia, quæ eſt ipſe Chriſtus, ſeu impletio eius perfecta legis, propter quā Deus reputat nos iuſtos gratis fide, hoc eſt, ſumus accepti Deo, non quia nos legem implemus, ſed quia in Chriſtum credimus, cuius impletio legis noſtra eſt iuſticia per fidem.* Perfectio. *Id eſt, conſummatio, hoc eſt, Chriſtus uerè & perfectè impleuit legem.* Ad iuſticiam. *Id eſt, ad iuſticiæ imputationem. Nam Deus credentes in Chriſtum iuſtos reputat, perinde ac ſi ipſi per omnia legi ſatisfeciſſent.* Moyſes enim. *Antitheſis ſeu collatio iuſtitiæ legis, & iuſtitiæ fidei, quam ex dicto Moyſi, Leuit. 18. ſumit, ut iuſtitiam fidei hac collatione*

ne magis illuſtret. Confert autem utranq; iuſticiam
in cauſa formali, quæ eſt facere et credere, hoc mo
do, Iuſticia legis eſt facere legem. Iuſticia fidei eſt
credere in Chriſtũ. Sed quia nullus hominũ propter
corruptionem naturæ legi perfectè ſatisfacit, ideo
opus eſt iuſticia fidei, qua Deus credentes in Chri=
ſtum iuſtos reputat gratis, non imputans eis pecca
ta. Quæ ex lege eſt. Id eſt, quam lex præcipit.
ſeu exigit. Qui fecerit ea homo. Cauſa forma=
lis iuſticiæ legis, facere legem, id eſt, perfectè obe=
dire Deo, ſicut inquit lex: Diliges Dominum De=
um tuum ex toto corde &c. Viuet in eis. Id
eſt, habebit homo præmia corporalia & ſpiritua=
lia, ſi perfectè fecerit legem. Sed quia legi non ſa
tisfacit, opus habet iuſticia fidei, qua Deus peccata
non imputat propter fidem in Chriſtũ. Cęterum
quæ ex fide. Altera pars collationis, continens
deſcriptionem iuſticiæ fidei, quæ eſt credere uer=
bo Dei, quod iuſtos nos reputat gratis propter
Chriſtum, non propter noſtrum aliquod opus, aut
propter noſtram qualitatem ſeu dignitatem. Quę
ex fide eſt iuſtitia. Id eſt, quæ credit Deum
eſſe omnipotentem, miſericordem & ueracẽ, item
quæ datur uel imputatur gratis propter Filium.
Sic dicit. Id eſt, hæc fides certo ſtatuit ex uerbo
Dei, quòd ſit Deus, quòd exaudiat, et curet res hu=
manas, ſaluaturus ſit credẽtes in promiſſum et iam
exhibitũ mediatorem, etiamſi hoc negant homines

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Epicurei & increduli. Hanc impietatem et incre-dulitatem fides taxat, inquiens, Ne dixeris in cor-de tuo &c. id eſt, ne ſic cogites, non eſſe Deum, non curare res humanas, non recipere & ſaluare cre-dentes in Chriſtum, quia hæc omnia reuelata ſunt in uerbo Dei, quare de ijs certò ſtatui poteſt. Quis aſcendet in cœlum. *Hæc uerba ſunt* μιμητικὰ, *Epicureorum et impiorũ hominum ne-gantium aut dubitantium de Dei eſſentia & uolun-tate.* Aſcendet in cœlum. *Id eſt, quis poteſt cognoſcere uoluntatem Dei inconſpicui.* Hoc. *Scilicet tam impiè cogitare de Deo.* Chriſtum ex alto deducere. *Id eſt, negare Chriſtum eſſe omnipotentem, & regnare diuina potentia.* Aut. *Repetendum eſt ex præcedentibus: Ne dixeris in corde tuo, hoc uidelicet,* Quis deſcendet in abyſſum. *Id eſt, quis certò ſtatuere poteſt, an ſit liberatio ex inferno, an reſtat alia uita poſt mor-tem.* Hoc. *Videlicet tam impiè cogitare de Deo, de remiſsione peccatorum, & de uita æterna.* Chriſtum ex mortuis reducere. *Id eſt, ne-gare Chriſtum eſſe mortuum et reſuſcitatum à mor-te, & eſſe uictorem peccati & mortis.* Sed quid dicit. *Hactenus reprehendit Paulus ex Moſe im-pietatem humani cordis, quod affirmare non po-teſt Deum curare res humanas, aut miſereri no-ſtri. Nunc ex antitheſi quaſi confutans illam impi-am dubitationem de uoluntate Dei, oſtendit etiam*

certò

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

certó cognoſci poſſe, quia ſit in uerbo Dei patefacta hominibus, & requirit fidem, quam deſcribit affirmatiuè, quod non ſit dubitare, ſed credere quod Chriſtus ſit Dominus, uidelicet ille, per quem eſt promiſſa benedictio, qui liberat á morte & peccato. Comprehenditur autem ſumma huius loci Syllogiſmo:

Verbo Dei credendum eſt, quia hoc dictum Moſi teſtatur.

Voluntas Dei de iuſtitia fidei ſeu reconciliatione propter Chriſtum eſt reuelata in uerbo Dei, quia inquit Moſes: Prope te eſt uerbũ in ore tuo, & corde tuo: quod generaliter dictum á Moſe, Paulus ad uocem Euangelij transfert.

Ergo certa credenda eſt reconciliatio &c.

Sed quid dicit? Scilicet ſcriptura, Deut. 20 Q. d. Impia eſt hæc dubitatio de uoluntate Dei, quia ea patefacta eſt in uerbo Dei. Quod prope eſt, inquit, in ore tuo. Id eſt, quod uel ipſe legis, uel ſonat in publico miniſterio. Et in corde tuo. Id eſt, cui certó tibi aſſentiendum eſt, uel per quod efficax eſt ſpiritus ſanctus, impellens ac mouens cor tuum ad credendum. Hoc eſt uerbum. Accommodat generale dictum Moſi de uerbo & fide, ad Euangelium de imputatione iuſtitiæ fidei, cuius hîc breuem ſummam complectitur. Hoc eſt uerbum. Id eſt, hæc eſt ſumma Euan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

gelij de iuſticia fidei, quæ non eſt facere legem, ſed credere in Chriſtum reconciliatorem. **Verbum fidei.** Id eſt, quod exigit fidem, hoc eſt, fiduciam in miſericordiam promiſſam propter Chriſtum, & opponit uerbo legis, quod exigit opera tum interiora tum exteriora legis, ſed quia hæc imperfecta & immunda ſunt, legi non ſatisfaciunt. Eſt igitur opus gratuita imputatione iuſticiæ propter Chriſtum. **Quod predicamus.** Commendatio miniſterij & uerbi uocalis, per quod efficax eſt Deus conferens credentibus ſpiritũ ſanctum etc. **Nempe ſi.** Expoſitio quodnam ſit uerbum fidei, et complectitur hoc breui dicto ſummã totius Euangelij, quæ eſt hæc, ut credamus & confiteamur coram mundo Chriſtum eſſe promiſſum dominum, mediatorem, & uictorem peccati, mortis & Satanæ, qui mortuus ſit propter peccata noſtra, & reſuſcitatus propter iuſtificationem noſtri, ut inquit cap. 4. **Si confeſſus fueris.** Ordo eſt: Si confeſſus fueris Ieſum eſſe Dominum, id eſt, uictorem peccati, mortis et inferni. **Corde enim.** Ætiologia, quæ præcedentem ſententiam exponit et illuſtrat, tribuens utriq;, id eſt, fidei et confeßioni proprium effectũ. **Corde creditur.** Id eſt, qui certò apprehendit promiſſam miſericordiam propter Chriſtum, reputatur hac ſua fide iuſtus à Deo, id eſt, eſt acceptus Deo, etiamſi legi perfectè non ſatisfaciat. **Ore fit confeßio.** Id eſt, uera fides nõ eſt ocio-

ſa, ſed

ſa, ſed confitetur Chriſtum Dominum, et hæc confeßio adfert ſalutem, cum conſtantiam præſtat in profeßione doctrinæ Euangelij, & non diſcedit propter crucem, ſeu afflictiones. Dicit enim. Confirmatio á teſtimonio ſcripturæ, ſeu dicto Eſa. cap. 28. Qui fidit. Id eſt, accipit miſericordiam promiſſam, ſeu ſentit, quod per miſericordiã propter Chriſtum gratis ſit ſibi Deus propitius. Non pudefiet. Effectus fidei. Non pudefiet. Scilicet in iudicio Dei; id eſt, conſequeter certò remiſſionem peccatorum, & habebit placatum Deum. Non enim eſt. Ætiologia uniuerſalis particulæ Omnis, in dicto Eſaiæ, quæ omnibus ſine diſcrimine proponit ſalutem fide conſequendam á Deo gratis propter Chriſtum. Et redit hoc loco ad inſtitutam diſputationem, de reiectione Iudæorũ propter incredulitatem, in quorum locũ gentes receptæ ſunt per miſericordiam Dei. Non eſt diſtinctio. Id eſt, non reſpicit Deus perſonas, ſed recipit et ſaluat omnes quotquot credunt, tam ex gentibus, quám Iudæis. Non eſt diſtinctio. Id eſt, nullum eſt diſcrimen inter homines, & quantum attinet ad peccatuum, ſeu damnationem, quia omnes peccauerunt, & deſtituuntur gloria Dei, et quantum attinet ad iuſtificationem, quia iuſtificantur omnes per illius (Dei) gratiam &c. ut inquit capite 3. Nam idem Dominus. Confirmatio præcedentis ſententiæ. Obſeruanda eſt aũt uniuerſalis par-

ticula omnis, quiſquis &c. Quia omnibus ſine diſcrimine offertur ſalus, remiſsio peccatorum, iuſtitia, & uita æterna. Sicut dicitur Ioh. 1. Dedit poteſtatem filios Dei fieri, quotquot crediderunt. Et Matth. 11. Venite ad me omnes. **Idem eſt.** Id eſt, æquè eſt bonus, benignus, et miſericors erga omnes credentes in filium, item eſt omnium Dominus, id eſt, creator. Sicut ſuprà dixit cap. 3. An Iudæorum Deus tantum, an non et gentium? certè et gentium. **Diues in omnes.** Id eſt, affatim et copioſè dat, quæ rogantur. **Inuocantes.** Scilicet fiducia mediatoris. **Quiſquis enim inuocauerit.** Dictum de inuocatione, quæ quoniam ſine fide uera eſſe non poteſt, addit gradationem de cauſa fidei. **Quiſquis.** Siue ſit Iudæus, ſiue Græcus, id eſt, gentilis, non circumciſus. **Inuocauerit.** Id eſt, fiducia filij mediatoris petierit á Deo remiſsionem peccatorum, aut quodcunq; aliud bonum, uel corporale, uel ſpirituale. **Nomen Domini.** Id eſt, auxilium Domini, bonitatem Domini. **Saluus erit.** Id eſt, conſequetur á Deo bona corporalia, et æterna. **Quomodo igitur.** Gradatio de cauſa inuocationis, que eſt fides. Nam ſine fide ſtatuente placatum eſſe Deum gratis propter mediatorem, inuocatio fieri nequit. Conſtat autem gradatio ex cauſis fidei, quæ tres ſunt inſtrumentales, ſeu media: miſsio Apoſtolorum, ſeu docentium Euangeliũ, prædicatio, & auditus. Colligit autẽ hoc modo: Nemo

inuocat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

inuocat, niſi credat. Nemo credit, niſi audierit uerbum. Non poteſt audiri uerbum, niſi prædicetur. Non poteſt prædicari uerbũ, niſi mittantur à Deo qui prædicent. Eſt igitur fides cauſa inuocationis. Fidei cauſa eſt uerbum prædicatum & auditum. Verbi prædicati cauſa eſt ipſa miſsio rectè docentium, ſeu publicum miniſterium, quo Deus ſibi Eccleſiam inde ab initio conditi humani generis in mundo collegit & conſeruauit. **Quomodo inuocabunt.** Quaſi dicat, Non poſſunt homines inuocare Deũ, in quem non credunt. Nã fides eſt cauſa inuocationis, quia tum demum mens perterrefacta peccatis ad Deũ accedit, cum eum placatũ ſtatuit per Chriſtum: ſine hac fide, ſeu fiducia Deum tanquam ſecurum iudicem & odit & fugit. **Igitur.** Quia ſolũ inuocantes Deum fiducia mediatoris ſaluantur. **Quomodo autem credent.** De cauſa fidei, quæ eſt prædicatio externi uerbi, per quod datur ſpiritus ſanctus, & fides concipitur, iuxta illud: Fides eſt ex auditu. **Quomodo autem audient.** De cauſa auditus uerbi Dei, quæ eſt prædicatio, ſeu inſtitutio publici miniſterij. **Quomodo autem prædicabunt.** De cauſa prædicationis, quæ eſt ipſa miſsio Apoſtolorum, & rectè docentium omnium temporibus. **Sicut ſcriptum eſt.** Teſtimonium de miſsione Apoſtolorũ, & inſtituto miniſterio Euangelij, in quo annunciatur pax, hoc eſt, reconciliatio cum Deo, cõdonatio

pecca-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

peccatorū, et uita æterna gratis donanda propter Chriſtum. Hac *annunciatione audita, conſcientiæ redduntur pacatæ, & tranquillæ.* Sicut ſcriptū *eſt. Eſa.51. ubi uaticinatur* Propheta *de prædicatione* Euangelij. Quam ſpecioſi pedes. Per *pedes intelligit* Propheta *miniſterium* Euangelij, *ſeu ipſos* Apoſtolos *nuncios ac prædicatores, non legis, quæ antea tradita erat à* Moſe, *ſed noui uerbi, id eſt,* Euangelij, *in quo annunciatur pax, hoc eſt, reconciliatio cum* Deo, *& uita æterna, contra opinionem Iudæorum, qui regnum Meßiæ mundanum, & temporale expectabant.* Quam ſpecioſi. Id eſt, *quàm ſunt hi pedes accepti, iucundi, & amabiles afflictis mentibus, non ſecuris, ac hypocritis, non mundo, qui prædicationem* Euangelij *perſequitur.* Annunciantium pacem. *Commendatio uerbi uocalis.* Pacem. *Id eſt, reconciliationem cum* Deo, *propter Chriſtum.* Bona, *Id eſt, res bonas & ſalutares, agnitionem miſericordiæ Dei, iuſticiam, & uitam æternam.* At non. *Correctio, qua redit ad defectionem Iudæorum, addens eius teſtimonium ex Eſaia, cap. 53. Quod primum docet cauſam perditionis Iudæorum eſſe incredulitatem. Deinde monet, ne propter paucitatem credentium ab* Euangelio *deficiamus.* Non omnes obedierunt Euangelio. *Id eſt, non omnes aſſenſi ſunt prædicationi* Apoſtolorum, *ſed eos crudeliter ſunt perſecuti.* Quis. *Quaſi dicat, admo-*

dum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

dum pauci. Eſt enim Eccleſia cœtus exiguus, inuiſus, et cõtemptus coram mundo. Eſt autẽ hæc querela pathetica Apoſtolorum, de paucitate uerè credentium Euangelio. **Ergo fides ex.** Redit iam iterum ad inſtitutam diſputationem de cauſa fidei, quæ eſt uerbum prædicatum ab Apoſtolis. Hoc quia Iudæi non audierunt, id eſt, non receperunt, non amplexi ſunt, ideo fidem non ſunt conſecuti, neq; ſaluati. **Fides ex auditu eſt.** Id eſt, fides datur et accenditur in mentibus per prædicationem, & auditionem externi uerbi. **Auditus.** Id eſt, occaſio audiendi uerbum Dei, offertur in publico miniſterio, quæ occaſio negligenda non eſt. Sicut inquit Chriſtus: Qui habet aures audiendi, audiat. **Sed dico.** Obiectio, nam excuſare uidetur quoſdam Iudæos incredulitatis, quod non omnibus oblata ſit occaſio audiendi Euangelij. Ad hanc obiectionem ipſe reſpondet per inficiationem, aſſerens omnibus oblatã eſſe gratiam Euangelij, quod teſtimonio Pſalmi 18. confirmat. Eſt autem huiuſmodi obiectio: Qui audire non poteſt uerbum Dei, eſt excuſabilis. Iudæi nõ omnes potuerunt audire uerbum Dei, Ergo quidam ſunt excuſabiles. Ad minorem reſpondet per inficiationem, quam ex Pſalmo probat. **In omnẽ terram.** Quatuor monet hoc dictum Pſalmi: Primum, munus Apoſtolicum eſſe docere, ſeu ſonare uerbũ Dei in Eccleſia, non adminiſtrare imperia mundi. Secundo, prædicatio-

nem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

nem Euangelij eſſe uniuerſalem, quo omnibus o
fertur reconciliatio, & uita æterna gratis pr
pter Chriſtum. Tertio, miniſterium externi ue
eſſe neceſſarium ad ſalutem, ſine quo Deus non e
efficax. Quarto, Euangelium non eſſe doctrina
humanam, ſeu commentitiam, ſed uoluntate, &
mandato Dei traditam per Prophetas, filium ipſi
& Apoſtolos, quod uult ab omnibus audiri, & am
plecti. In omnem terram. Euangelium d
Chriſto Meßia, eiusq; beneficijs æternis diuulga
eſt per uniuerſum terrarum orbem. Iuxta manda
tum Chriſti, Marci ult. Ite in uniuerſum mundum
prædicate Euangelium omni creaturæ. Sonus.
Id eſt, prædicatio, ſeu uox Euangelij de Chriſto
Meßia promiſſo redemptore humani generis exh
bito, crucifixo, & reſuſcitato á morte. Exiuit.
Scilicet ab Hieruſalem, ubi primum inchoata eſt
prædicatio Euangelij, & diuulgata in uniuerſum
mundum. Sicut dicitur Ioël. 3. Dominus de Sion ru
giet, & Hieruſalem dabit uocem ſuam.

OBIECTIONES TRES.

I. De impletione legis.

Chriſtus impleuit legem:
Ergo non opus eſt, ut nos faciamus le
gem.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia plus eſt in conſe
quente,

quente, quám in antecedente. Nam antecedens loquitur de impletione legis, quæ ſolius eſt Chriſti. Conſequens autem de inchoata obedientia, quam Deus ab omnibus requirit. Nam Chriſtus nos tantum ex maledictione legis, ut inquit Paulus, redemit, non de obedientia erga legem. Hoc igitur reče ſequitur: Chriſtus impleuit legem, Ergo nos implere non potuimus. Item, Ergo lex non damnat credentes, quia Chriſti impletio eis imputatur fide.

II. De confeßione fidei.

Inquit Paulus: Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſsio ad ſalutem:

Ergo fide quidem ſumus iuſti, id eſt, conſequimur remiſsionem peccatorum: ſed ſalus, ſeu uita æterna datur propter confeßionem, ſeu confeßio eſt meritum dignum uita æterna.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam: Quia eſt contradictio: Fide ſumus iuſti, & confeßio meretur uitam æternam. Nam Fides gratis accipit utrunq;, & remiſſionem peccatorum, & uitam æternam propter Chriſtum. Sicut inquit Baptiſta: Qui credit in Filium, habet uitam æternam.

CONTRA.

Paulus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Paulus diſtinguit inter iuſtitiam & ſa-
tem, illam tribuens fidei tanqua
ſuæ cauſæ, hanc ueró confeſsioni.
Ergo fides non eſt utriuſq; cauſa, iuſti-
tiæ & ſalutis.

*Reſpondeo ad antecedens: Diſtinguit Pau-
iuſtitiam & uitam æternam, ſeu ſalutem prop-
perſeuerantiã, quia amitti poteſt iuſtitia, cum f-
des excutitur. Ideo confeßioni tribuitur ſalus, qu-
opus eſt perſeuerantia, iuxta illud: Qui perſe-
rauerit uſq; ad finem, ſaluus erit.*

IN FESTO S. THOMAE A-
*poſtoli, Epiſtola D. Pauli, de prædeſtinatione,
ſeu electione facta ab æterno ante conſtitutionem
mundi ad uitam æternam omnium, qui
in Chriſtum ſunt credituri.*
Ad Epheſios I.

TETRASTICHON.

*Quum iaceret uaſti primum fundamina mundi,
Iam nos in Chriſto legerat antè Deus.
Atq; ſibi charos tum chari fecit amore,
Quis non hoc grato prædicet ore bonum?*

ARGVMENTVM.

*Exordium eſt Epiſtolæ D. Pauli ad Epheſios, in
quo laudat miſericordiam Dei, quod ſibi Eccleſiam*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

*ab æterno prædeſtinauit, & elegit ad uitam æter-
nam, á qua ipſe uerè agnoſceretur, & celebrare-
tur in filio ſuo promiſſo redemptore, & mediatore
humani generis. Breuiter autem tanquam infor-
mans methodum prædeſtinationis, primum indi-
cat, quid ſit prædeſtinatio, electio Eccleſiæ ad ui-
tam æternam in filio ante conſtitutionem mundi
gratuita. Secundó, quæ cauſa impulſiua, immenſa
miſericordia, gratia, beneplacitum, & dilectio
Dei, quæ finalis, celebratio gratiæ Dei exhibitæ Ec
cleſiæ in filio: quæ effecta, noſtri ſanctificatio, cõ
donatio peccatorũ, ſeu iuſtificatio, & adoptio in
filios Dei. Addit & circumſtantias temporis, quan
do prædeſtinati ſimus, ante conſtitutionem mun-
di: Quomodo ex gratia, ſine noſtris meritis, uel
præceſſuris, uel ſequentibus: Per quem, per filium
reconciliatorem: Quos, omnes credentes Euange
lio, ſeu oblatæ in eo gratiæ propter Chriſtum.*

EPISTOLA, 2 Ephe. 1.

BEnedictus Deus, & pater Domini
noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos
omni benedictione ſpirituali in cœ-
leſtibus Chriſto. Quemadmodum elegit
nos in ipſo, antequam iacerentur funda-
menta mundi, ut eſſemus ſancti, & irre-
prehenſibiles coram illo per charitatem,
qui prædeſtinauit nos, ut adoptaret in fi-
lios per Ieſum Chriſtum, in ſeſe, iuxta be-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

neplacitũ uolũtatis ſuæ, ut laudetur glo-
ria gratiæ ſuæ, qua charos reddidit no-
per dilectũ, per quẽ habemus redemptio-
nem per ſanguinem ipſius, remiſsionem
peccatorum, iuxta diuitias gratiæ ſuæ.

EXPLICATIO TEXTVS.

Benedictus Deus. *Propoſitio: Celebrem*
æternum Deũ, patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti,
quod ſibi per miſericordiã elegit Eccleſiã ab æter-
no propter filiũ, eamq; uocat, & colligit per præ-
dicationem Euangelij, conſeruat eam in genere hu-
mano, contra potentiã Diaboli, & membrorũ eius,
donaturus eſt ipſi uitã æternam credenti in filium.
Benedictus. *Id eſt, laudandus eſt Deus propter*
miſericordiã, quã motus elegit ſibi Eccleſiã, uocat
& ſaluat gratis propter Chriſtum. Deus. *Chri-*
ſti, ſecundum aſſumptũ hominem, non ſecundum na-
turam diuinam. Nam eadem eſt patris et filij, ſecun-
dum diuinitatẽ, eſſentia, & operatio. Et pater.
Id eſt, á quo ipſe filius, ſeu λόγος, *genitus eſt ab*
æterno ante creationem rerum, ſicut dicitur Ioh. 1.
In principio erat uerbũ, id eſt, filius fuit ab æterno
apud Patrem. Domini. *Qui Eccleſiam redemit*
ab hoſtibus, peccato, morte, et diabolo, eamq; defen-
dit, exaudit, & iuuat. Noſtri. *Particula noſtri*
requirit fidem, qua applicamus nobis beneficia
Chriſti, hoc eſt, ſtatuimus noſtrum eſſe Dominum,
id eſt, nos reſpicere, exaudire, & defendere. Ie-
ſu

ſu Chriſti. Id eſt, promiſsi Meſsiæ, redemptoris
humani generis. Ieſus nomen eſt officij, quod ſer=
uatorem ſignificat. Matth. 1. Chriſtus eſt appella=
tio maieſtatis, admonens de regno & ſacerdotio
Chriſti. Iubet autem Apoſtolus nominatim lauda=
re eum Deum, qui eſt pater Domini noſtri Ieſu
Chriſti, ut diſcernat Ethnicam & Iudaicam inuoca
tionem, & gratiarum actionem falſam & inutilē,
à Chriſtiana, quæ fit in agnitione & fiducia media
toris, ſine quo Deus non uerè agnoſcitur, colitur,
aut inuocatur. Qui benedixit. Ætiologia gra=
tiarum actionis. Ideo laudandus eſt Deus, quia be=
nedixit nos in filio, id eſt, elegit nos ad uitam æter=
nam, & ornat multis donis, ſpiritualibus & corpo
ralibus. Benedictione ſpirituali. Effectus ele=
ctionis, uidelicet benedictio ſpiritualis, id eſt, dona
tio ſpiritus ſancti, remiſsio peccatorum, defenſio,
& conſeruatio Eccleſiæ. In cœleſtibus. Videli=
cet bonis æternis, nō terrenis, ſeu trāſitorijs. Chri
ſto. Id eſt, in gloriam Chriſti, ut ſit cauſa finalis:
aliter, In Chriſto, hoc eſt, quæ benedictio ſpiri=
tualis confertur nobis propter Chriſtum fide gra=
tis. Quemadmodum elegit. Collatio de cau=
ſa benedictionis, quæ ipſa eſt electio Dei. Ideo enim
benedicit Eccleſiæ, quia eam elegit per miſericor
diam ad hæreditatem uitæ æternæ, et ſuam gloriā.
Elegit. Id eſt, per miſericordiam præordinauit
ab æterno Eccleſiam ex genere humano, á quo ipſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

agnoſcatur & colatur. Nos. *Id eſt, qui uerb*
Dei de Chriſto amplectimur, & omnes qui in u
torum ſunt numero, omnibus temporibus, id
qui audiunt, & amplectuntur doctrinam Euang
lij, & eam non abijciunt. Iuxta illud, Ioh. 10. O
meæ uocem meam audiunt. In ipſo. *Scilicet fili*
id eſt, propter filiũ, qui cauſa eſt electionis, non
gnitas noſtra uel merita. Sicut igitur illi tantũ e
cti ſunt, qui amplectuntur Euangeliũ et inclu
ſe uniuerſali promiſsioni de recõciliatione prop
Chriſtũ: Ita reprobi, ſeu reiecti ſunt, qui Euange
um non audiunt, neq; ei aſſentiuntur. Iuxta illud
han. 8. Qui ex Deo eſt, uerbum Dei audit. Nam
electione hoc modo á poſtériori iudicandum e
Antequam. *Id eſt, ante creationẽ rerũ Deus c*
ſtituit arcano, & admirando conſilio eligere
Eccleſiam ex genere humano. Vt eſſemus. *Ca*
finalis electionis, ſeu effectus, ſanctificatio Eccl
quæ primum ſita eſt in condonatione peccator
per fidem. Deinde, in renouatione uitæ, quam ſp
tus ſanctus operatur in reconciliatis. Sancti
irreprehenſibiles. Imputatiue coram Deo, & e
fectiué coram hominibus. Coram Deo. *Scil*
Deo, qui Eccleſiam, ſeu electos reputat ſanctos, e
inculpatos fide propter Chriſtum, etiamſi mul
plex ſit in illis naturæ imbecillitas, & immundi
es. Per charitatem. *Vel in charitate: Prim*
qua nos Deus diligit gratis: Deinde, qua uiciſſi
Deu

I

Deum con
charitas n
& inculp
quirit. Ide
us comple
deſtinau
tam ætern
ſent. Vt a
lis prædeſ
quæ ſit pe
teſtatem
in nomen
ſtum. R
ipſe filius
ſeſe. Scil
adoptiui:
ueró fratr
tum. Al
ipſo Deo
ſericordi
nus huma
Volunt
ſua imme
re Eccleſ
ne totum
Cauſa fin
ſericordi
miſericor

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Deum compelctimur,& proximũ. Sed quia hæc charitas nõ ſatisfacit legi,nõ ſumus per eam ſancti & inculpati coramDeo,qui perfectã dilectionẽ requirit. Ideo de charitate intelligatur,qua nos Deus complectitur gratis propter filiũ. Qui prædeſtinauit. Id eſt, ab æterno præordinauit ad uitam æternam,quotquot in Chriſtum credituri eſſent. Vt adoptaret. Alius effectus,ſeu cauſa finalis prædeſtinationis, adoptio noſtri in filios Dei, quæ fit per fidem,iuxta illud,Ioh.1. Dedit illis poteſtatem filios Dei fieri, quotquot crediderunt in nomen eius, id eſt, filij. Per Ieſum Chriſtum. Repetitio cauſæ prædeſtinationis, quæ eſt ipſe filius Dei,non dignitas aut merita noſtra. In ſeſe. Scilicet patrem,id eſt,ut eſſemus filij patris adoptiui: nã propriè patris dicuntur filij, Chriſti uerò fratres & cohæredes. Iuxta beneplacitum. Alia cauſa impulſiua prædeſtinationis in ipſo Deo,beneplacitũ ipſius uoluntatis, id eſt, miſericordia,& amor, ſeu φιλαντρωπία erga genus humanum, qua merita humana excluduntur. Voluntatis ſuæ. Id eſt, qua placuit Deo pro ſua immenſa bonitate eligere,uocare & ſanctificare Eccleſiã, á qua ipſe celebraretur in uita æterna, ne totum genus humanũ interiret. Vt laudetur. Cauſa finalis electionis,agnitio & celebratio miſericordiæ,& gratiæ Dei. Gratiæ ipſius. Id eſt, miſericordiæ & fauoris, qua gratis complexus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

eſt genus humanum, ut eligeret, & prædeſtina- *in filio ad uitam æternam.* Qua charos. *Id e-* *propter ſolum filiũ, quem unicé diligit Deus, co-* *plectitur etiã cæteros omnes, qui in filiũ credu-* Per quem habemus. *Addit iam precium, ſe-* *meritum reconciliationis, quod eſt ipſa mors fi-* *Dei, quæ ſola tanquã λύτρον ſufficiens ac dign-* *immenſam irã Dei aduerſus peccata humani ge-* *ris placauit.* Per ſanguinem. *Qui precium, ſe-* *λύτρον fuit, placans iram Dei, & iuſticiæ diu-* *ſatisfaciens.* Remiſsionem. *Expoſitio qualis ſi-* *redemptio, non á corporali captiuitate, ſeu ſer-* *tute, qualem liberationem Iudæi expectabant, ſe-* *á ſpirituali captiuitate diaboli. qui totum huma-* *genus propter peccatum captiuum detinuit in ſu-* *regno, ſubiectum peccato, & æternæ morti.* Se-cundum diuitias. *Repetitio cauſæ impulſiuæ, quæ rurſus opera, ſeu merita noſtra tamquam cau-* *ſam, ab electione & iuſtificatione excludit, non tanquam effectus, ſeu fructus fidei.*

OBIECTIONES TRES.

I. De *cauſa electionis.*

Miſericordia eſt cauſa electionis, ſicut
inquit Paulus: Non eſt uolentis, ne-
que currentis, ſed Dei miſerentis.

Sed pauci eliguntur, ſicut inquit Chri-
ſtus: Multi ſunt uocati, pauci uero
electi. Ergo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Ergo Deus eſt cauſa, cur non omnes ſaluentur, non ipſi homines.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Etſi enim miſericordia Dei eſt cauſa electionis, tamen hinc non ſequitur, Deum eſſe cauſam damnationis, qui ut (inquit Paulus) uult omnes homines ſaluos fieri, & uocat omnes ad cognitionem Euangelij, ſicut inquit: Venite ad me omnes &c. Quód igitur multi damnantur, non eſt cauſa ipſe Deus, omnes uocans ad pœnitentiam & fidem, ſed uoluntas hominum liberè repugnans uocationi, & non aſſentiens promiſſioni uniuerſali.

II. *De uoluntatis aſſenſu,*

Miſericordia Dei eligimur, & ſaluamur:

Ergo bona opera nihil proſunt, neq; mala obſunt ad uitam æternam.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia miſericordia, quantum ad ipſum Deum attinet, totalis eſt cauſa electionis, ſed quantum ad nos attinet, eſt partialis, quia requiritur etiam uoluntas aſſentiens uocationi, quam ipſam Deus impellit ac mouet in electis. In reiectis uoluntas repugnans eſt totalis cauſa reiectionis, quam Deus nec impellit, nec approbat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

III. *De charitate.*

Elegit nos Deus, ut eſſemus ſancti, & irreprehenſibiles per charitatem:
Ergo ſanctitas noſtra, dilectio, & bona opera, ſunt cauſa electionis, non miſericordia Dei.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia ſanctitas, ſeu inchoatio obediētiæ cauſa eſt finalis nō impulſiua electionis: & charitas nō ſignificat hîc qualitatē in nobis, ſed dilectionem, qua Deus nos cōplectitur in filio

IN FESTO S. IOHANNIS

Euangeliſtæ, Epiſtola capit. 15. Eccleſiaſtici, ſeu Ieſu Syrach, de amplectenda ſapientia Dei, qua uoluntatem ſuam in uerbo reuelauit Eccleſiæ ſtatim ab initio conditi, & recepti humani generis.

TETRASTICHON.

Anteit opes mundi ſola hæc ſapientia cunctas,
Quæ ueri conſtat cognitione Dei.
Hæc Domini timor eſt, amor ardēs, certaq; mentis
immenſa Chriſti de bonitate fides.

ARGVMENTVM.

Commendatio eſt ſapientiæ Dei, hoc eſt, uerbi quod Deus ſtatim ab initio conditi mundi reuelauit Eccleſiæ per Prophetas, Chriſtū & Apoſtolos, ad quod amplectendū hortatur Eccleſiam, fructus, ſeu

ſeu utilitates multiplices eius recenſens. Cõparat aũt eam honeſtæ matri excipienti amanter filiũ, et ſponſæ amplectenti & oſculanti maritum, quia ſimili modo ſapientia ſuos cultores amplectitur, ſe illis offert, conſolatur, ſuſtentat, & beat æternis lætitijs, ac præmijs multiplicibus ornat, & in hac uita & futura. Contrá oſores ſeu contemptores ſui negligit, non conſolatur, ſed deſtituit in ignorantia & cæcitate, quam ad extremum ſequitur perpetuus interitus. Loquitur autem initió de cauſa ſapientiæ, quæ eſt timor Dei (ut uocant) filialis, qui eſt primum agnoſcere ſuam infirmitatem, & ignorantiam: dcimde expetere á Deo ſapientiam, & notitiam uoluntatis eius, ſicut eam in dato uerbo & miſſo filio patefecit humano generi.

EPISTOLA, *Eccleſiaſt.15.*

QVi timet Deum, faciet bona: & qui continens eſt iuſtitiæ, apprehẽdet illam, & obuiabit illi quaſi mater honorificata, & quaſi mulier à uirginitate ſuſcipiet illum. Cibabit illum pane uitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum. Et firmabitur in illo, & non flectetur, & continebit illum, & non confundetur, & exaltabit illum apud proximos ſuos, & in medio Eccleſiæ aperiet os eius, & adimplebit il-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

lum ſpiritu ſapientiæ & intellectus, & ſt
la gloriæ ueſtiet illum. Iucunditatem &
exultationem theſaurizabit ſuper illum
nomine æterno hæreditabit illum Domi
nus Deus noſter.

EXPLICATIO TEXTVS.

Qui timet Deum. *Propoſitio continens cau*
ſam uerae & ſalutaris ſapientiæ Dei, quæ eſt ti
mor ipſius, ſicut dicitur & Prouerb. 1. Timor Do
mini eſt initium ſapientiæ. Item, alibi: Timor D
gignit ſapientiam. Eſt autem timor Dei, uero ſen
ſu percipere dolorem, & expaueſcere cogitatione
iræ Dei, coniunctus cum fide, quæ retinet mentes
ne á Deo diſcedant, & ruant contra mandata Dei.
De hoc timore dicitur in dicto Eſaiæ: Vbi habita
bit Dominus, niſi in ſpiritu tribulato, & tremente
ſermones meos? Qui timet. *Id eſt, agnoſcit ſu*
am infirmitatem, ſtatuens Deum iraſci peccatis, &
fugit ad miſericordiam Dei in terroribus. Faciet
bona. *Primus effectus timoris Dei, uniuerſalis*
iuſtitia, ſeu obedientia erga omnia præcepta Dei,
quæ ita ſeruantur, cum primum agnoſcimus noſtram
infirmitatem, & auxilio ſpiritus ſancti inchoamus
obedientiam legis, quæ placet Deo propter fidem
ſeu fiduciam mediatoris, etiamſi ſit imperfecta.
Continens eſt iuſtitiæ. *Secundus effectus, ſtu*
dium & amor ſapientiæ, ſeu diſcendi uerbi Dei, in
quo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

quo uera iuſticia Dei oſtenditur, primum qua Deus iudicat & damnat peccatũ, deinde qua iuſtos reputat credentes propter mediatorem. **Iuſtitiæ.** *Id eſt, qui amat iuſtitiam, ſicut inquit Chriſtus, Matt 5. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam. Accipitur aũt nomen iuſtitiæ trifariam: Primó pro obedientia iuxta omnes leges, quam Philoſophi uniuerſalem iuſtitiã appellant, ut in hoc Pauli, Nõ ex operibus iuſtitiæ, quæ nos faciebamus, ſed ſecũdum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit Deus; Secundó, pro ea uirtute, quæ ſuum cuiq; reddit, & ſeruat æqualitatem in contractibus, quæ iuſtitia particularis uocatur: Tertiò, accipitur pro imputatione iuſtitiæ, ſeu reconciliatione, ut cum inquit Paulus: Iuſti ſumus fide, id eſt, ſumus accepti Deo propter mediatorem, etiamſi perfectam obedientiam legi nõ præſtamus.* **Apprehendet illam.** *Promiſsio, conatus ſeu labores noſtros nõ fore irritos, ſed exercitijs augenda dona, ſicut inquit Paulus 1. ad Corinth. 15. Non erit labor ueſter inanis in Domino.* **Et obuiabit.** *Similitudinibus duabus exponit ſucceſſum in ſtudijs ſeu laboribus, eos non fore irritos, ſed dociles conſecuturos indies maiorem notitiam Dei.* **Obuiabit.** *Id eſt, indies maiorem & illuſtriorem notitiam Dei conſequetur. Loquitur. autem de reuelata ſapientia, qua Deus ſtatim in paradiſo patefecit ſuam uoluntatẽ, recepit, collegit, et conſeruauit Eccleſiã data promiſsione*

miſsione de uenturo ſemine. Et *teſtatur* Deum
mnes uocare uerbo ſonante in miniſterio,ad pœ
tentiam & notitiã promiſsi ſeminis.Quia hæc
uiatio,ut ita dicã, ſapientiæ,fit quotidie, cum u
bum Dei *annunciatur in* Eccleſia *uel ſingulis*
multis. Quaſi mater. Prima *comparatio* ſ
pta á matre complectente & adiuuante filium
dentem,ſeu periclitantem,qua naturalem amor
ſeu ϛοργὺμ *parentum erga liberos oſtendit* , &
rem bonam & utilem in natura approbat. H
norifica. Id *eſt,timens* Deum, *honeſta &* lib
rum amans. Et quaſi mulier. Altera *ſimili*
do ſumpta á ſponſa complectente nouum mar
amanter. Vtitur *aũt his ſimilitudinibus, ut* ar
tiſsimum amorem & beneuolentiam Dei *erg*
ſignificet,qui ueræ doctrinæ ſunt ſtudioſi. Su
piet. Id *eſt,complectetur,conſolabitur,& ſuſte*
tabit in æternum. Cibabit. Expoſitio *utilit*
ſeu fructuum ſapientiæ , primum in conſcie
perterrefactis cogitatione & ſenſu iræ Dei ,
conſolatur atq; erigit , deinde maiore cogni
auget & ornat. Pane uitæ. Primus *effect*
conſcientijs perterrefactis , conſolatio. Pa
uitæ. Id *eſt, uerbo* Dei, *quo mens ſuſtentatur*
reficitur,iuxta illud Deutero. 6. Non *in ſolo* p
uiuit homo , ſed in omni uerbo Dei. Intel
ctus. Secundus *effectus,acceſsio ſeu augment*
cognitionis Dei. Intellectus *ſeu intelligentia*
dijudic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

diiudicatio & electio in rebus dubijs. Sapientia eſt agnitio Dei & timor. Aqua ſapientiæ. Iuxta illud Matth. 5. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Salutaris. Id eſt, ſalutaris notitia Dei, quæ primum affert ſenſum iræ Dei, & notitiam propriæ indignitatis. Deinde conſolatur perterrefactas mentes promiſsione de miſericordia Dei recipientis nos gratis propter mediatorem. Et firmabitur. Tertius effectus, cōfirmatio, certitudo doctrinæ, & conſtātia in profeſsione ueritatis, ne propter crucem á tradita doctrina deficiamus. Firmabitur. id eſt, addetur ei robur, ne deficiat á uera doctrina. Nō flectetur. Id eſt, mouebitur inſtar arundinis á uera ſententia, ſed conſtans erit in tradita doctrina. Et continebit. In timore Dei, ne ruat contra Deum, aut peccet. Non confundetur. Scilicet in iudicio Dei, iudicantis & damnantis peccata in corrupta natura, quia ex promiſsionibus didicit, Deum eſſe miſericordem, & remittere peccata gratis prppter mediatorem. Expectat igitur & petit auxilium & conſolatinem, & hoc modo mirabiliter & glorioſé liberatur. Exaltabit. Hactenus dixit de effectibus ſapientiæ in mentib. piorum coram Deo, qui uera ſunt cognitio Dei, conſolatio, confirmatio in afflictionibus, & liberatio in æternis malis: Iam concionatur de fructibus ſeu cōmodis corporalibus, de dignitate, gloria & honore, qui-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

re, quibus præ cæteris ornabitur in Eccleſia, qu-
ipſe docebit et gubernabit feliciter ſana doctri-
& ſalutaribus conſilijs. Et exaltabit. Pri-
effectus ſeu utilitas, corporalis exaltatio, id e-
euectio ad honores, & celebratio propter eru-
tionē ſingularē & uirtutes: In medio. Secu-
utilitas, inſtitutio & gubernatio Eccleſiæ, quæ ſ-
pientibus & eruditis cōmendanda eſt. Ape-
os. Id eſt, docebit & gubernabit Eccleſiā cum a-
toritate. Nam aperire os, ſignificat libere doc-
hoc eſt, reprehendere uitia hominum, uocare
pœnitentiam omnes, & proponere reconciliatio-
propter mediatorem. Sicut dicitur Chriſtus ap-
ruiſſe os ſuum, & docuiſſe diſcipulos. Matt. 5. E-
adimplebit. Tertia utilitatis, occaſio ſapiētiæ
cognitionis uariarum rerum, quibus opus eſt in g-
bernatione, ſicut ſupra dixit de ſpirituali cogni-
one, qua cuiuſq; mens inſtituitur & certa eſt d-
uoluntate Dei. Adimplebit. Id eſt, augebitur in
illo ſapientia, quotidie aliquid accedet cogniti-
nis, ſtudij & exercitij. Spiritu ſapientiæ. Id
eſt, ſpirituali ſapientia, quæ eſt agnitio & timor
Dei, cuius autor eſt ſpiritus ſanctus. Et ſtola. Re-
petitio de gloria, quæ eſt approbatio recte iudican-
tium de uirtutibus & rebus geſtis honeſte & uti-
liter in Eccleſia, & rebus publicis. Iucundita-
tem. Quarta utilitas, gaudium & lætitia mentis,
primum de placato Deo, deinde de ſucceſſibus
in

in gubernatione, quod ſtudia & labores non fuerunt irriti, ſed aliqui conuerſi ſunt ad cognitionē Dei, & ſaluati: de qua Chriſtus agit gratias ſuo Patri, Matt. 11. Deinde gaudium eſt conſcientiæ, cum quis fideliter & rectè uſus eſt ſuo miniſterio, nec ſauciata eſt conſcientia propter negligentiam in adminiſtrata uocatione. Tertiò, hoc gaudium de fideli functione miniſterij ſequitur perpetua & ineffabilis lætitia in uita æterna. In nomine. Quinta utilitas, nomen bonum immortale, hoc eſt, honeſtum iudicium apud poſteros de rebus rectè geſtis, de quo dicitur Prouerb. 22. Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ. Eſt autem bonum nomen expetendum, primū propter nos ipſos, ne conſcientia ſaucietur peccatis. Deinde propter alios, ut noſtra rectè facta imitentur, ſicut dicitur: Bona conſcientia mihi opus eſt, bona fama proximo.

OBIECTIONES TRES.

I. *De timore Dei.*

Dilectio ſeruat mandata Dei. Iuxta illud Iohannis: Si diligimus Deum, mandata eius ſeruamus.

Timor eſt non dilectio iuxta illud: Charitas expellit timorem:

Ergo qui timet Deum, non præſtat obedientiam Deo, ſed fugit Deum, & odit tanquam ſeuerum iudicem.

Reſpondeo

Reſpondeo ad maiorem,per diſtinctionem: L
quitur Propheta non de timore ſeruili, qui o
Deum, ſed filiali, qui complectitur fidem,quæ
tuit Deum nobis eſſe reconciliatum, & remitt
nobis peccata propter filium redemptorem. H
fides parit dilectionem, accedit ad Deum, &
choat nouam obedientiam.

II. *De dilectione.*

Inquit Eccleſiaſtes capite primo: O-
mnia ſunt uanitas:

Ergo nulla certa cognitio haberi p
teſt de Deo in hac uita.

Reſpondeo per diſtinctionem, Loquitur Eccle
ſiaſtes de gubernatione, conſilijs & euentibus hu
manis, in quibus extra uerbum Dei nulla eſt
ſapientia aut conſolatio,nec in eis mens acquieſ
re poteſt, ſed tantum in Deo acquieſcit. Loqui
tur igitur hic Eccleſiaſticus de ſapientia, quæ
uerbo Dei petitur,quæ & certa eſt,& firmas
ſolationes continet.

III. *De contemptu & perſecutione do-*
ctorum ſeu gubernatorum Eccleſiæ
in hac uita.

Eſaias, Iohannes Baptiſta, Paulus,
omnes alij pij & fideles miniſtri Ec
cleſiæ in mundo fuerunt & ſunt de
ſpecti:

Ergo hæc promiſsio de ſtudio ſapien

tiæ: Stola gloriæ ueſtietur, non eſt uera.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam: Primo, quia Eccleſiaſticus loquitur de uero iudicio Eccleſiæ ſeu piorum, non de peruerſo iudicio impiorum & contemnentium Euangelium. Deinde pij & fideles doctores poſt hanc uitam ornabũtur à Deo ueris & æternis præmijs, ſicut inquit Daniel cap. 12. Qui erudierunt multos ad iuſtitiam, quaſi ſtellæ fulgebunt in perpetuas æternitates. Subijcit autem Deus ſanctos cruci, primum ut ipſi quoq; agnoſcant reliquias peccati in natura corrupta, & iram Dei aduerſus peccata. Deinde, ut ſua cruce confirment doctrinam. Tertio, ut extet teſtimonium futuri iudicij, in quo Deus præmium reddet Paulo, pœnas autem ſumet de Nerone, & ſimilibus hoſtibus Euangelij.

IN FESTO S. STEPHANI

Protomartyris, de doctrina eius, confeßione & morte. Actorum VI. & VII.

TETRASTICHON.

Non lex, non templum, Moſes non ipſe ſalutem,
Sola ſed hanc nobis mors tua, Chriſte, parit.
Hoc fuerit quiſquis conſtanti uoce profeſſus,
Hic habet, ut Stephanus, ſaxa parata ſibi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ARGVMENTVM.

Hiſtorica eſt enarratio de lapidatione ſeu morte Stephani propter doctrinam, et conſtantem confeßionem Euangelij & Chriſti. Et eſt Stephanus imago omnium uerorum miniſtrorum Eccleſiæ, qui ſimili modo ſubiecti ſunt cruci. Erat autem ſumma doctrinæ Stephani hæc, Non ceremonijs Leuiticis, aut lege tolli peccatum, & placari immenſam iram Dei aduerſus peccatum, ſed ſola morte & interceßione Chriſti mediatoris, ſeu exhibiti iam Meßiæ, quem ipſi Iudæi, quibus propriè promiſſus fuerat á Deo per Moſen & Prophetas, crudeliter cruci affixerant, ſed eum iam á morte reſuſcitatum conſidere ad dexteram Dei, & propter ingratitudinē ipſam Hieruſalem, unà cum templo & tota politia Iudaica deuaſtaturum eſſe, & rediturum extremo die iudicem uiuorum & mortuorum, ut Eccleſiam ſuam liberet, & pœnas ſumat æternas de perſecutoribus ſuis, & Eccleſiæ.

EPISTOLA, Act. 6 & 7.

STephanus plenus fide ac fortitudine, edebat prodigia & ſigna magna in populo. Exorti autem ſunt quidam e Synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenenſium, & Alexandrinorum, & Cilicum, & Aſianorum, diſputantes cum Stephano. Nec poterant reſiſtere

ſtere ſapientiæ & ſpiritui, qui loquebatur. Tunc ſubornarunt uiros, qui dicerent: Audiuimus eum dicentem uerba contumelioſa in Moſen & Deum, commoueruntq́ plebem & ſeniores, & ſcribas, atq́ inuadentes corripuerunt eum, & abduxerunt in concilium, ſtatueruntq́ falſos teſtes, qui dicerent: Homo iſte non ceſſat loqui uerba contumelioſa aduerſus locum ſanctum hunc & legem. Audiuimus enim eum dicentem: Ieſus Nazarenus iſte demolietur locum hunc, & mutabit inſtituta, quæ tradidit nobis Moſes. Audientes autem hæc, diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus ſuis in eum, Cum autem eſſet plenus ſpiritu ſancto, intentis oculis in cœlum, uidit gloriam Dei, & Ieſum ſtantem à dexteris Dei. Et ait: Ecce, uideo cœlos apertos, & Filium hominis ſtantem à dexteris Dei. Exclamantis autem uoce magna continuerunt aures ſuas, & impetum fecerunt unanimiter in eum. Et eiectum eum e Ciuitate, lapidabant. Ac teſtes depoſuerunt ueſtimenta ad pedes adoleſcentis qui uocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum inuocantem ac dicentem: Domine Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Poſitis autẽ genibus, clamauit uoce magna: Domine, ne ſtatuas illis peccatum hoc. Et cum hoc dixiſſet, obdormiuit.

EXPLICATIO TEXTVS.

Stephanus plenus. *Exordium narrationis ſumptũ à deſcriptione perſonæ Stephani, hoc eſt, uirtutibus eius, fide & conſtantia in propaganda & confitenda doctrina Chriſti. Item à miraculis quibus doctrinam Euangelij confirmauit.* Stephanus. *Qui unus ex ſeptem Diaconis fuit, quos Apoſtoli ex cœtu diſcipulorũ ſelegerũt, uiros præ cæteris integritate ſpectabiles ac probatos, ad munus miniſtrandi pauperibus.* Fide. *Id eſt, notitia ac fiducia Dei, qua mens eius certa fuit de doctrina Chriſti, per ſpiritum ſanctum, ideoq; tantam conſtantiam in profeßione præſtitit. Iuxta illud Pſalmi: Credidi, propter quod locutus ſum.* Fortitudine. *Conſtantia & firmitudine animi concepta ex uerbo Dei, qua ſe hoſtibus opponebat.* Edebat prodigia. *Ad cõfirmationem doctrinæ Euangelij, quæ quoniam nunc miraculis Chriſti, Prophetarum & Apoſtolorum ſatis confirmata eſt, miraculis non amplius opus habet.* Exorti ſunt. *De perſecutione & cruce Stephani, omniumq; uerorum & fidelium miniſtrorum Eccleſiæ, qui hoſtes & perſecutores habent potentes & ſapientes huius mundi.* E Synagoga. *E ſchola publica,*

ſeu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſeu Academia, quæ Hieroſolymis celebris erat. Propter aduenarũ frequentiã, qui legẽ & alias diſciplimas diſcebant, ex quibus Paulus fuit diſcipulus Gamalielis. Libertinorum. Eorum, qui manu miſsi liberales artes diſcebant Hieroſolymis, à quarum ſtudio ſerui arcebantur, unde liberales artes dictæ ſunt. Cyrenenſium. Quam habebant aduenæ ex Cyrene ciuitate Libyæ. Sicut & hodie in Academijs ſeu ſcholis publicis propria nationum collegia ſunt. Alexandrinorum. Qui ex Alexandria ciuitate Ægypti aduenerant Hieruſalem diſcendi cauſa. Cilicum. Qui ex Cilicia regione Aſiæ minoris aduenerant, in cuius etiam ciuitate Tarſo publica ſchola id temporis celeberrima fuit, quæ multos nobiles philoſophos & ſcriptores habuit, ex qua & Paulus natus erat, qui ab hac Tarſenſis dictus eſt. Aſianorum. Qui ex Aſia aduenerant. Nec poterant reſiſtere. Confirmauit hic Chriſtus promiſsionem ſuam Matth. 10. ubi inquit. Cum tradent uos in concilijs & Synagogis, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini, Dabitur enim uobis in illa hora, quid loquamini. Non enim uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris, qui loquitur in uobis. Diſputantes. Primus congreſſus hoſtium Euangelij, cõtra uera docentes, diſputationes, conuentus, et concilia, in quibus ueritatem opprimere uel obſcurare conantur impijs interpretationibus. Tunc ſub

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ornarunt. Secundus congreſſus, calumnia, ſa
teſtimonia, & mendacia, cuius illuſtre exem
extat etiã in hiſtoria paſſionis Chriſti, cum inq
unt. Audiuimus hunc dicentem. Poſſum deſtru
templum Dei, & poſt triduum reædificare ill
In Moſen. Status accuſationis, quod impia do
at, & cultus Dei aboleat, & labefactet tranqu
tatem publicã. Huic accuſationi opponenda eſt
luntas et mandatum Dei de doctrina Euangelij p
paganda, & tradendis ueris cultibus Eccleſiæ, e
amſi ſequantur diſsipationes imperiorum, & c
nuatio externorum cultuum. **In Moſen.** Id e
contra Moſen ſeu legem Moſi, quod per eã non
tingat remiſsio peccatorũ, non detur iuſtitia &
ta æterna, ſed per filium Dei crucifixum, & re
ſcitatum. **In Deum.** Quód uidelicet temp
et totum regnum Iudaicum ſit deuaſtaturus. A
inuadentes Tertius congreſſus, uiolentia, ſe
ma, ad quæ hoſtes conuicti ueritate, ſe tandem c
uertunt, ſicut & Chriſtum poſt diſputationes la
dibus obruere conantur, Iohan. 8. **Homo** iſ
Accuſatio, qua duo, ſicut & ipſi Chriſto, grau
ma crimina obijciunt: blaſphemiam & ſeditio
ut uideantur habere iuſtã cauſam interficiendi S
phanum, &, ut inquit Chriſtus, cultum præſt
Deo. **Audiuimus.** Confirmatio accuſationis
qua malitioſe deprauant doctrinam Stephani, c
cõminationem. Nam non legis obedientiam, qu
De

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Deus requirit, damnauit, ſed opinionem meriti ſeu iuſtitiæ reprehendit. Deinde demolitionem templi comminatur, cum conditione, ſi Chriſtum & eius Euangelium perſequi non ceſſent, et nõ reſipiſcant. Eſt autem templum & politia Iudaica propter duas cauſas deleta: Primum, ut extaret exemplum iræ Dei aduerſus hoſtes Euangelij. Deinde, ut ſit teſtimonium, ceremonias Moſaicas non eſſe iuſtitiam, ſeu cultum noui Teſtamenti, ſed agnitionẽ & fiduciam filij Dei, innocentiam uitæ, dilectionẽ proximi, propagationem & confeßionem Euangelij, ut Deus rectè agnoſcatur & celebretur in filio. Diſſecabantur cordibus. *Id eſt, magna indignitate animi tulerunt hanc, ut ipſi putabant, non tolerandam blaſphemiam in Deum.* Stridebant dentibus. *Quod ualde irati animi ſignum eſt, ut ſolent canes irritati ſtridere dentibus, cum minitantur morſum.* Cum autem. *Conſolatio in perſecutione ſeu cruce propter Euangelium, quod Chriſtus adeſt ſpectator & uindex iniuriarum, quibus Eccleſia afficitur. Sicut & Stephanus conſpicit Chriſtum ſtantem à dextris Dei, utpote qui ad auxilium ferendum ipſi paratus erat.* A dextris. *Id eſt, in æquali maieſtate, honore, & potentia. Nam dextera Dei in ſcriptura Dei potentiam ſignificat. Pſalm. 43. Manus tua gentes diſperdidit. Item alibi: Dextera Domini fecit uirtutem.* Filium hominis. *Chriſtum con-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

temptũ in hac uita, paſſum & crucifixũ in hum
na natura, quã ſecum in cœlum auexit, ut nos ſ
membra eodem perducat. Sicut inquit: Vbi e
ſum, ibi erit miniſter meus. **Lapidabant.** Ta
quam blaſphemum, iuxta legem, Leuit. 24. **Ac te
ſtes.** Qui primi cogebantur inijcere Lapides
blaſphemos, iuxta legem Deut. 17. ubi dicitur:
ore duorum aut trium teſtium peribit, qui inter
cietur: manus teſtiũ prima interficiat eum, & ma
nus reliqui populi extrema mittetur. **Depoſue
runt.** Vt tanto eſſent expeditiores ad inijciendum
lapides in Stephanum. **Inuocantem.** Exem
proponitur inuocationis in morte, & omnibus
lis, quæ non ſolum ad Deum patrem per Chri
mediatorem, ſed etiam ad ipſum Chriſtum dirig
tur, cum ſit æternus & uerus Deus cũ patre, inte
ligens motus cordium. Docet item hoc exemplum
Stephani inuocantis Chriſtũ, quis ſit inuocandus,
uidelicet æternus Deus, non Abraham, non Maria
aut alij ſancti. **Domine.** Imitatur Chriſtum, qui
ijſdem uerbis uſus fuerat, cõmendans ſuum ſpiritum
in manus patris. **Spiritum.** Spiritum uocat uitam
ſuam, quam quum Domino Ieſu cõmendat, ſignifi
cat, ſe non moriturum eſſe, ſed uicturum in Chri
ſto, iuxta hanc eius promiſſionem, Iohannis 8.
Amen dico uobis, ſi quis ſermonem meum ſeruaue
rit, mortem non uidebit in æternum. **Ne ſtatu
as.** Oratio pro aduerſarijs, quæ ueræ fidei te
ſtimoni

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſtimonium, & fructus fuit, iuxta illud Matthæi: Orate pro ijs, qui lædunt & inſectantur uos. Imitatur autem & hic exemplum Chriſti, petentis pro crucufigentibus ſe, cum inquit: Pater, remitte illis, quia neſciunt quid faciunt. Ne ſtatuas. Ne imputes eis hoc peccatum ad damnationem, ſed remitte pœnam eis, da ut agnoſcant magnitudinem peccati, & agant pœnitentiam. Obdormiuit. Teſtimonium, mortem Chriſtianorum non eſſe mortem, ſed ſomnum placidum: Vnde ſcriptura ubiq; ferè obdormiuiſſe pios, non mortuos eſſe, teſtatur, Sicut inquit Chriſtus de Lazaro, Ioh. 11. Lazarus amicus noſter dormit. Et Paulus 1. Theſſalo. 4. De his, qui obdormierunt ne doleatis. Obdormiuit. Placidè mortuus eſt in Domino, hoc eſt, agnitione, & inuocatione filij Dei.

ARGVMENTVM STEPHAni contra Iudæos, de lege, templo, & ceremonijs, quibus iuſtificationem tribuebant.

Sancti Patres ueteris Teſtamenti, Abraham Moſes, Dauid, placuerunt Deo ſine templo, non propter legem, ſed propter fidem in promiſſum Meſſiam, quem expectabant, & docebant uenturum. Ergo etiam & nunc placemus Deo, & iuſti ſumus propter fidem in hunc iam exhibitum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Meßiam, non propter templum, aut ceremonias, quæ figura, ſeu umbra fuerunt uenturi Chriſti, & exercitia fides, non cultus per ſe placentes Deo. Et per conſequens, abolebuntur iam exhibito Chriſto, & deſtruetur templum unà cum politia Iudaica propter ingratitudinem & idololatriam ueſtram.

OBIECTIO IVDÆORVM.

Deus eſt conſtans & immutabilis.

Deus dedit nobis legem, iuſsit ædificare templum, inſtituit ceremonias, & promiſit ſe noſtrum fore Deum, & nos ipſius populum in perpetuum.

Ergo legem non abrogabit, non demolietur templum, non mutabit ceremonias, neq; nos populum ſuum abijciet.

Reſpondeo ad maiorem, Primum Deus immutabilis eſt in ijs, quæ ita ordinauit, ut perpetuò maneant, ſed legem de ceremonijs uoluit tantum ualere uſq; ad tempus Meßiæ, quo iam exhibito, lex de Leuiticis ceremonijs abrogabitur, iuxta illud, Lex & Prophetæ uſq; ad Iohannem. Deinde templum deſtruetur, & politia Iudaica, quia de his conſeruandis facta eſt promißio cum conditio- ne

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ne obedientiæ. Sicut inquit Pſalm. Si filij tui cuſtodierint teſtamentum meum, & teſtimonia mea hæc, quæ docebo eos. Deinde, quia templum typus fuit Chriſti. Ideo uaſtabitur, ut inuocatio fiat in omni loco, ut ipſe Chriſtus inquit, Ioh. 4. Veniet hora, quando neq; in hoc monte, neq; in Hieroſolymis adorabunt Patrem.

An Deus ſit corporeus.

Chriſtus ſedet & ſtat ad dexteram Dei:
Ergo Deus eſt ſubſtantia corporea, habens manus, ut homines, & Chriſtus ad certum locum alligatus eſt.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam: Quia eſt fallacia dictionis, quia dextera Dei ſignificat potentiam Dei, ut in hoc Pſalm. 43. Dextera Domini fecit uirtutem. Et ſedere ac ſtare Chriſtum á dextera Dei, eſt eum habere æqualem poteſtatem cum patre, regnare, uiuificare, exaudire, & ſaluare inuocantes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

IN FERIIS PVRIFICATI-
nis Mariæ uirginis, ſeu oblationis Pueri Ieſu templum, Epiſtola de mittendo Iohanne Baptiſta, & uenturo Meßia, deq; utriuſq; officio. Malachiæ III.

TETRASTICHON.

Qui Dominum monſtret, ueniet Baptiſta, futur
Atq; uiam faciem præparet ante Dei.
Angelus hunc pacti ſequitur mox ipſe redēpto
Abluit hic ſordes, crimina noſtra Deus.

ARGVMENTVM.

Prophetia eſt, primum de Iohanne Baptiſta, promittit ſe Deus miſſurum eſſe, ut Meßiæ ui præparet, prædicatione pœnitentiæ. Secundo, ipſo Meßia ſeu promiſſo Domino, & ſeruato quem Iudæi magno deſiderio expectarunt, ut te qui humanum genus à peccato, á morte, & ty rannide Diaboli redempturus eſſet. Huius offi um in expurgandis peccatis, per prædicatio pœnitentiæ, & Euangelij, deſcribit Propheta ſu pta ſimilitudine á fullonibus, & excolatoribus tallorum. Tertio, deſcribit ueros & ſpiritu cultus Eccleſiæ, qui ſunt ſacraficia iuſtitiæ, h eſt, uoluntaria obedientîa, gratiarum actio, ce bratio beneficiorum Dei, & propagatio cœle doctri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

doctrinæ, ut conſeruetur miniſterium Euangelij, in Eccleſia, quo peccata aßiduè remittantur, & expurgetur uſq; ad finem mundi.

EPISTOLA, *Malach. 3.*

ECce ego mittam Angelum meum. & præparabit uiam ante faciem meam. Et ſtatim ueniet ad templum ſuum ſaluator, quem uos quæritis, & Angelus teſtamenti, quem uos uultis. Ecce uenit, dicit Dominus exercituũ. Et quis poteſt cogitare diem aduentus eius? Et quis ſtabit ad uidendum eum? Ipſe enim quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum. Et ſedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurum, & quaſi argentum. Et erunt Domino offerentes ſacrificia in iuſtitia. Et placebit Domino ſacrificium Iuda & Hieruſalem, ſicut dies ſeculi, & ſicut anni antiqui.

EXPLICATIO TEXTVS.

Ecce. Prophetia de Iohanne Baptiſta, & officio eius, quem Angelum ſuum uocat Deus, uel ipſe Meßias, quod eum miſſurus ſit, ut Meßiam præſentem monſtret, eumq; aſſeueret unicum eſſe mundi ſeruatorem, qui ſeipſum uictimam pro humano

genere

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

genere oblaturus ſit. Sicut inquit Iohan. 1. Ec
agnus Dei,qui tollit peccata mūdi,hoc eſt,uicti
ad hoc ordinata à Deo,ut per ipſam placetur i
Dei aduerſus peccata humani generis. Ecce. P
ticula attētionis,ut miſericordia,& ueritas Dei
ſiderentur,quod etſi Deus diu promißionē de M
ſia diſtulerit,tandem tamen ſit miſſurus non ſolu
ipſum Meßiam,ſed etiam præcurſorem, & teſt
eius præſentiæ,ut homines ipſum agnoſcant,&
ant.quomodo ſe ad eius aduentum dignè præp
re poßint. Ego.Deus pater,uel ipſe Meßias,fi
us patris,qui ſicut hic Ioannem Baptiſtam præ
ſorem ſuum promittit , ita ſæpe cum patribus l
cutus eſt,& defenſor atq; dux eorum fuit in pe
culis. Angelum meum.Id eſt,nuncium,ſeu m
niſtrum,qui de meo aduentu, præſentia & offi
teſtabitur. Eſt igitur Iohannes ſolum Angelus,ſ
miniſter Meßiæ,ſicut omnes alij Prophetæ , &
doctores,ſed Chriſtus ipſe eſt Dominus,& reden
ptor humani generis,lux uera , illuminans omne
hominem uenientem in hunc mundum,Ioh.1. E
præparabit. Munus Iohannis Baptiſtæ duple
fuit: primum,præparare Meßiæ uitam prædica
ne pœnitentiæ,ut homines agnoſcentes peccata ſ
ueniam eorum à Meßia petant,& expectent. Al
rum,ut præſentem Meßiam quaſi digito monſtra
ret,quem alij Prophetæ uenturum prædixerant
Viam.Id eſt,auferat ea,quæ impediunt aduentu
ſ

ſeu ingreſſum Meßiæ ut ſunt fiducia propriæ iuſtitiæ, & peccata utriuſq; tabulæ. Ante faciem. Id eſt, aduentum meum. Eſt igitur præparare uiam ante faciem Domini, ſeu Meßiæ, uocare homines ad pœnitentiam, oſtendere eis infirmitatam, et damnationem ſuam, iram Dei aduerſus peccata immenſam, ut gratia Euangelij recipiatur. Et ſtatim. Altera Prophetia de aduentu Meßiæ in carnem, qua confirmat, & conſolatur pios Iudæos, ne propter moram aduentus promißi redemptoris deſperēt, aut de eo dubitent, quia Deus certò ipſum ſit miſſurus in plenitudine diſpoſitionis temporum. De quo ad Galatas 4. & Epheſios 5. Et ſtatim. Id eſt, cum Iohannes Baptiſta inchoauit, et abſoluit miniſterium ſuum. Nam coniecto Iohanne in carcerem ab Herode, ipſe Chriſtus ſtatim docere & edere miracula cœpit. Templum. Vel ad illud Hieroſolymitanum templum ſecundum, ædificatum à Salomone, quod figura fuit Chriſti, & in eo promulgatio Euangelij cœpta eſt: Vel allegoricos, ad corda hominum, quæ templū ſunt Dei, ut Paulus ad Corinthios docet. Saluator. Id eſt, promiſſus Meßias, ſeu Redemptor humani generis. Hoc nomine diſcernit Chriſtum à Iohanne, & alijs Prophetis & doctoribus utriuſq; Eccleſiæ, qui tantum miniſtri ſunt, & fuerunt: Chriſtus autem eſt ipſe redemptor & ſeruator Eccleſiæ. Quem uos. Apoſtrophe ad Iudæos pios, qui

aduentum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

aduentum Meßiæ, per quem ſciebant ſe liberan
eſſe ab æternis malis, peccato, & morte, anxie
pectarunt. De quibus inquit Chriſtus, Luc. 10. M
ti Prophetæ & reges uoluerunt uidere, quæ u
uidetis & non uiderunt. Quæritis. Id eſt, mag
deſiderio expectatis, oppreßi peccato, morte,
tyrannide Diaboli. Angelus teſtamenti.
nominat Propheta ipſum filiũ Dei, ab officio, q
hic Dominus Eccleſiæ promiſſus nuncius ſit m
di & arcani decreti, de liberatione humani ge
ris. Sic & Iacob nominat eum Angelum, & ad
deſcriptionem, quæ diſcernit eum á cæteris An
lis, Gene. 49. inquiens: Benedicat uobis Ang
qui liberauit me ex omnibus malis. Item, Eſaia
cat eum Angelum pacis, capite 9. Teſtamen
Teſtamentum uocat pactum, ſeu fœdus, quod D
us inijt cum Abraham, & cæteris Patriarchis,
mittendo Meßia, qui & ipſos, & poſterita
eorum liberaturus eſſet á peccato, morte, & i
perio Satanæ, quæ uera & æterna liberatio
Nouo Teſtamento reuelata eſt, & ſancita mo
& reſurrectione Chriſti. Et uenit. Aſſeue
tio de certitudine aduentus Meßiæ, ne de
Iudæi dubitent, cum tot annis protrahatur pr
mißionis impletio. Dicit Dominus. Ar
mentatur á ueritate promißionis Dei: Deus
uerus. Deus dicit, hoc eſt, promittit Meßiam ſ
uatorem uenturum: Ergo certó ueniet, etia
differa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Differatur aliquandiu eius aduentus. Et quis. Querela de negligentia & ſocordia hominum tempore aduentus Meßiæ, quod pauci admodum obſeruabunt: primum propter Prophetarum falſam interpretationem, de Meßiæ regno corporali. Secundò, propter operum iuſtitiam, qua fidentes Phariſæi & pontifices, Meßiam exhibitum reijcient. Tertio, propter perſonæ Chriſti uilitatem, & contemptum. Quarto, propter doctrinæ abſurditatem, quod propter hunc ſolum Dominum mortuum & crucifixum tantum datur ſalus Eccleſiæ, non propter iuſtitiam operum. Et quis. Q. d. pauciſsimi. Sic & Eſaias quæritur de paucitate credentium, cum inquit: Quis credet ſermoni noſtro? Eſaiæ. 53. Et quis ſtabit. Loquitur hic Propheta de officio Meßiæ, primum prædicandi legem, qua omnes accuſabit peccati, quia nemo in iudicio Dei, damnantis & accuſantis peccata, conſiſtere poteſt, Sicut inquit Pſalmus: Si iniquitates obſeruaueris, Domine, quis ſuſtinebit? Item, Ne intres in iuditium cum ſeruo tuo Domine, quia non iuſtificatur in conſpectu tuo omnis uiuens. Deinde, de officio prædicandi Euangelium, quo omnes recipit agentes pœnitentiam, mortificat, & purgat, quaſi aurum & argentum, ſordes & reliquias peccati, in natura corrupta & immunda hærentes, donec uetus homo totus mundetur, & aboleatur. Quis ſtabit. Quaſi d. Nemo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Stabit. *Id eſt, ſuſtinebit eius iram, & iudiciu-
accuſantis & damnantis peccatum.* **Eum.**
eſt, Meßiam, ſeu aduentum Meßiæ. **Ipſe eni-**
*Ætiologia continens expoſitionem officij Meſ-
primum accuſandi peccatum per legem. Dein-
purgandi & remittendi ea per prædicatio-
Euangelij, quod fit dupliciter, primum cum co-
donatur peccatum gratis propter mediatore-
de, Deinde, cum reliquiæ peccati quotidie pur-
tur & mortificantur in renatis.* **Quaſi.** *ign-
Duplici ſimilitudine utrumq; officium Meßiæ
clarat: Prima ſumpta eſt ab aurificibus, ſeu ex-
latoribus auri & argenti: altera á fullonibus
hanc ſententiam: Sicut aurifices igne proban-
purgant aurum & argentum, eorumq; ſcoria-
hoc eſt, excrementa excoquunt ac ſeparant:
Chriſtus igne tentationis fidem Eccleſiæ probat
experitur. Et ut fullones ueſtes immundas pur-
et abluunt, ita Chriſtus purgabit conſcientias á pe-
catorum ſordibus.* **Sicut ignis.** *Prior ſimilitu-
in qua ignis crucem, & tentationes ſignific-*
Quaſi herba. *Altera ſimilitudo, in qua her-
ſeu ſapo, qui uim purgandi habet, ſignificat mini-
rium legis, quo condemnatur peccatum, & qu-
abluuntur, & expurgantur eius reliquiæ hæren-
tes in natura.* **Et ſedebit.** *Hypotypoſis auri-
bri conflantis & purgantis aurum & argentum
cui Chriſtum comparat ſimili modo purg-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

em Eccleſiam á peccatorum ſordibus. **Fili-
os Leui.** *Sic uocat Leuitas & Sacerdotes,
qui ex tribu Leui filij Iacob ſumebantur 1. Re-
gum 2. Intelligit autem non ſolum ſacerdotes Le-
uiticos, aut miniſtros Eccleſiæ, ſed omnes creden
tes in Chriſtum, qui ſacerdotes ſunt, hoc eſt, ha-
bent ius inuocandi & placandi Deum per Fili-
um mediatorem. Vnde inquit Petrus, priori Petri
2. Vos eſtis genus electum. regale Sacerdotium,
gens ſancta, populus acquiſitionis, ut uirtutes eius
annuncietis, qui de tenebris uos uocauit in ad-
mirabile lumen ſuum. Reſpexit autem Propheta
ad rationem expurgandi, & inungendi ſacerdo-
tes & Leuitas, quæ à Deo præſcribitur, Leuitici
8. Et quia hîc promittitur alia expurgatio pecca-
torum, uidelicet per Meßiam, ideo Leuitica non
ſuſtulit peccata, ſed fuit tantum typus, & figura
huius expurgationis, qua filius Dei Eccleſiam
emundat ſuo ſanguine á peccatis. De hac ſpirituali
emundatione loquitur Eſaias cap. 4. Lauabit Do-
minus ſordes filiorum & filiarum, & ſanguinem
mundabit de medio eorum in ſpiritu iudicij, &
ore ardoris.* **Et colabit.** *Repetit ſubinde ea-
dem, ut magis inculcet & commendet hoc in-
gens beneficium Meßiæ aßiduæ purgationis ſor-
dium noſtrarum, & corruptæ naturæ.* **Cola-
bit.** *Sordes peccatorum mundabit, ſicut fæces,
ſeu ſcoriam ab argento & auro calendo ſe-*

parant artifices. Eſt enim colare res depurga-
& quaſi defæcare, id eſt, fæcès, ſeu excrementa
trahere. **Et erunt.** Tertius locus, de ſacrifi-
ſeu cultibus Noui Teſtamenti, qui ſunt uera ag-
tio Dei, inuocatio, gratiarũ actio, celebratio no-
nis Dei, adeoq́; uniuerſa obedientia renator-
quæ placet Deo propter mediatorem. **Offeren-
tes ſacrificia.** Non Leuitica, ut Tauros, Ar-
tes, &c. ſed Hoſtias ſpirituales, ut ſtudium ue-
Dei, inuocationem, gratiarum actionem, mortifi-
tionem carnis, officia quibus iuuamus pauper-
de quibus Rom. 12: & ad Philippenſes 4.
iuſtitia. Id eſt, quæ ſacrificia, ſeu hoſtiæ ſpi-
tuales ſunt fructus iuſtitiæ fidei, & cultus plac-
tes Deo propter fiduciam in mediatorem.
placebit. Commendatio obedientiæ, ſeu ſacri-
ficiorum Eccleſiæ noui Teſtamenti ab utili, quo-
placeat Deo hic cultus, & ornabitur multiplic-
bus præmijs, corporalibus & ſpiritualibus. **Iud-
& Hieruſalem.** Id eſt, Eccleſiæ utriuſq; popu-
li, quæ agnoſcit filium Dei, & præſtat hos cul-
fide in promiſſum Dominum, natum ex tribu Iu-
da, iuxta promiſsionem. Intelligit autem non ſo-
lum Iudæos, ſed etiam gentes, quæ cœleſtis Hieru-
ſalem appellantur. **Sicut dies.** Sicut ab initio
conditi & recepti in gratiam humani gene-
placuit Deo ſacrificium Abelis, & deinceps omni-
um Patriarcharũ, et piorum, propter promiſſum
Domi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Dominum, qui in fide & expectatione eius obtulerunt hoſtias: ita etiam tempore Meſsiæ in Eccleſia Noui Teſtamenti placebit Deo obedientia, propter hunc ipſum reconciliatorem totius humani generis.

OBIECTIONES TRES.

I. De diſcrimine inter Chriſtum & Iohannem.

Vterq;, Chriſtus & Iohannes, nominantur appellatione Angeli.
Ergo nullum eſt inter utrunq; diſcrimen.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia Chriſtus non ſolum eſt Angelus, ſed miniſter, ut Iohannes, ſed eſt ipſe promiſſus redemptor & dator uitæ æternæ: Iohannes uerò eſt tantum Angelus, ſeu miniſter, et præcurſor ac teſtis præſentis Meſsiæ. Sicut de eo dicitur: Erat homo miſſus á Deo, cui nomen Iohannes, hic uenit, ut teſtimonium perhiberet de lumine. Item: Non erat ille (Iohannes) lux, ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine. De Chriſto uerò dicitur: Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Ita & hoc loco Propheta Meſsiam ſeruatorem nominat Iudæis promiſſum, & ab ipſis expectatum, ut cum á Iohanne diſcernat.

II. *De tempore aduentus Meßiæ in carnem.*

Daniel capite 9. certum tempus aduẽ
tus Meſsiæ prædixit, uidelicet 7o
hebdomadas: & Iacob uenturum
Meſsiam uaticinatur, cum ablatum
eſſet ſceptrum de Iuda, Gen. 49.

Ergo tempus aduentus Meſsiæ certo
potuerunt ſcire Iudæi.

RESPONSIO.

*Concedo conſequentiam de pijs, quales fuerũt
Zacharias, Simeon, Anna Prophetiſſa, & horũ
ſimiles, qui diuina luce intellexerunt Prophetias de
regno Christi, non politica, ſed æterna liberatio
ne: Alij, ut Pontifices & Phariſæi, qui ſomniabant
regnũ Meßiæ forè politicũ, Ieſum Nazarenũ non
agnouerũt Meßiam, quod nulla regia poteſtate mu
nitus eſſet, quod incederet homo priuatus, contem
ptus, et ærumnoſus. Ideo offenſi ſunt non ſolũ do
ctrina Chriſti, ſed etiam perſonæ uilitate, forma
crucis, et cæteris horribilibus miſerijs, quibus, ſicut
hoſtiæ uelabantur, tectus fuit filius Dei, ne diuina
eius maieſtas conſpiceretur ab incredulis, & car
nalibus, & ignauis lectoribus Prophetarum.*

III. *De filijs Leui, id eſt, ueris ſacerdotibus Noui Teſtamenti.*

Filij Leui erant ſacerdotes Veteris Te
ſtamenti.

Chriſtus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Chriſtus purgat filios Leui:
Ergo tantum purgauit ſacerdotes, Leuiticos, uel tantum Sacerdotes, non etiam Laicos.

Reſpondeo ad maiorem, per negationem: Quia eſt mala definitio. Nam filios Leui non uocat hîc Propheta ſacerdotes Leuiticos, quia ſacerdotium Leuiticum, adeoq; tota politia Iudaica per Chriſtum abrogata eſt: neq; intelligit ſacrificulos Turcicos, qui hoſtes ſunt Chriſti, ſed intelligit omnes amplectentes doctrinam Euangelij, qui uerè ſunt filij Leui, ſacerdotes ſpirituales, offerentes ſpirituales hoſtias Domino, uidelicet fructum labiorum ſuorum, id eſt, ſacrificium laudis. Hos purgat Meßias, condonat eis peccata, & mortificat reliquias peccati, per ſpiritum ſanctum, qui carni, ut inquit Apoſtolus, aduerſatur.

IN FERIIS SANCTI MATthiæ *Apoſtoli, de uocatione eius ad Apoſtolatum in locum Iudæ proditoris.*

Actorum I.

TETRASTICHON.

Excidit infelix cœleſti munere Iudas,
Hunc dat Matthiæ ſorsq; Deusq; locum.
Nunc quoq; da, uerbum doceant qui ritè, miniſtros
Atq; iuua cœtus, tu bone Chriſte, pios.

ARGVMENTVM.

Eſt duplex narratio, Prior de abiectione á mu-
nere Apoſtolico & horrendo interitu Iudæ pro-
toris Domini, & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti, q
ruptis & eiectis in terram inteſtinis, miſerrime
tinctus eſt quo horrendo exemplo diuinæ ulti
nis oſtendit Deus, ſimiles pœnas, corporales &
æternas impendere omnibus hypocritis, & fu
tis doctoribus Eccleſiæ, qui ſua lucra, ut Iud
non Chriſti gloriam, aut Eccleſiæ ſalutem quær
docendo & gubernando, produnt Chriſtum & u
ros doctores, ut ipſi honores, opes, fauorem po
tum uel retineant, uel aſſequantur. Altera narra
eſt de uocatione S. Matthiæ ad munus Apoſtoli
cum in locum Iudæ, quo docet & conſolatur no
Chriſtus, Deum ſubinde inſtaurare Eccleſiam,
excitare ueros miniſtros, & doctores Eccleſiæ, u
conſeruetur inter homines cœleſtis doctrina. Sic
inquit Paulus, ad Ephe. 4. Aſcendens in altum,
(Chriſtus) captiuam duxit captiuitatem, dedit do-
na hominibus, & ipſe dedit quoſdam quidem Ap
ſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios uero Euan
geliſtas, alios autem paſtores, & doctores, ad con
ſummationem ſanctorum in opus miniſterij in ædi
ficationem corporis Chriſti.

EPISTOLA, Act. 1.

IN diebus his, exurgens Petrus in me-
dio diſcipulorum dixit: (Eratq́ tur-
ba

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ba hominum ſimul fere centum uiginti) Viri fratres, oportuit impleri ſcripturam hanc, quam prædixit ſpiritus ſanctus per os Dauid de Iudæ, qui fuit dux ijs, qui comprehenderunt Ieſum: quia cooptatus erat in numerum noſtrum, & ſortitus erat partẽ miniſterij huius. Et is quidem parauit agrum ex mercede iniquitatis, ſuſpenſusq́ꝫ crepuit medius, & effuſa ſunt omnia uiſcera eius. Et innotuit omnibus habitantibus Hieroſolymæ, ita ut appellaretur ager ille lingua illis uernacula Aceldama, hoc eſt, ager ſanguinis. Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum: Fiat commoratio eius deſerta, & non ſit qui inhabitet in ea: & Epiſcopatũ eius accipiat alter. Oportet igitur ut ex ijs uiris, qui nobiſcum uerſati ſunt toto tempore, quo Dominus Ieſus perpetuam uitæ conſuetudinem egit nobiſcum, exorſus à baptiſmo Iohannis, ad eum uſqꝫ diem, quo receptus eſt à nobis, unus quiſpiam conſtituatur, qui ſit unà nobiſcum teſtis reſurrectionis eius. Et ſtatuerunt duos, Ioſeph qui uocatur Barſabas, qui cognominatus eſt Iuſtus, & Matthiam. Et facta precatione dixerunt: Tu Domine, qui corda noſti omnium,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

**oſtende utrum elegeris ex his duobus, u
accipiat ſortem miniſterij huius & apoſt
latus, unde præuaricatus excidit Iudas
ut abiret in locum ſuum. Et dederũt ſo
tes eorum, & cecidit ſors ſuper Matth
am, & cooptatus eſt ad numerum unde
cim Apoſtolorum.**

EXPLICATIO TEXTVS.

*Narratio, quæ tota hoc Enthymemate conſta
quo hortatur Petrus cæteros diſcipulos ad electi
onem noui Apoſtoli, hoc modo. Excidit Iudas Iſca
riotes uocatus a Chriſto Apoſtolus, ab hoc miniſte
rio, propter impietatẽ & proditionem ſuam, Ergo
neceſſe nunc eſt, ut alium in eius locum cooptem
ut numerus Apoſtolorum duodenarius, quem ipſ
Dominus certo conſilio conſtituit, maneat integ
& abſolutus. Antecedens tanquam neceſſariu
confirmat, primum á uaticinio ſcripturæ de Iuda
excidio, quam impleri oportuit. Deinde á pro
ditione & impietate Iudæ, quæ abiectionem et ta
horribile eius ſupplicium cõmeruerat.* In dieb
illis. *Quibus, Chriſto ſublato in cœlum, diſcip
eius ſederunt Hieroſolymis in cœnaculo unanim
ter, orantes & expectantes donum ſpiritus ſan
cti, iuxta præceptum Chriſti.* Exurgens Pe
trus. *Qui aliorum Apoſtolorum orator & qua
ſi os ubiq; ferè introducitur, cum quid uel publi
dicendum*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

dicendum, uel reſpondendum eſt. In medio. Vt ab omnibus exaudiri poßit, ut & Chriſtus reſuſcitatus in medio ſtat diſcipulorum, pacem eis precans, Ioh. 20. Turba nominum. Mentionem facit Lucas numeri diſcipulorum Chriſti id temporis, ut admoneat, quam exiguis initijs Eccleſiā in tantam multitudinem excreuerit per prædicationem Euangelij, & præſentiam ſpiritus ſancti, ſicut & noſtro tempore Deus Eccleſiam ex paucißimis ijsq́; contemptis colligit & conſeruat mirabiliter. Nominum. Id eſt, hominum, per Synecdochen. Viri fratres. Captatio beneuolentiæ & attentionis, qua concordiæ ſeruandæ eos admonet, & conſtantiæ præſtandæ in profeßione doctrinæ Chriſti. Oportuit. Prima cauſa excidij Iudæ, ſcripturarum uaticinium. Pluribus autem explicat ſupplicium Iudæ, ut hæc horribilis pœna deterreat alios, & ad maturam pœnitentiam hoſtes reuocet. Oportuit. Certitudo ſcripturæ ſanctæ, ſiue de pœnis impiorum concionetur, ſiue de præmijs piorum. Quam prædixit. Commendatio ſcripturæ ab autore ſpiritu ſancto, qui per Dauidem, & cæteros Prophetas, tanquam per os & inſtrumentum ſuum, locutùs eſt, et adhuc loquitur. De Iuda. Iſcariote, qui unus ex duodecim Apoſtolis Chriſti fuit. Dux fuit. In horto, cum proderet Chriſtum Iudæis. Miniſterij huius. Id eſt, Apoſtolici, ut eſſet legatus Chriſti in prædicando

do

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

do Euangelio, quo nullũ eſt munus excellentius in
ter homines. Et is. Altera cauſa excidij Iudæ, pec
catũ eius, hoc eſt, proditio Domini, & deſperatio.
Suſpenſus. Pœna corporalis Iudæ horribilis,
qua publicè proditorem ſuum Chriſtus afficere vo
luit, ut eſſet ſpectaculum omnibus impijs, omnium
temporum. Suſpenſus. Matth. 27. Ager ſan
guinis. Id eſt, qui pecunia ſanguinis, hoc eſt, pro
diti Chriſti emptus eſt. Scriptum eſt. Teſtimo
nium ſcripturæ de interitu & abiectione Iudæ,
quod cum in genere de tota perſequentium Chri
ſtum cohorte dictum ſit, Euangeliſta ad ipſum Iu
dam nominatim accommodat, quod hic eorum, qui
Chriſtũ comprehenderunt, dux ac princeps fuit.
In libro Pſalmo. Pſalm. 69. in quo Meßias que
ritur de hoſtibus ſuis, á quibus comprehenſus &
crucifixus eſt, & imprecatur eis perpetuam deſo
lationem & excidium, cum inquit inter alia, Ef
funde ſuper eos iram tuam, & furor iræ tuæ com
prehendat eos, fiat habitatio eorum deſerta, in ta
bernaculis eorum non ſit qui inhabitet. Et fiat co
moratio. Id eſt, Iudas propter impietatem &
proditionem ſui præceptoris deijcietur á munere
Apoſtolico, quo antea functus eſt, & ita extirpa
tur genus eius, ut nemo ex eius liberis, nepotibus,
aut cognatis ſucceſſor ſuperſit. Et Epiſcopa
tum. Vaticinium de ſucceſſore cooptando in lo
cum Iudæ, ſumptum ex Pſal. 108, quæ & ipſa eſt

generalis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

generalis comminatio apud Prophetam, de abijciendis impijs, negligentibus, & ſecuris gubernatoribus et doctoribus Eccleſiæ à miniſterio: ſed ſicut Euangeliſta ſuperius dictũ Pſalm. 69. ita & hoc ad Iudam accommodat, utpote principem omnium aliorum, qui ſua quærunt in miniſterio docendi Eccleſiam. Oportet igitur. Conſequens Enthymematis, de ſurrogando alio Apoſtolo ex ipſius Chriſti diſcipulis, non recentibus, ſeu nouitijs, ſed qui cum Chriſto longo tempore uerſati ſunt, ut tanto certius teſtari poßit de reſurrectione Chriſti, ſub qua complectitur omnia opera et beneficia Chriſti. Docet autem hic locus, nõ Neophytos, nec ineruditos homines uocandos eſſe ad munus Eccleſiaſticum, ſed qui idonei ſunt, tum propter doctrinam, tum uitæ integritatem, qualem Epiſcopũ et Paulus deſcribit ad Titum cap. 1. Nobiſcum. Apoſtolis, qui ſpectatores miraculorum Chriſti fuimus, & auditores eius doctrinæ ſtatim ab initio prædicationis eius. Exorſus à baptiſmo. Vel quo tempore Iohannes Baptiſta incepit docere & baptizare populum in deſerto, uel quo Chriſtũ baptizauit, Matth. 3. Nam de utroq; tempore rectè intelligi poteſt dictũ Petri. Quo receptus eſt à nobis. In cœlum, Actor. 1. ubi ſedet nunc ad dexteram patris regnans ſuper omnia, & interpellans pro Eccleſia. Ad Rom. 8. & Hebræ. 9. Vnus quiſpiam. Numerus duodenarius apud Iudæos, ſi

cuti

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

cuti ſeptenarius apud Romanos, ſolennis erat
teſtimonijs ferendis de rebus publicis & grauibus
Ideo Chriſtus elegit duodecim Apoſtolos, qui pu
blici & legitimi teſtes eſſent de ſua reſurrectione
& alijs operibus, de natiuitate, de miraculis, paſ
ſione, morte, reſurrectione, Aſcenſione, & miſſio
ne ſpiritus ſancti. Nam hæc omnia opera Chriſti
adeoq; totum negocium euangelicum appellatione
reſurrectionis complectitur D. Petrus, quod reſur
rectio ſit quaſi confirmatio et conſummatio omni
um operum Chriſti. Sicut inquit D. Paulus: Si Chri
ſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra,
inanis eſt & fides ueſtra. Priore Cor. 15. Teſtis.
Non priuatus, quales fuerunt omnes alij diſcipuli
ſed publicus, & ad hoc propriè et peculiariter uo
catus á Deo, ut teſtimonium perhibeat de Chriſto
ſeu Meßia exhibito, propter quem ſolum genus
humanum reconciliatum eſt Deo, & conſequitur
fiducia huius mediatoris hæreditatem uitæ æternæ.
Et ſtatuerunt. Non quoslibet ſtatuunt eligendos
ad tam excellens & diuinum miniſterium, ſed duo
os præſtantes uiros pietate et doctrina: Sed quoni
am ipſi ignorant, cum paria uideantur eſſe dona,
uter ſit magis futurus Idoneus, precantur Deum,
ut ipſe oſtendat, utrum iam ex his duobus ipſe ele
gerit. Tu Domine. Oratio diſcipulorũ ad Chri
ſtum, qua precantur, ut ipſe declaret, utrum ex his
duobus uelit cooptari in locũ Iudæ, et fuit hæc pre
catio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ratio quaſi legatio miſſa in cœlum ad Deum fide, quæ ſola cœlũ penetrat. Vt autem certa ſit fides, requiritur promißio, cui nitatur fides, quam dupli cè habuerunt hîc diſcipuli: Generalẽ, Matt. 11. Omnia quæcunq; petieritis in precatione, credentes accipietis: Et ſpecialẽ, de eligendo ſucceſſore Iudæ in Apoſtolatu. Pſal. 108. Et Epiſcopatũ eius, hoc eſt, præfecturam, alter accipiet. Eſt aũt ſumma precationis hæc: Nos neſcimus Domine, utrũ dignum ſeu idoneum iudices ad hoc tantum munus, Ergo tu declara & oſtende nobis, uter tibi placeat. Ratio conſequentiæ: Quia nos homines ſumus, & externam tantum ſpeciem intuemur, tu autem cordium es ſcrutator, & cognitor. Ergo tu ſolus ſcis, uter ſit magis futurus idoneus, propter dona, quæ unicuiq; pro tuo arbitrio diſtribuis. Docet autem hoc exemplum, ut & nos in creandis magiſtratibus, eligendis miniſtris Eccleſiæ, adeoq; in omnibus rebus quibus opus nobis eſt impetrandis, ad Deum confugiamus, ut ipſe tribuit nobis ſalutaria organa. Elegeris. Id eſt, maiora dona cõtuleris ad functionem hanc rectè adminiſtrandam: alioqui quantũ ad rationem iuſtificationis, ſeu conſequendam ſalutem, nulla eſt perſonarum apud Deum electio, ſed placent illi omnes, qui timent ipſum, & faciunt iuſtitiam, ut D. Petrus inquit Actorum 10. Præuaricatus eſt. Præuaricari eſt deſerere ſuam uocationem, & quaſi apoſtatam fieri, hoc eſt, defice-

re á tradita ſeu accepta doctrina & profeſſion-
Et ſortes dederunt. *Vtuntur in re dubia pu-*
blica & uſitata id temporis conſuetudine dirimen-
di contentiones per ſortes, ne Deum tentare uide-
antur, ſi petant ut uel ipſe manifeſtet ſe è cœlo, uel
uoluntatem ſuam per Angelum aliquem reuelet,
utrum ex his duobus propoſitis in Apoſtolum co-
optari uelit.

OBIECTIONES TRES.

I. *De cauſa proditionis & interitus Iudæ.*

Quod per ſcripturam prædictum eſt, fit neceſſario.

Iudæ proditio & interitus ſcriptura prædicta fuerunt.

Ergo neceſſaria fuit illius proditio & interitus: *Et per conſequens, Deus eſt autor peccati, & iniuſté damnatur Iudas, quia aliter agere non potuit, propter ſcripturæ prædictionem.*

Reſpondeo ad maiorem, per diſtinctionem. Duplex eſt neceßitas, conſequentis & conſequentiæ. Neceßitas conſequentis, quæ & abſoluta dicitur, eſt, cuius contradictorium ſimpliciter eſt impoßibile, ut: Deus eſt iuſtus, huius contradictoriū, Deus eſt iniuſtus, ſimpliciter eſt impoßibile. Neceßitas conſequentiæ eſt, cum propter præcedentes cauſas cer-

certò ſequitur effectus, etiamſi initium, & quæ ſequuntur, ſua natura contingentia ſunt. Vt ualet neceßitate cõſequentiæ, Deus decreuit mortuos reuocari in uitam, Igitur neceſſe eſt mortuos reuiuiſcere. Sic ſcriptura ut neceſſarium futuram prædicit proditionem Iudæ, & eius interitum propter præcedentem cauſam, uidelicet peruerſam eius uoluntatem, quæ liberè ſe uertit á Chriſto, ut Eua á Deo, & prodidit Dominum ſæpius ab eo admonitus. Ideo Deus neq; impulit Iudam ad proditionem, neq; eam approbauit, ſed ipſe liberè peccauit, & cauſa damnationis non eſt in Deo, ſed in Iuda. Quia Deus etſi præuidet & permittit peccata ſeu mala, horribiliter tamen ea abominatur, ſicut inquit Pſalmus: Non Deus uolens iniquitatem tu es.

II. De diſcrimine pœnitentiæ Iudæ & Petri.

Petrus agens pœnitentiam recipitur: Ergo & Iudas recipi debebat: quia ipſũ etiam peccati pœnituit. Nam inquit: Peccaui, quia prodidi ſanguinem iuſtum.

RESPONSIO.

Duæ ſunt partes Chriſtianæ & ſalutaris pœnitentiæ: contritio & fides, quas coniunctas eſſe oportet. Contritionem tantum habuit Iudas, fidem

non habuit. Nam deſperauit de miſericordia De
Petrus uerò utranq; habuit partem, contritionem
quia doluit de peccato,& fiduciam in miſericor
diam Chriſti, qua ſtatuit ſibi remitti peccatum ab
negationis. Ideo receptus eſt in gratiam propter
mediatorem. Deinde Iudas non conſecutus eſt gra
tiam, quia totius admonitus à Chriſto, non reſipu
in tempore. Petrus autem ſtatim ad conſpectũ Chri
ſti agnouit peccatum. Quód autem Annas, Cai
phas,& ſimiles, non ſunt puniti, ut Iudas, ideo fa
ctum eſt, quód Deus paucos quoſdam impios, eos
præcipuos punit in hac uita exempli cauſa, reli
quam turbam ad pœnas æternas reſeruat.

III: De *Sortibus.*

Inquit Dominus, Deut. 18. Ne ſit inter uo
ſortilegus:

Ergo peccarunt Apoſtoli, quód hi
per ſortem elegerunt Matthiam in
Apoſtolum.

Reſpondeo per diſtinctionem, Quia duplex eſt
genus ſortis, Prohibitum, cum ſuperſtitione qua
& temeritate per ſortes inquirimus futura, a
occulta, quæ non neceſſe eſt ſcire. Vt ſi quis, exe
gratia, inquirat per ſortẽ, an in alterum annum ui
cturus ſit, Aliud genus eſt politicũ ſeu ciuile, cum
per ſortẽ diſcernuntur cõtentiones, ut in diuiſioni
bus hæreditatum. Hæc ſortitio eſt ordinatio diui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

na. Sic hoc loco inquirunt Apoſtoli ſorte electionē duorum diſcipulorum in Apoſtolatū, de quo promiſsionem ſcripturæ habuerūt. De hoc igitur genere ſortium dicitur. In ſinum deijciuntur ſortes, ac à Deo iudicium earum proficiſcitur. Item, Contendentes ſors componit, & inter fratres dijudicat:

IN FERIIS ANNVNCIATIOnis Mariæ, Epiſtola Eſaiæ, uaticinium de Meßia naſcituro ex ſtirpe Ieſſe, hoc eſt, ſemine Dauidis; de perſona eius, officio, & regno ſpirituali. Eſaiæ XI.

TETRASTICHON.

Chriſtus Ieſſæa ſurget de ſtirpe Redemptor;
Regia cum gentes ſceptra uerenda tenent:
Spiritus hunc Domini diuina mente replebit;
In regno felix, ut bene cuncta gerat.

ARGVMENTVM.

Eſt hæc inſignis prophetia de Meßia promiſſo liberatore humani generis, primum de natiuitate eius humana, quod ex genere ſeu familia Dauidis, iuxta promiſsionem, naturā humanā aſſumpturus ſit. Deinde de perſona eius, quod non ſolū ſit futurus uerus homo, natus ex ſemine Dauidis, ſed etiam uerus Deus, conceptus de ſpiritu ſancto ſine peccato; à quo præter cæteros homines donis ſpirituali-

bus omnis generis replebitur & gubernabitur in miniſterio docendi & redimendi humanum genus à peccato, morte & imperio Diaboli. Tertiò, de officio & regno eius, quod erit futurum arguere ſeu damnare peccatum per prædicationem legis, et annunciare remiſsionem peccatorum, atq; ſemet ipſum offerre uictimam Deo pro peccatis noſtris, mori, reſurgere à morte, aſcendere in cœlum, & inchoare regnum ſpirituale, colligere ſibi Eccleſiam uoce Euangelij ex gentibus & Iudæis, in qua futura eſt ſumma tranquillitas & pax, primum inter Deum & homines de remiſsis peccatis, & reconciliato Deo per hunc redemptorem filium Dei. Deinde inter ipſos etiam homines credentes Euangelio, qui coniunctiſsimè inter ſe conuerſabuntur, conſociatis uoluntatibus uerbo Euangelij, iiſdem ſacramentis, mutuis officijs, & expectatione eiuſdem hæreditatis in uita æterna.

EPISTOLA, *Eſaiæ* 11.

ET egredietur uirga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis. Et replebit eum ſpiritus timoris Domini: non ſecundum uiſionem oculorum iudicabit, neq; ſecundum auditum aurium arguet: ſed iudicabit in iuſtitia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ, & percutiet terram uirga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorũ interficiet impium. Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit, uitulus & leo & ouis ſimul morabuntur, & puer paruulus minabit eos.

OCCASIO HVIVS Prophetiæ.

Deuaſtabat paßim Iudæam, & aduentabat iam ad Hieroſolymam obſidendã Sennacherib rex Aſſyriorũ. Ne igitur Iudæi in tantis periculis deſponderent animum, Propheta in præcedenti capite 10 conſolatus eſt eos de futura corporali liberatione, quod Deus Sennacherib tyrannum, eiusq́; exercitum, quo peccata populi aliquandiu Deus puniebat, per Angelũ uniuerſum tandem interfecturus eſſet, ſicut inquit in fine capit. Ecce dominator dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, & excelſi ſtatura ſuccidentur, & ſublimes humiliabuntur. In hoc autem 11. cap. addit alteram conſolationem ſpiritualẽ, uidelicet de uenturo Meſſia promiſſo Domino, qui populũ ab hoſtibus ſpiritualibus, peccato, morte, & tyrannide diaboli liberaturus ſit, Non igitur Sennacherib totũ populum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

delebit, ſed manebunt reliquiæ, ex quibus Chriſtu
naſcetur, iuxta promiſsionem. Hac conſolatione
ſpe uult Propheta, ut ſe ſuſtentent Iudæi, & cer
ſperent liberationem.

EXPLICATIO TEXTVS.

Et egredietur. Sicut in fine præcedentis ca
pitis ſimilitudinem ſumpſit de arboribus excel
excidendis, qua regem Aſſyriæ Sennacherib, eiuſq;
principes intellexit, ita hic in metaphora perſt
ex radice arboris iam propè emortua proditur
eſſe uirgam, hoc eſt, Meſsiã, qui omnes monarch
potentia ſuperaturus ſit, eorumq́; regna abolitu
rus. Eſt autem hæc prior pars uaticinij de gene
Meſsiæ, & tempore, quo naſciturus ſit. Genus e
tribus Ieſſe, qui pater Dauidis fuit, cui facta e
promiſsio, quòd Chriſtus ex ipſius genere naſci
rus eſſet, ſicut inquit Deus ad Dauid, poſterior
2. Sam: 7. 12. & seqq: Regum 7. Cum obdormieris cum patribus tuis ſu
ſcitabo ſemen poſt te, quod egredietur de utero
tuo, & firmabo regnum eius &c. Tempus exhiben
di Meſsiæ fuit, cum regnum Iuda translatum eſſe
ad gentes, ſicut inquit Iacob Patriarcha, Geneſ
49. Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec doctor
de ſubſellijs eius, donec ueniat Silo, cui adhære
bunt populi. Vnde & hoc loco inquit Propheta, uir
gam, hoc eſt, Chriſtum egreſſurum eſſe ex radice
Ieſſe, trunco ſcilicet iam arido & emortuo, cum
regnum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

regnum ſeu tribus Iuda tota iam feré interciderit, ita ut nulla ſit iam ſpes de naſcituro Meſsia, regno ſcilicet translato ad Romanos. Virga. Id eſt, Meſsias. Egredietur. Id eſt, naſcetur, ſeu induet humanã naturam. De radice Ieſſe. Id eſt, de familia ſeu tribu Dauid, cuius pater Ieſſe fuit, qui & Iſai dictus eſt. Radice. Id eſt, trunco iam arido & feré emortuo, nam familia Dauidis, occupato regno ab Herode, deuoluta erat ad homines priuatos & pauperes, quales Ioſeph & Maria fuerunt. Et flos. Id eſt, ſurculus egregius unicus & fructifer. Aſcendet. Id eſt, fructifer erit, ſeu fructum proferet. Quidam intelligunt per uirgam ipſam Mariam matrem Chriſti, natã ex ſtirpe Dauidis, per florem autem ſeu ſurculum ipſum Meſsiam ſeu filium Mariæ. Et requieſcet. Deſcriptio donorũ ſpiritualiũ Meſsiæ, quibus præ cæteris hominibus non tantum donabitur, ſed replebitur á ſpiritu ſancto, quia erit & uerus Deus, & uerus homo. Ideo non tantum plenus erit ſpiritu ſancto, quantum ad dona attinet, ſed etiam natura diuina, ſicut ipſe inquit de ſe, Lucæ 4. ex Eſaia Spiritus Domini ſuper me &c. Significant autem hæ uariæ appellationes donorum, ſpiritualia arma Meſsiæ, quibus regnum ſuum ſpirituale conſtituet & adminiſtrabit, ut ſit felix & ſalutaris gubernatio Eccleſiæ contra peccatum, mortem, & regnum Satanæ. Et requieſcet. Sic Matthæi 3.

 Spiritus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ deſcendit ſuper
Chriſtum. Et Baptiſta ait, Iohan. 1. Vidi ſpiritum
deſcendentem de cœlo, & manſit ſuper eum. Re-
quieſcet ſuper eum. Id eſt, corporaliter inha-
bitabit in Chriſto Spiritus ſanctus, quia eſt uerus
Deus: non tantum operationibus ſuis & donis, ut
in alijs Sanctis. **Spiritus Domini.** Id eſt, ſpiri-
tus ſanctus, à quo conceptus eſt filius Dei, ſine pec-
cato in utero Mariæ uirginis, Lucæ 1. Requieuit ig-
tur ſpiritus ſanctus in Chriſto, hoc eſt, tanqam in
ſede ſua ſumma cum delectatione habitauit, guber-
nauit filium Dei, defendit, & addidit ei uires &
ſucceſſus in miniſterio. **Spiritus ſapientiæ.** Di-
ſtributio donorum ſpiritus ſancti in Chriſto, quæ
ſumpta ſunt ab eius effectu, & ſignificat in hac
diſtributione ſpiritus ipſa dona Spiritus ſancti.
Spiritus ſapientiæ. Id eſt, qui ſpiritus ſanctus
reddet ipſum Meßiam uerè ſapientē & intelligen-
tem uoluntatem Dei, ita ut etiam conferat, & do-
ceat alios hanc ſapientiam, uidelicet ueram cogni-
tionem Dei, & uniuerſæ pietatis. **Spiritus intel-
ligentiæ.** Intelligentia eſt iudicium de uera &
falſa religione & doctrina Eccleſiæ Dei, quæ ex
ipſa ſapientia acquiritur. Docebit igitur Chriſtus,
quæ ſit uera notitia Dei, & qui cultus placeant
Deo, hoc diſcrimen inter ueram & falſam religio-
nem & cultus Eccleſiæ intelligit ſolus Chriſtus, &
tradit illud Eccleſiæ ſuæ. **Spiritus conſilij.** Id eſt,
qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

qui tempore afflictionis ſeu crucis dabit conſilium
conſolabitur, & criget afflictos, dabit conſilium
uincendi mortem, per ſuam mortem, & conſilium
illud admirandum, & occultum, de redemptione
humani generis per filium Dei, ipſe patefaciet, &
exequetur. Spiritus potentię. Id eſt, fortitudi-
nis, hoc eſt, qui ſpiritus dabit uictoriam, uires, &
effectũ conſilijs, ut conſolatio ſit firma & efficax
in animis, nam ſine ſpiritus ſancti interiore motu,
externa conſolatio non eſt efficax. Spiritus ſci-
entiæ. Scientia hoc loco eſt cognitio commodè &
prudenter uiuendi inter homines, ita ut nullis ſcan
dalis alios offendamus, ſed accõmodemus nos alio-
rum moribus, ut multos lucrifaciamus noſtra com-
moditate, ſicut Chriſtus fecit, edens & bibens cum
omnibus, ut omnes ad pœnitentiam, & cognitionẽ
Dei uocaret. Et pietatis. Lutherus uertit, Timo
ris, quod rectè timor ſcientiæ cõiungitur, propter-
ea quod ſcientia ſine timore et agnitione propriæ
infirmitatis inflat, ut inquit Paulus, ſeq; alijs præ-
fert, unde oriuntur diſſenſiones, & turbatur con-
cordia Eccleſiæ. Et replebit eum ſpiritu. Id
eſt, ipſe Meßias uerè timebit Dominum quia uerè
agnoſcet magnitudinem peccati, & iræ Dei. Ideo
uoluntati Dei obtemperabit ex animo, & peccata
cauebit, & dabit ſpiritum etiam alijs timoris, ut
peccata oderint ac fugiant. Non ſecundum
uiſionem. Id eſt, uerum & iuſtum iudicium iu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

dicabit,quia intelliget occultos motus cordiũ.Ideo non neceſſe habebit aliorum teſtimonijs,ut alij iudices terreni,quorum ſententiæ à teſtibus pendent, & ſæpe propter externam ſpeciem, ſeu perſonarum reſpectum,quæ hic Propheta uiſionem oculorum, & auditum aurium uocat, iniuſtè iudicant. Hic non falletur Meßias. Nam cum ſit Deus, intuebitur corda,& iuxta cogitationes iudicabit,id eſt, damnabit impios, & ſeruabit ac defendet pios. Sed iudicabit in iuſtitia. *Hoc eſt, iuſtè iudicabit pauperes et afflictos,id eſt,non abijciet eos propter paupertatem,et afflictiones,ut mundus facit, ſed ſeruabit eos in iuſtitia, ſcilicet aliena, hoc eſt, propter ſuam iuſtitiam,quam ipſe conferet eis,& liberabit eos, æquum & manſuetum ſe exhibebit manſuetis terræ,hoc eſt,abiectis & contemptis coram mundo.* Et percutiet. *Loquitur hic Propheta de miniſterio, ſeu prædicatione legis & Euangelij, quam uirgam oris Meßiæ appellat, & ſpiritum labiorum ipſius,quibus percutiet terram, & interimet impium,hoc eſt,damnabit mundum, impiam doctrinam,Antichriſtum,falſos cultus,mortificabit, & obolebit reliquias peccati in natura prædicatione pœnitentiæ,quæ efficax erit per ſpiritum ſanctum.* Et cinctura eius. *Hypotypoſis eſt,qua tanquam militem,ſeu pugnantem ducem Chriſtum deſcribit,cinctum armis non carnalibus, ſed ſpiritualibus,quæ ſunt iuſtitia et fides. Iuſtitia eſt*

eſt mors, & reſurrectio Meßiæ, propter quæ iuſtos nos reputat Deus. Fides eſt ipſe fiducia, qua hanc iuſtitiam filij Dei apprehendimus. His armis muniti ſunt lumbi & renes Meßiæ, hoc eſt, firmiter ſeruat promiſſa, & uincit peccatum & mortẽ, non ſolum in ſua perſona, ſed etiam in Eccleſia, cui hanc ſuam iuſtitiam, & uictoriam impertit fide, & donat eam ſpiritu ſancto, ut ipſa quoq; hoſtes ſuos, corporales et ſpirituales uincat. Ad hunc locum Prophetæ uidetur reſpexiſſe D. Paulus, cum deſcriberet militem Chriſtianum, eiusq́; arma ſpiritualia, ad Ephe. 6. Habitabit. *Effectus potentiæ uerbi Meßiæ, hoc eſt, Euangelij, quo conuertentur etiam tyranni, & hoſtes Euangelij ad Eccleſiam, quæ colligetur ex uarijs hominum ac nationum generibus, & ſumma concordia & pax parabitur in Eccleſia, quã allegoricos indicat ſimilitudine ſumpta ab animalibus efferis, quæ tempore regni Meſſiæ, ſeu prædicationis Euangelij affirmat cicuranda eſſe, non quod ipſæ beſtiæ feritatem ſuam exuturæ ſint, ſed intelligit per beſtias allegoricè homines tyrannos, barbaros, & feroces, qui per uocem Euangelij quaſi cicurabuntur & manſueſcent, adiungentes & conſociantes ſe Eccleſiæ, ſeu regno Chriſti.*

OBIECTIONES QVATVOR.

I. *De perſona Meßiæ.*

Meſsias, ut hic inquit Propheta, na-

ſcetur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſcetur ex radice Ieſſe, hoc eſt, fami-
lia Dauidis:

Ergo erit tantum purus homo, & non etiam Deus:

RESPONSIO.

Nego conſequentiam: Quia ſunt alia perſpicua teſtimonia apud Eſaiam, & alios Prophetas, quæ affirmant Meßiam etiam eſſe Deum, ſeu præditum diuina potentia, qua uincet peccatum, mortem, & Diabolum, unde Eſaias eum uocat cap. 7. Emanuel, hoc eſt, nobiſcum Deus. Item alibi inquit: Deus ipſe ueniet & ſaluabit nos. Et Micheæ 5. dicitur de Meßia: Egreſſus eius ab initio ante dies mundi. Eſt igitur diuina natura inſeparabiliter unita cum humana in una perſona Chriſto, ut humanum genus redimere poßit á peccato, & morte, quod purus homo non potuiſſet facere.

II. *De regno ſpirituali Meßiæ, contra Iudæos.*

Meſsias percutiet terram uirga, & ſpiritu oris ſui:

Ergo regnum Meſsiæ non erit futurum corporale, ſed ſpirituale, conſiſtens in prædicatione, ſeu miniſterio uerbi Dei. *Et falſa eſt perſuaſio Iudæorum de regno Meßiæ mundano, & corporali liberatione á ſeruitute Romanorum,*

ſeu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſeu gentium. Quia officium Meßiæ non erit occupare regnum mundi ui corporali, ſeu armis, ſed uocare homines per prædicationem legis, & Euangelij ad pœnitentiam, accuſare peccatum, mori, & redimere ſua morte humanum genus á peccato, morte æterna, & imperio Diaboli.

III. *De aduentu Meßiæ, contra eoſdem.*

Meſsias naſci debebat ex radice, ſeu trunco arido, & emortuo iam fere Ieſſe: *Id eſt, cum familia Dauidis iam interciderit ad homines priuatos. Et, ut inquit Iacob, cum ſceptrum ablatum fuerit à Iuda, & doctor á ſubſellijs eius.*

Familia Dauidis iam ante annos amplius mille & quingentos ita intercidit, ut neſciatur iam, qui Iudæorum ex ea ſint oriundi: & regnũ Iuda tempore Chriſti translatum fuit ad Herodem alienigenam, qui Sanhedrin, hoc eſt, collegium doctorũ deleuit, & tota iam politia Iudaica eſt deleta, & Bethlehem ciuitas, in qua naſci debebat Meſsias, iuxta Prophetiam Micheæ cap. 5.

Ergo Meſsias iam exhibitus eſt, & ille ipſe eſt, quem Chriſtiani credunt.

&

& affirmant, Ieſus Nazarenus natus ex uirgine matre, tempore Octauij Auguſti, mortuus & reſuſcitatus, qui aſcendens ad cœlos, conſedit ad dexteram Dei uerus homo, & uerus Deus, benedictus in ſecula.

IIII. *De aduentu Meßiæ.*

Eſaias uaticinatur, tempore Meſsiæ beſtias efferas cicurandas eſſe, & exuturas naturalem feritatem. Quia inquit: habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit &c.

Sed beſtiæ nondum ſunt cicuratæ, ſed retinent naturalem feritatem:

Ergo Meſsias nondum uenit.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam: Quia eſt fallacia amphibologiæ, uel figuræ dictionis, ſeu phraſeos in maiore. Nam Propheta non loquitur de exuenda feritate beſtiarum naturali, quæ manebit uſq; ad finem mundi, ſed allegoricos intelligit hac ſimilitudine hyperbolica, fore ſummam concordiam in regno Chriſti, ſeu Eccleſia, & homines efferos ac barbaros ex omnibus nationibus conuertendos eſſe ad Deum, & aſſociandos Eccleſiæ, uoluntate, uſu eorundem ſacramentorum, ſpe uitæ æternæ, & communicatione beneficiorum regni Chriſti.

ALIA

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ALIA EPISTOLA DE

Eodem feſto, Vaticinium Eſaiæ 7. de Meßia naſcituro ex matre uirgine.

TETRASTICHON.

Sumere quid ceſſas Achaz rex impie, amoris
Quod tibi nunc pignus contulit ipſe Deus?
Non tentat Dominum, Domini qui iuſſa capeßiti
At ſcelus eſt proprijs fidere uelle bonis

ARGVMENTVM.

Eſt & hæc Epiſtola Prophetia Eſaiæ nemorabilis de Meßia, quem uaticinatur ex matre uirgine aſſumpturum humanam naturam, propter communem & uſitatum curſum naturæ. Hoc miraculo admirandæ natiuitatis Meßiæ, Deus fidem Achas regis Iudæ increduli confirmat de uictoria contra regem Syriæ Razin, & regem Iſrael, qui cõiunctis copijs Hieruſalem expugnare tentabant. Taxat autem initiò Propheta regis Idololatræ, & increduli hypocriſin, quod iuſſus à Deo, ut ſignum promiſſæ uictoriæ, & liberationis peteret, illud ipſum petere à Deo recuſarit, ſed contempto Dei auxilio niteretur humanis uiribus, & præſidijs. Ideo cum rex impius reijceret promißionem diuinam, ut pij tamen haberent ſignum, non tantum corporalis liberationis, ſed expectarent etiam ſpiritualem liberationem à peccato & morte, promittit

Deus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Deus per Prophetam ipſum Meßiã,eumq; ex ui- gine matre mirando modo,ſine uirili ſemine,naſ turum eſſe uaticinatur,qui Eccleſiam liberatur ſit ab æternis malis. Ergo etiam populum Iuda liberabit Deus,ut ſeruentur reliquiæ,unde Meßi promiſſus ſeruator,naſcatur iuxta promißione

EPISTOLA, *Eſa.7*

LOcutus eſt Dominus ad Achas, di- cens : Pete tibi ſignum à Domi Deo tuo, in profundum inferni, ſi in excelſum ſuprà. Et dixit Achas: N petam, & non tentabo Dominum,& d xit: Audite ergo domus Dauid, Nu quid parum uobis eſt, moleſtos eſſe ho minibus,quia moleſti eſtis & Deo me Propter hoc dabit Dominus ipſe uob ſignum: Ecce uirgo concipiet & par filium, & uocabitur nomen eius Ema nuel, Butyrum & mel comedet, ut ſc at reprobare malum, & eligere bonu quia antequam ſciat puer reprobare m lum, & eligere bonum, derelinquet terra, quam tu deteſtaris à facie duoru regum ſuorum.

EXPLICATIO TEXTVS.

Et locutus eſt. *In Propheta eſt: Et adie*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Dominus loqui ad Achas, hoc eſt, iterum ſeu denuó locutus eſt Dominus ad Achas regem Iuda impium & incredulum, quo Dei inſignis longanimitas, & miſericordia elucet, quod non ſolùm diu tolerauit patienter impium regem, ſed nunc etiam ſigno aliquo fidem ipſius confirmare ſtudet, ne de liberatione promiſſa addubitet. **Dominus.** Ipſe Propheta, legatione ſeu mandato Domini. **Ad Achas.** Regem Iuda incredulum, & idololatram. **Pete tibi ſignum.** Propoſitio conſolationis eſt hæc, ubi inquit Propheta in præcedenti textu ad Achas: Vide, ut ſileas, noli timere, & cor tuum ne formidet á duabus caudis titionum fumigantium (ſic uocat Propheta duos reges Syriæ & Iſrael, per contemptum) in ira furoris Razin &c. non ſtabit, & non erit illud, id eſt, Razin non delebit Iudam, & Hieruſalem, ut conſtituit, non expugnabit. Huic promiſſioni de interitu regis Syriæ & Iſrael, & liberatione Hieruſalem in tantis periculis, non habebat fidem Achas, ſed dubitabat de liberatione. Iubet igitur nunc Propheta, ut ſignum quodcunq; uelit, petat, ſiue cœleſte, ſiue terreſtre, idq́; Deum daturum ipſi ad fidei confirmationem: ſed rex incredulus tantã lenitatem, & miſericordiam Dei contemnit, & ſignum petere recuſat, ſimulatione inſignis cuiuſdam humiliationis & ſanctitatis, quaſi tentare Deum nolit, petendo ab ipſo ſignum. **Signum.** Quo confirmes fidem tuam de futura li

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

beratione,& promiſsione Dei, quod & uelit
poßit te liberare. Obſeruandus eſt hoc loco
ſignorum Eccleſiæ,uidelicet ut fidem confirm
in nobis de promißionibus Dei,in primis de rem
ſione peccatorum, ut Baptiſmus,cœna Domini,
Abſolutio. A Deo tuo. Qui tui adhuc curam
bet,te defendet contra hoſtes,& mirabiliter li
rabit,modò promißioni eius credideris In pr
fundum. Id eſt,pete uel tereſtre ſignum, ut
deon petijt madefactionem uelleris, & eiuſ
rurſus deſiccationem, Iudicum 9, Vel cœleſte
ſol imperio Ioſuæ in medio cœli ſubſiſtit ſp
unius diei, Ioſuæ 10. Et dixit Achas. Exem
eſt Achas, & imago omnium hypocritarum,
contempto uerbo Dei in ijs operibus ſimulant
tatem & ſanctimoniam, quæ Deus non mand
in uerbo ſuo. Et dixit. Propheta. Audite. R
prehenſio indignabunda Achas, quód oblatam
nignitatem & clementiam Dei non ſolum n
agnoſcit, ſed etiam impiè & ſuperbè reijcit,&
temnit. Audite. Apoſtrophe ad totum popul
ſeu domum Dauid,hoc eſt,familiam,ex qua Ac
rex natus fuit. Nunquid parum. Amplifica
tio reprehenſionis, conſtans collatione. Non ſ
lum homines læditis,ſed etiam ipſum Deum con
mnitis,promittentis uobis non ſolum liberation
ſed etiam offerentis,ut ſignum pietatis, quo fid
ueſtra confirmetur. Moleſtos hominibus

Prop

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Prophetis miſsis á Deo, quos perſequebatur, & occidebat Achas. Moleſti eſtis & Deo meo. Id eſt, contemnitis etiam, & reijcitis bonitatem & miſericordiam Dei. Docet hic locus ingens peccatum eſſe incredulitatem, ut quæ in primis offendat Deum, cuius immutabile eſt mandatum, ut credamus promiſsionibus diuinis. Meo. A quo ego ad prophetandum ſum miſſus, cuius legatione & miniſterio fungor. Propter hoc. Promiſsio de Meſsia, qua populum conſolatur nõ tantum de liberatione in præſenti periculo, ſed multò magis de ſpirituali liberatione, á peccato, morte, & regno Diaboli. Propter hoc. Quia uos contemnitis oblatam gratiam Dei, impia & falſa ſimulatione ſanctitatis, recuſatis iuſsi petere ſignum promiſſæ liberationis. Dabit ſignum. Primum liberationis promiſſæ in præſenti periculo: deinde ſpiritualis, ab æternis malis. Eſt autem hæc promiſsio, de naſcituro Meſsia ex uirgine, ideo etiam ſignum præſentis liberationis, quia cum ex ſtirpe Iuda, ſeu tribu Dauid naſci Chriſtus debebat, neceſſe fuit non totum populum deleri, ſed ſeruari reliquias, ex quibus Meſsias naſceretur. Ecce. Prophetia de Meſsia, ex cuiuſmodi matre naſciturus ſit, uidelicet uirgine, & teſtatur Meſsiam eſſe & uerum Deum, & uerum hominem: Hominem quidem, quia naſcetur ex uirgine: Deum, quia uocabitur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Immanuel, id eſt, nobiſcum Deus. Ecce. Particula attentionis, qua admonet de hoc admirando opere, quod ſcilicet præter uſitatum modum hic puer naſcetur, uidelicet ex ſola matre, hoc eſt, uirgine, cuius uerus & naturalis filius erit futurus Meſsias, quia ipſa uirgo operatione ſpiritus ſancti ex ſanguine & carne ſua, eum concipiet & pariet legitimo tempore. Virgo. Nomen Hebræum Alma ſignificat uirginem, ſeu adoleſcentulam incorruptam, quæ matura iam eſt uiro, & partui apta, & ubiq; in ſcriptura de incorrupta accipitur. Immanuel. Interpretatur Nobiſcum Deus: continet autem hoc nomen primum deſcriptionem Meſsiæ, qualis ſit futurus in perſona, uidelicet non ſolū uerus homo, ſed etiam natura Deus. Deinde, rationem operis, ſeu officij, quod ſolius Dei eſt proprium, uidelicet ſaluare populum ſuum à peccatis, quod opus etiam nomine Ieſus ſignificatur, quo dictus eſt Meſsias, Matt. 1 et Luc. 2. Eſt autem nobiſcum Deus in Chriſto non ſolū gratia, ut in patribus fuit, ſed etiam corporali præſentia. Quia, ut inquit Diuus Paulus, Diuinitas corporaliter in Chriſto inhabitat, hoc eſt, natura eſt Deus, eiuſdem eſſentiæ cum patre. Butyrum & mel. Eſt hæc deſcriptio humanæ naturæ in Chriſto, quod iiſdē cibis utetur, quibus alij Infantes paſci & enutriri ſolent, & diſcrimen intelliget inter cibos amaros & ſuaues, abhorrens illos, hos uerò appetens, ut cæteri Infantes.

tes **Butyrum & mel.** *Cibos uidelicet ſuaues & aptos infantibus, quibus educabitur, ut alij pueri.* **Vt ſciat reprobare malum.** *Hoc alij intelligunt de hoc eodem diſcrimine inter cibos bonos, id eſt, conuenientes naturæ puerorum, & malos, id eſt, amaros, quos abhorrent infantes. Alij accipiunt de perfecta ſcientia animæ Chriſti, qua etiam in infantia intellexerit diſcrimen inter honeſta & turpia, quod diſcrimen alij infantes nõ habent.* **Quia antequam.** *Occurrit Propheta tacitæ ſolicitudini, ſeu obiectioni populi: Si non ante liberabimur ab hoſtibus, quám naſcetur Meßias, nemo noſtrum uſq; ad illud tempus uicturus eſt, Ergo nobis nõ profutura erit hæc liberatio. Reſpondet Propheta, Terrã Iudæ per hunc ipſum promiſſum Dominum, ſi crediderint in eum, liberandam eſſe á rege Syriæ & Iſrael, etiam antequã concipiatur & naſcatur, & diſcrimen inter bonum & malum intelliget hic puer: quia Meßias ſeu filius Dei etiam nondũ natus ſemper adfuit Eccleſiæ, patres ex Ægypto eduxit, defendit, & liberauit populũ, ne ab hoſtibus totus deleretur.* **Antequam.** *Id eſt, prîuſquam induat humanam naturam filius Dei.* **Terra quam tu deteſtaris.** *Id eſt, terra Iſrael, & regnum Damaſci, quorum reges perſequebantur tribum Iuda.* **Relinquetur.** *Id eſt, liberabitur Hieruſalem non ſolũ ab obſidione, ſed etiã ipſi reges occidentur. De quo lege lib. 4. Reg. cap. 16.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

OBIECTIONES QVINQVE.

I. *De regno Dauidis perpetuo.*

Promiſſum fuit Dauidi, & domui, ſe[u]
familiæ eius, regnum ſempiternu[m].
Sicut dicitur, poſteriore Reg. 7
Statuam eum in domo mea, & in
regno meo in perpetuum.

Sed regnum Dauid non fuit perpetu-
um, quia ante Chriſtum tribus Da-
uid intercidit ad homines priuatos,
& Herodes occupauit regnum Iud[æ].

Ergo promiſsio de regno æterno Da-
uidis, non fuit uera.

RESPONSIO.

Nego minorem: Quia primum Regia maieſtas manſit in domo Dauidis etiam in Babylonica captiuitate, poſt quam ſecuta eſt dignitas principalis uſq; ſub aduentum Chriſti, quo tempore regnum corporale Dauidis ceſſare debebat, iuxta Prophetiam Iacob, Gen. 49. Sed regnum ſpirituale & æternum, in quod corporale mutatum eſt, ſuſcepit Meßias. Manet igitur adhuc, & manebit in perpetuum regnum Iuda in domo Dauid, iuxta promißionem. Quia Chriſtus rex æternus & ſpiritualis, ſecundum ordinem Melchiſedec, ex familia Dauidis natus eſt.

II. *De uerbis Achas: Non petam ſignum, ne tentem Dominum.*

Dicitur Deut. 16. Non tentabis Dominum Deum.
Achas non uult tentare Deum petendo ſigna:
Ergo recte facit.

Reſpondeo ad maiorem, quæ intelligitur de tentatione Dei, cum aut petitur ſignum, ſeu miraculum, aut ſuſcipitur periculum aliquod ſine peculiari mandato Dei, non cum iubet Deus petere ſignum, ſicut iubet Achas, ut ſignum petat. Hîc *præſtanda erat obedientia Deo, & agendæ ipſi gratiæ pro beneficio, quòd non ſolum ederet promiſſionem, ſed etiam additurus eſſet ſignum confirmandæ & excitandæ fidei de liberatione, & conſeruatione familiæ, & regni Dauidis propter Meſſiam, qui ex tribu Dauid naſciturus erat.*

III. *De nomine Alma, Iudæorum cauillatio.*

Alma uel Haalmah, ſignificat etiam mulierem corruptam, ut Iudæi affirmant:
Ergo ex hoc loco Eſaię non poteſt probari uirginitas Mariæ.

RESPONSIO.

Nego antecedens, Quia Alma uel Haalmah

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

in ſcriptura ubiq; accipitur pro incorrupta, ſeu uirgine, ut Gen. 24. de Rebecca. Exod. 2. de Miriā ſorore Moſe. Pſalm. 63. & libro Canticorum cap. 1. in quibus locis propriè Haalmah, ut Hebraicæ linguæ periti teſtantur, ſignificat puellam, ſeu adoleſcentulam incorruptam nubilem, & aptam partui, hoc eſt, non ſterilem. Deinde cum nouum Teſtamentum ſit quaſi interpres Veteris, & Euangeliſtæ Mattheus & Lucas interpretentur hoc loco Haalmah pro uirgine, ſatis conſtat hoc nomen Hebræis ſignificare incorruptam, contra Iudæorum ſomnia.

IIII. *Eorundem intelligentium hanc Prophetiam non de Chriſto, ſed de Eſechia filio Achas.*

Iudæi intelligunt hanc Prophetiam Eſaiæ cap. 7. de Eſechia filio Achas: Ergo male de Meſsia exponitur.

RESPONSIO.

Diabolicus eſt error, & manifeſta cæcitas Iudæorum, quia hæc Prophetia edita eſt anno regni Achas 16. qui cum regnum inchoaret, filius eius Eſechias natus annos 9. fuit, & regnare cœpit poſt patris mortem natus annos 25. ut ex 4. libro Regum capite 16. clare colligitur. Non igitur de Eſechia iam nato, ſed de Meſsia hoc uaticinium eſt intelligendum.

V. De

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

V. De nomine Immanuel.

Meſsias uocatur iuxta uaticinium Immanuel.

Chriſtus filius Mariæ Nazarenus non uocatur Immanuel, ſed Ieſus. *Matt. 1. Lucæ 2.*

Ergo Chriſtus filius Mariæ Nazarenus non eſt promiſſus Meſsias, de quo hic uaticinatur Eſaias.

Reſpondeo ad maiorem, per diſtinctionem: Vocabitur Meßias Immanuel, non literis & ſyllabis huius nominis, ſed quantum ad perſonam & officium eius attinet, quæ ſignificatur hoc nomine Immanuel, quod interpretatur, nobiſcum Deus: quia in Chriſto inhabitat, ut inquit Paulus ad Coloſſ. 2. omnis plenitudo diuinitatis: & nobiſcum eſt Deus in Chriſto, non ſolum operatione & gratia, ſed etiam eſſentia, quia in Chriſto diuina natura humanæ inſeparabiliter ſe copulauit. Sic Chriſto multa alia nomina tribuuntur à Prophetis, quibus eius beneficia deſcribuntur, ut cum Eſaias uocat eum conſiliarium, principem pacis. Item Hieremias inquit: Vocabitur Dominus Deus noſter: Hæc omnia nomina & beneficia æterna Meßiæ complexus eſt Angelus ſub nomine Ieſu, quod ſeruatorem ſignificat, cum inquit Matth. 1. Et uocabis nomen eius Ieſum, quia ipſe ſaluabit populum ſuum à peccatis ipſorum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

IN FESTO S. PHILIPPI ET Iacobi Apoſtolorum, Epiſtola de æternis præmijs piorum, & ſupplicijs impiorum, poſt hanc uitam.

Sapientiæ V.

TETRASTICHON.

Triſtis in ærumnis quæ nunc Eccleſia luget,
Læta habet in regno gaudia uera Dei.
Sed feret heu ſcelerum Stygios ſine fine dolores,
Quæ premit hîc homines, impia turba, pios.

ARGVMENTVM.

Eſt conſolatio Eccleſiæ, quæ in hac uita ſubiecta eſt cruci, & uariè affligitur ab impijs, ſumpta à promiſsione & ſpe æternorum præmiorum, quibus ornabitur Eccleſia in uita æterna, abiectis impijs in intolerabiles cruciatus gehennæ, quorũ querelas in inferno hîc recenſet de impietate ſua, & contemptu piorum, et de breuitate humanarum uoluptatum, quam quinq; aptiſsimis ſimilitudinibus explicat. Prima ſumpta eſt ab umbra, qua nihil eſt inanius. Secunda à tabellario prætereunte celeriter. Tertia à naui tranſeunte aquas, cuius nullum ueſtigium in flumine relinquitur. Quarta ab aue uolante per aëra. Quinta à ſagitta miſſa ab arcu, quibus ceu imaginibus breuitatem & inconſtantiam uoluptatum huius uitæ deſcribit, & quaſi ante oculos ponit, ut impios ad timorem Dei hortetur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

tur, ne uoluptatibus momentaneis, & fluxis bonis huius uitæ fidant: & conſoletur pios, quòd uoluptates ſeu felicitas impiorum non eſt futura perpetua, & ipſi tandem liberabuntur ex ærumnis & perſecutionibus impiorum.

EPISTOLA, *Sapien.* 5.

TVnc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum: uidentes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, gementes præ anguſtia ſpiritus, dicentes intra ſe, pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes: Hi ſunt, quos habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati uitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore, Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt? Ergo errauimus à uia ueritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis. Laſſati ſumus in uia iniquitatis & perditionis, & ambulauimus uias difficiles. Viam autem Domini ignorauimus. Quid nobis poſuit ſuperbia, aut diuitiarum ia-

ctantia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ctantia, quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa tanquam umbra, & tanquam nuncius præcurrens, & tanquam nauis quæ pertranſit fluctuantem aquam, cuius cum præterierit, non eſt ueſtigium inuenire, neq; ſemitam carinæ illius in fluctibus. Aut auis, quæ transuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius, ſed tantum ſonitus alarum, uerberans leuem uentũ, & ſcindens per uim itineris aerem, commotis alis transuolauit, & poſt hoc nullum ſignum inuenitur itineris illius. Aut tanquam ſagitta emiſſa in locum deſtinatum, diuiſus aer continuó in ſe recluſus eſt ut ignoretur tranſitus illius. Sic & nos nati continuó deſiuimus eſſe, et uirtutis quidem nullum ſignũ ualuimus oſtendere, in malignitate autem noſtra conſumpti ſumus.

EXPLICATIO TEXTVS.

Tunc ſtabunt. *In fine præcedentis capitis cõcionatus eſt Sapiens de homine iuſto, quod Dominus eũ ex hac uita quaſi abiectum á ſe primũ abripiat, florentibus interim impijs, ſed ipſe addit aliã cauſam ignotam mundo, ſeu rationi humanæ, Raptus eſt, inquiens, ne malitia mutaret intellectum eius. Item: Placita erat Deo anima illius, propter hoc*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

hoc properauit educere (iuſtum) de medio iniquitatum. Item, quoniam gratia Dei & miſericordia in ſanctos eius, & reſpectus in electos illius. Nā igitur propterea pij ſubijciuntur cruci in hac uita, & plerunq; primi moriuntur, ut Lazarus, quod deſerti ſint á Deo, ſed quod ab ipſo diligantur. Ideo per crucem mortificat in eis reliquias peccati, & per mortem adimit occaſionem peccandi, & ne calamitates præſentes intueantur. Impij autem florent & diutius uiuunt, ut diues epulo, Lucæ 16. ut grauior ſit eorum damnatio, & interitus perpetuus. Sicut inquit: Vſq; ad extremum deſolabuntur, & erunt gementes, & memoria illórum peribit, Venient in cogitatione peccatorum ſuorum timidi, & traducent illos ex aduerſo iniquitates eorū, hoc eſt, non ſubſiſtent in extremo die, cum Deus iudicabit & damnabit peccatores. Hic iam addit ſapiens per antitheſin cōmendationem conſtantiæ iuſtorum, qui propterea in iudicio Dei conſiſtent, quia Chriſtum habent mediatorem, propter quem Deus ipſis eſt placatus, peccatum condonat ac tegit. Tunc. Hoc eſt, in nouiſsimo die, quando omnes homines reſurgent á morte, & ſiſtentur coram tribunali Chriſti, ut reddant rationem de factis ſuis, Tunc iuſti introibunt in uitam æternam, mali ueró abijcientur cum diabolis in perpetuos cruciatus. Stabunt. Non pudefient in iudicio Dei, accuſantis et damnantis peccatum, ſed perſiſtent, quia in Chri-

ſtum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſtum mediatorem crediderũt,& fidem ſunt teſtati nouitate uitæ,ſeu bonis operibus. **Magna conſtantia.** Hæc conſtantia eſt effectus fidei,hoc eſt, fiduciæ de miſericordia Dei recipientis nos in gratiam,& remittentis peccata gratis propter filium mediatorẽ:hac fiducia ſeu conſtantia gloriantur iuſti contra peccatum,mortem, & diabolum,& uincunt eorum terrores. **Qui ſe anguſtiauerunt.** Aduerſus hypocritas,qui proprijs operibus ac ſtudijs conati ſunt placare Deum,conſequi remiſſionem peccatorum,& uitam æternã,contempto mediatore. Vel aduerſus tyrannos,qui iuſtos & Eccleſiam opprimunt. **Labores eorum.** Id eſt,impij iniuſtè oppreſſerunt pios in hac uita, perſecuti ſunt eos,abſtulerunt eorum bona,facultates,honores. **Videntes turbabuntur.** Deſcribit per antitheſin querelas,gemitus,& horrores infernales damnatorum, quos grauiores reddet conſpectus gloriæ & felicitatis piorum,& ducentur pœnitentia,ſed ſera,quod oblatam gratiam Dei contempſerunt. **Hi ſunt.** Mimeſis eſt querelarum & gemituum damnatorum in inferno de ſuo interitu, cum admiratione de felicitate piorum, quos in hac uita contempſerunt, & tanquam mundi καθάρματα, ut Paulus ait, perſecuti ſunt. **Nos inſenſati.** Querela de ſua ſtultitia, & falſo iudicio de iuſtorum doctrina,cultibus,ac uita, quæ ipſi iudicarunt diſplicuiſſe Deo. **Ecce.** Admiratio de beatitudi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

titudine & felicitate Eccleſiæ in uita æterna. Ergo. Addunt cauſam ſuæ damnationis, contemptum cœleſtis doctrinæ, & filij Dei, ſine quo nulla eſt uera cognitio Dei, nulla inuocatio, nullus cultus Deo placcus. A uia ueritatis. Id eſt, à uera doctrina, quæ eſt Euangelium, quod tradit ueram notitiam Dei, fidem in Chriſtum, inuocationem, & cultus placentes Deo. Iuſtitiæ lumen. Id eſt, Euangelium, quod ueram lucem accendit in mentibus, ut Deum uerè agnoſcant in filio, & obediant uoluntati Dei. Iuſtitiæ. Quæ duplex eſt: fidei in Chriſtum, propter quem Deus nos iuſtos reputat: & operum, quæ eſt inchoata obedientia erga legem Dei, ſeu nouitas uitæ, Sol intelligentiæ. Id eſt, Chriſtus, per quem ſolum uerè intelligimus Deum. & uoluntatem eius erga genus humanum, quis ſit Deus, quomodo ſit colendus & inuocandus, prooter quem ſaluet & exaudiat humanum genus, uidelicet propter filium mediatorem, & quos cultus approbet & exigat á nobis. Laſſati ſumus. Querela de inutilibus cultibus & exercitijs, quibus arbitrati ſunt hypocritæ, ſe conſecuturos ſalutem ſine Chriſto mediatore. De his cultibus inquit Chriſtus Matthæi 15. Sine cauſa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. In uia iniquitatis. Id eſt, in peccatis contra conſcientiam perpetratis, quæ adferunt perditionem & interitum. Vias difficiles. Id eſt,

grauia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

grauia opera ſeu exercitia,qualia ſunt monacho-rum ieiunia,paupertas,preces longæ,uigiliæ,et ſi-milia exercitia,quibus ſe arbitrantur mereri re-miſsionem peccatorũ,et conſequi uitam æternam. Viam Domini. *Id eſt,ueram rationem perue-niendi ad Dominum,eumq́; placandi,& cõſequen-di ſalutẽ,quã uiam oſtendit Euangelium,monſtrãs mediatorem & reconciliatorem humano generi, nam hæc uita eſt ipſe Chriſtus. Sicut ipſe inquit Io-han.14. Ego ſum uia,ueritas & uita,nemo uenit ad Patrem,niſi per me.* Quid nobis. *Querela im-piorum, de breuitate uoluptatum uitæ humanæ, & inani fiducia,quam in uoluptates & opes hu-ius mundi impiè collocarunt.* Tranſierunt o-mnia illa. *Expoſitio uanitatis & inconſtantiæ uoluptatum,adeoq́; omnium rerum humanarũ per ſimilitudines quinq; , quibus ceu picturis quibuſ-dam oſtendit , nihil eſſe durabile , nihil certum, nihil firmum in humanis rebus.* Tanquam um-bra. *Primum ſimile.* Tanquam nuncius. *Secundum.* Tanquam nauis. *Tertium.* Aut auis. *Quartum.* Aut tanquam ſagitta. *Quin-tum.* Sic & nos. *Accommodatio ſimilitudinum ad breuitatem uitæ , & mutabilitatem euentuum humanorum. Hanc uarietatem & inconſtantiam & ſequentibus uerbis latius exponit , inquiens: Talia dixerunt in inferno hi qui peccauerunt: quoniam ſpes impij tanquam lanugo eſt , quæ à uento*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

uento tollitur: & tanquam ſpuma gracilis, quæ à procella ſpargitur: & tanquam fumus, qui á uento diffuſus eſt, & tanquam memoria hoſpitis unius diei prætereuntis. Addit iam iterum conſolationem quaſi antitheſi de æterna beatitudine & gloria iuſtorum, cum inquit: Iuſti autem in perpetuum uiuent, et apud Dominum eſt merces eorum, et cogitatio illorum apud altiſsimum. Ideo accipiunt regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu Domini, quoniam dextera ſua teget eos, & in brachio ſancto ſuo defendet illos.

OBIECTIONES QVATVOR.

I. *De cauſa interitus impiorum.*

Ignorantia excuſat.

Damnati hic queruntur, ſibi non illuxiſſe lumen iuſtitiæ, nec ortum ſolem intelligentiæ:

Ergo ſunt excuſati, quia Deus non patefecit eis Euangelium, ſeu notitiam ueritatis.

Reſpondeo ad maiorem, per diſtinctionem: Ignorantia, ut uocant, facti excuſat, non iuris, cum ca ignoramus, quæ ſcire potuimus, ſed contempſimus ſecurè occaſionem diſcendi. Deinde nego minorem, quia prædicatio Euangelij eſt uniuerſalis. Sicut dicitur in Pſalmo: Exiuit ſonus eorum in omnem terram &c.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

II. De diſcrimine pœnarum ſeu crucis piorum in hac uita, & hoſtium Eccleſiæ poſt hanc uitam.

Chriſtus inquit Matt. 5. Mites hæreditabunt terram.
Iuſti ſunt mites:
Ergo hæreditare debent terram, & florere in hac uita, iniuſti autem abijci, & primum mori.

RESPONSIO.

Chriſtus in genere promittit Eccleſiæ ſuæ, & ſingulis eius membris, non habentibus uindicem, conſeruationem etiam in ſummis periculis, ſicut infantes Iſraelitarum conſeruati ſunt mirabiliter, ne interficerentur in Ægypto. Sed Sapiens loquitur de iis membris Eccleſiæ, quæ Deus hîc interfici ſinit a tyrannis, ut confeßio eorum luceat in Eccleſia, ſicut Iohannes Baptiſta interfectus eſt ab Herode, Paulus à Nerone. Hi tyranni floruerunt quidem aliquandiu, interfectis his columnis Eccleſiæ, ſed tamen non longè poſt & ipſi miſerè perierunt, & iam æternis ſupplicijs afficiũtur in gehenna. Baptiſta autem & Paulus perfruuntur æternis gaudijs in cœlo.

III. De pœnitentia ſera damnatorum.

Agentes pœnitentiam conſequuntur remiſsionem peccatorum, iuxta illud:

lud: In quocunq; die ingemuerit peccator, non recordabor amplius iniquitatem eius.

Damnati hic agunt pœnitentiam.

Ergo conſequi debent remiſsionem peccatorum, & recipi in gratiam.

Reſpondeo ad maiorem, per diſtinctionem, Agentes pœnitentiam maturè in hac uita, conſequuntur remiſsionem peccatorum, non qui in inferno, dum ſentiunt pœnas, ut diues epulo. Nam poſt mortem ſeu in inferno nulla eſt redemptio. Sicut inquit Auguſtinus: Morum corrigendorum nullus alius quàm in hac uita locus eſt. Nam poſt hanc uitam quiſq; id habebit, quod in hac ſibimet acquiſierit. Item, Eſaiæ 66. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.

OBIECTIO CONTRA HANC *Solutionem, de pœnitentia Cain & Iudæ.*

Agens pœnitentiam in hac uita, recipitur in gratiam.

Cain & Iudas egerunt pœnitentiam in hac uita.

Ergo debebant recipi in gratiam, & donari eis remiſsio peccatorum.

Reſpondeo ad maiorem, per diſtinctionem: Agentes integrè pœnitentiam, hoc eſt, dolentes uere de admiſſo peccato, & ſtatuentes fide condonari ſibi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

peccatum propter Chriſtum, recipiuntur in grati-
am. Hanc alteram partem pœnitentiæ, uidelicet fi-
dem, non habuerunt Cain & Iudas, Igitur non co-
ſecuti ſunt gratiam, ſed ſunt abiecti à Deo. Na
Cain deſperauit de miſericordia Dei, inquiens: M-
ior eſt iniquitas mea, quàm ut inueniam gratiam
Sic et Iudas deſperauit, ſuſpendens ſe ipſum, inqui-
ens: Peccaui, tradidi ſanguinem iuſtum.

IN DIE NATIVITATIS IO-
hannis Baptiſtæ, Epiſtola de officio Iohannis Baptiſtæ, & aduentu Meßiæ in carnem, Eſaiæ XL.

TETRASTICHON.

Tempus adeſt Chriſti, populo dic gaudia præco,
Eſt culpæ à Domino gratia facta tuæ.
Vt teneros agnos paſtor geſtatq́; fouetq́;,
Sic Dominus cœtus geſtat amatq́; pios.

ARGVMENTVM.

Eſt prophetia de tempore aduentus Meßiæ, & noui Teſtamenti, in quo annunciabitur gratuita condonatio peccatorum propter exhibitũ Domi-num. Et iubet Deus, ut miniſterium Euangelij in-ſtituatur, in quo non perterrefiant conſcientiæ, ſed erigantur conſolatione de remißis peccatis, et pla-cato Deo. Deinde concionatur de officio Iohannis

Bapti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Baptiſtæ, quod fuit, præparare uiam Meſsiæ prædicatione pœnitentiæ, qua omnes accuſaturus erat peccati, & damnaturus ſapientiam & gloriam humanam, quæ nihil ſunt aliud, quám fœnum, nec ferre incendium ſeu ignem diuini iudicij poſſunt. Ideo *poſtremò promittit Deus Meſsiam filium redemptorem humani generis, qui intelliget & defendet Eccleſiam, & tanquam paſtor agnos in ſinu fouebit ac portabit, hoc eſt, conſolabitur, remittet peccata, exaudiet, & defendet contra hoſtes, diabolum, peccatum, mortem, & tyrannos, deuaſtatores Eccleſiæ, & tandem perpetua lætitia & gloria exornabit in uita æterna.*

EPISTOLA, *Eſaiæ* 40.

COnſolamini, conſolamini, popule meus, dicit Deus ueſter: Loquimini ad cor Ieruſalē, & aduocate eam: quoniam completa eſt mllitia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius: ſuſcepit de manu Domini duplicia pro omnib. peccatis ſuis. Vox clamantis in deſerto: Parate uiam Domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri. Omnis uallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aſpera in uias planas. Et reuelabitur gloria Domini, & uidebit omnis caro, pariter, quód os Domini locutus eſt. Vox dicentis:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Clama. Et dixit: Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri. Exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos, quia ſpiritus Domini ſufflauit in eo. Vere fœnum eſt populus: exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos. Verbum autem Domini noſtri manet in æternum. Super montem excelſum aſcende tu, qui euangelizas Zion: exalta in fortitudine uocem tuam, quia euangelizas Hieruſalem, exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Iudæ: Ecce Deus ueſter, ecce Dominus Deus in fortitudine ueniet, & brachium eius dominabitur: ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet, in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit, fœtus ipſe portabit.

EXPLICATIO TEXTVS.

Conſolamini. *Propoſitio exhortationis, primum ad Prophetas & ſacerdotes, ut populum Iudaicũ captiuum peccatis, morte, & tyrannide diaboli, conſolentur aduentu Meßiæ promißi liberatoris: deinde ad Apoſtolos, ut et ipſi Eccleſiam præſente iam & exhibito Meßia, erigant annunciando liberationem á maledictione legis, peccato, morte & regno diabóli, propter eundem Dominum promiſſum*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

miſſum patribus. Conſolamini. *Actiua eſt ſignificatio, hoc eſt, erigite afflictos & mœſtos prædicatione gratiæ, ut conſolationem concipiant in terroribus peccati & mortis.* Nam *uerbum*, Conſolamini, *per antitheſin eſt intelligendum,* Eccleſiam *eſſe in mœrore & triſtitia, & opus habere conſolatione.* Repetitur *autem uerbũ,* Conſolamini, *propter affectum & præſentem neceßitatem, ut prædicatores ſint ſeduli in conſolando, nec differant cõſolationem neceſſariam perterrefactis mentibus.* Popule meus. Ex *Hæbræo rectius legitur,* Populum *meum.* Eſt *autem* Epitaſis *in pronomine* Meum, *quod ſignificat, qualis ſit* Eccleſia *ſeu populus* Dei, *ſcilicet oppreſſus & afflictus, qui conſolatione opus habet.* Dicit Deus ueſter. *Habet &* Veſter, Epitaſin. *Q. d.* Non *eſtis abiecti á* Deo, *ut uos putatis, etiamſi ſitis afflicti & miſeri, ſed* Deus *adhuc ueſtri curam habet, uos exaudit, & liberabit.* Loquimini ad cor. Expoſitio, *qualis eſſe debeat conſolatio, uidelicet non frigida aut ſomnolenta, ſed talis, quæ pœniteret ad intimum cordis, hoc eſt, delectet & moueat corda, ita ut conſolationem ſentiant efficacem cõſcientiæ perterrefactæ intuitu peccatorum, & ſenſu iræ* Dei. Nam *loqui ad cor, phraſi ſcripturæ eſt loqui blanda, ſuauia, & iucunda, quæ quis libenter audit, & quibus plurimum delectatur.* Ieruſalem. Eccleſiæ *agnoſcentis peccatum & damnationem ex lege in*

utroq; populo, Iudæorum & gentium. Et aduo-
cate eam. Id eſt, conuocate Eccleſiam ad audi-
endum Euangelium ſeu conſolationem. In Hebræo
eſt: Et clamate ad eam, quo commendatur primum
miniſterium externæ uocis, quod efficax eſt per
ſpiritum ſanctum, conſolandis & mouendis menti-
bus. Deinde ſignificatur, Euangelium, non ut legem
ſcriptum eſſe in tabulis, ſed uiua uoce eſſe procla-
mandum in Eccleſia. Sicut inquit Chriſtus: Docete
omnes gentes. Item: Prædicate Euangelium omni
creaturæ. Quoniam. Ætiologia conſolationis,
continens beneficia Meßiæ, quæ præcipué ſunt
tria: liberatio á maledictione legis, remißio pec-
catorum, et donatio ſpiritus ſancti, qui nouam lucem
in mentibus accendit, & in cordibus nouos motus
excitat, conſentientes legi Dei. Completa eſt
militia. Primum beneficium, unde ſumenda eſt con-
ſolatio, liberatio á lege & eius maledictione. Mili-
tiam enim uocat tempus legis Moſaicæ, ſub qua tan-
quam tyranno ſeu duce militauit populus Iudaicus
alligatus certis ritibus, quibus tanquam in militia
exercitatus fuit. Ab hac militia, hoc eſt, ſeruitute
& maledictione legis liberauit Eccleſiam Meßias.
Hebræus textus habet: Quoniam completum eſt
tempus, hoc eſt, finitum eſt tempus legis, cum Meſ-
ſias exhibetur, & induet humanam naturã. De hac
liberatione & plenitudine temporis, inquit Diuus
Paulus Gal. 4. Cum eſſemus pueri, ſub elementis
mundi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

mundi eramus, in ſeruitutem adacti: At ubi uenit plenitudo temporis emiſit Deus filiū ſuum, factum ex muliere, factum legi obnoxium, ut eos, qui legi erant obnoxij, redimeret, ut adoptione ius filiorū acciperemus. In ueteri textu corruptè malitia legitur. **Dimiſſa eſt iniquitas.** Secundum beneficiū, condonatio peccatorū, quæ gratuita eſt propter mortem Reconciliatoris, non propter merita noſtra, quæ iudicio Dei iraſcentis peccato, opponi non poſſunt: Quia legi, quæ ſpiritualis eſt, & requirit integram obedientiam, non ſatisfacimus. **Suſcepit de manu.** Tertium beneficium, donatio ſpiritus ſancti, ſeu regeneratio, quia Deus non ſolum condonat peccata propter filium, ſed etiam dat ſpiritum ſanctum, qui nouam obedientiam in nobis inchoet, nam hoc uocat duplicia, ſcilicet geminū beneficium Dei, ſcilicet cōdonationem peccatorū gratuitā, & donationem ſpiritus ſancti. Alij interpretantur duplicia, pro copioſa & ſufficiente condonatione peccatorum. Quia Chriſtus pleniſſimè ſatisfecit pro peccatis noſtris ſua morte, quæ fuit ſatisfacttio, & λύτρον ſufficiens pro peccatis noſtris, quo placata eſt ira patris, ſicut inquit capite 53. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. **De manu Domini.** Dei patris, cuius gratuitū et admirandum eſt beneficium, quód nobis miſit filium redemptorem. Sicut inquit Paulus ad Romanos 8. Deus non pepercit filio ſuo,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Vox clamantis. Secunda pars Prophetiæ de officio Iohannis Baptiſtæ, oſtendit autem Propheta modum, quo dicta beneficia Meßiæ impartientur Eccleſiæ, uidelicet per prædicationem, non ſolum in politia Moſaica, quæ certis uicibus incluſa fuit, ſed in toto orbe terrarum, qui per deſertum ſignificatur. Eſt enim prædicatio Euangelij generalis, offerẽs omnibus officia Meßiæ, remißionem peccatorum, iuſtitiam, & uitam æternam gratis per fidem. Vox clamantis. Id eſt, clamans. Hæc uox fuit ipſe Iohannes Baptiſta. Sicut de ſe inquit Ioh. 1. Ego ſum uox clamantis in deſerto, parate uiam Domini. Vox clamantis. Id eſt, prædicator, ſeu miniſter & præcurſor Meßiæ, præparans ei uiam, ſeu ingreſſum prædicatione pœnitentiæ, quam Iohannes in deſerto inchoauit. Parate uiam Domini. Id eſt, remouete per prædicationem legis, quæ ingreſſum Domini impediunt, ut ſunt præſumptio ſeu fiducia propriæ iuſticiæ, & cætera peccata utriuſq; tabulæ. Rectas facite. Id eſt, agite ea quæ recta ſunt, hoc eſt, placent Deo, quæ Deus præcepit in uerbo ſuo, declinantes neq; ad ſiniſtram, neq; ad dexterã. Omnis uallis. Effectus prædicationis pœnitentiæ, ut ualles exaltentur, hoc eſt, ut peccatores humiliati, & deiecti agnitione peccatorũ, & ſenſu iræ Dei, erigantur. Et montes. Hoc eſt, ſancti, qui ſua iuſtitia fidunt. Humilientur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

entur. Hoc eſt, deſperent de ſe ipſis, & confugiant ad mediatorem. Et erunt praua. Erit una facilis, recta, & plana uia perueniendi ad iuſtitiam, ſeu conſequendi ſalutem, hoc eſt, ipſe Chriſtus & fides in ipſum, cum antea quiſq; propriam ſibi uiã eamq; difficilem quæſierit per uaria opera, ſeu cultus. Et reuelabitur. Cauſa finalis ſeu fructus prædicationis Euangelij, ut gloria Dei reuelctur, hoc eſt, agnoſcatur & celebretur in toto mundo omnipotentia, ueritas, & miſericordia Dei, quód iuxta promißionem miſerit Eccleſiæ filium liberatorem. Gloria. Id eſt, omnipotentia, ueritas, miſericordia, iuſtitia, bonitas. Omnis caro. Id eſt, omnes homines, qui caro appellantur propter corruptionem naturæ. Os Domini. Id eſt, quod ipſe Meßias Dominus promulgauit Euangelium, non ſeruus aliquis, ut Moſes legem promulgauit. Eſt igitur cõmendatio Euangelij ab autore. Nam Euangelium eſt uox filij Dei, ſicut Baptiſta ipſe inquit, Ioh. 1. Filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit nobis. Vox dicentis. Dialogiſmus ſeu ſermocinatio Dei & miniſtrorum Eccleſiæ, quo difficultas Eccleſiaſtici muneris oſtenditur, quod nemo libenter ſuſcipit, cum tot ſit ærumnis & periculis expoſitum. Vnde & Moſes illud detrectauit, Exod. 3. inquiens: Quis ſum ego, ut uadam ad Pharaonem, & deducam filios Iſrael de Ægypto? Vox dicentis. Domini inſtituentis miniſte-

rium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

rium Euangelij, & uocantis Iohannem Baptiſtam
& reliquos miniſtros. Clama. Mandatum Dei
de prædicanda lege & Euangelio. Et dixi. Re-
ſponſio Iohannis Baptiſtæ, & aliorum miniſtrorũ
Eccleſiæ, qua petunt edoceri diuinitus doctrinam
ueram & ſalutarem Eccleſiæ. Quid clamabo?
Id eſt, quæ erit mea doctrina in Eccleſia? Omnis
caro. Reſpondet Dominus, præſcribens quid ſit
docendum in Eccleſia: primum lex, qua omnium
hominum iuſtitia damnatur, & accuſantur rei o-
mnes propter peccatum. Deinde Euangelium, quo
recipiuntur in gratiam, & ſeruantur, qui in Chri-
ſtum credunt. Fœnum. Id eſt, omnes homines
ſunt imbecilles, & inutilia eorum opera, quæ con-
ſiſtere in iudicio Dei non poſſunt. Omnis glo-
ria. Id eſt, opes, honores, etiam ipſa benefacta ni-
hil proſunt aut iuuãt in iuſtificatione. Quaſi flos
Id eſt, dignitas, honores, opes, ad exiguum tem-
pus florent. Quia ſpiritus. Id eſt, ſpiritus ſan-
ctus accuſat & damnat omnes homines peccati.
Sicut inquit Chriſtus Ioh. 16. Spiritus ſanctus ar-
guet mundum de peccato. Vere. Repetitio, ſeu aſ-
ſeueratio de imbecillitate, & inconſtantia huma-
ni generis, & bonorum eius, per collationem uerbi
Dei, quod eſt æternum, & immutabile. Manet
in æternum. Id eſt, Deus præſtat quicquid uel
comminatur impijs, uel promittit pijs. Aſcende
ſuper montem. Tertia pars prophetiæ de ad-
uentu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

uentu Meßiæ, qua ſimul ad prædicandũ beneficia Dei, & confitendum hortatur Eccleſiã, quam per Apoſtrophen alloquitur. **Aſcende ſuper montem excelſum.** Aſcende in locum illuſtrem ſeu altũ, unde uox ſeu prædicatio claré exaudiri poſſit de longé. Item prodi, exere caput, & exalta te contra eos, qui te opprimere conantur. **Tu qui euangelizas Zion.** Melius ex Hebræo: Quæ Zion, id eſt, Eccleſia, quam & per Hieruſalem intelligit. Vocat autem utranq;, & Zion & Hieruſalem, prædicatrices, ſeu Euangeliſtas, quia non ſolum prædicatores, ſeu miniſtri celebrare beneficia Meßiæ debent, ſed tota Eccleſia. Vnde & Ioel cap. 2. dicit: Tum filios tum filias prophetaturas eſſe tempore Noui Teſtamenti. **Exalta in fortitudine.** Id eſt, claré ac fortiter annuncia ſeu declama beneficia Dei, ſeu Meßiæ. **Noli timere.** Conſolatio & adhortatio ad confeßionem ueræ doctrinæ de Meßia, & eius beneficijs, contra hoſtes, ſumpta à promißione de præſentia & auxilio Dei, qui miniſterio aderit, ut ſit ſalutare & efficax. **Ciuitatibus Iudæ.** Monet hic locus, ut ſit mutua inſtitutio in doctrina, & conſolatio piorum inter ſe. Sicut inquit Paulus, priore Theſſaloni. 5. Adhortamini uos inuicem, ut ædificetis ſinguli ſingulos. **Ciuitatibus Iudæ.** Id eſt, cæteris ciuitatibus in Iudæa, amplectentibus & confitentibus eandem doctrinam de Meßia, & eius beneficijs,

non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

non contemptoribus aut hoſtibus, ne ſanctum de-
tur canibus, & margaritæ porcis obijciantur. **Ec-
ce Deus.** Quid prædicandum aut annunciandũ
in Eccleſia, uidelicet de aduentu Meßiæ in carnem,
& perpetua eius præſentia, hoc eſt, conſolatione
& gubernatione in periculis. Sicut inquit, Matth.
ultimo: Ero uobiſcum uſq; ad conſummationem ſe-
culi, omnibus temporibus. **In fortitudine ue-
niet.** In potenti ac forti manu liberabit ſuos, &
perdet hoſtes. **Brachium.** Id eſt, potentiam.
Dominabitur eius. Aliter dominabitur ei, hoc
eſt, Diabolo & membris eius, quos ipſe Meßias
uincet. **Ecce merces.** Adhortatio ad conſtanti-
am, à præmio ſeu remuneratione, quia miniſteri-
um erit efficax, & reddetur præmium pro con-
feßione. **Merces.** Id eſt, præmium, Q. d. labor
non erit inanis, ſed recipietis pro confeßione æter-
na præmia. Poſuit autem mercedem pro ipſo fru-
ctu, ſicut ſolemus ipſum uinum uocare opus uineæ.
Sicut paſtor. Commendatio ſolicitudinis, curæ,
& defenſionis Meßiæ pro Eccleſia, quam ſumit à
ſolicitudine paſtoris erga ſuum gregem. Hac ima-
gine utitur & ipſe Chriſtus Luc. 15. ubi ſe paſtori
comparat, requirenti perditam ouem, & inuen-
tam reportanti in humeris ad gregem: ubi ad hanc
Prophetiam Eſaiæ Chriſtus reſpexiſſe uidetur.
Quòd autem inquit Propheta, Chriſtum paſtorem
alios paſcere, alios fouere, alios geſtare in ſinu, ſi-
gnificat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

gnificat Eccleſiam eſſe collectam ex firmis & infirmis, ad quos tamen omnes pertineant beneficia Meßiæ, qui neminem ſit abiecturus agnoſcentem ſuam infirmitatem, ſeu reſipiſcentem. Vnde omnes ad ſe uocat, Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam uos.

IN FERIIS D. PETRI ET Pauli Apoſtolorum, Epiſtola de miraculoſa Petri liberatione ex carcere per Angelum ducem, Actorum XII.

TETRASTICHON.

Angelus eripuit Petrum de cæde tyranni
In ſomnis, gladio qui periturus erat.
Sic Deus ipſe ſolet ueros ſeruare miniſtros,
Qui doceant gnati dogmata ſacra ſui.

ARGVMENTVM.

Eſt narratio hiſtorica de admiranda & diuina liberatione Diui Petri, quem Herodes rex in gratiam Iudæorum in carcerem coniecerat, quod exemplum diuinæ liberationis primum docet, Deum adeſſe Eccleſiæ ſuæ, & præcipuè liberare ueros doctores, & propagatores doctrinæ cœleſtis, ex manibus tyrannorum, ut per eos colligatur

& propa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

& propagetur Eccleſia Dei: neq; prius tyranno rum ſæuitiem quicquam in eos poſſe, quam curſum ſui miniſterij abſoluerint. Deinde teſtatur magnam eſſe energian & efficatiam precum Eccleſiæ, ſeu piorum pro alijs Sicut teſtatur hæc hiſtoria, Diuum Petrum ereptum eſſe ex manibus Herodis, propter preces Eccleſiæ, quæ Petrum occluſum in carcere Deo commendauit, ut ex tyranni et Iudæorum poteſtate liberaretur ad propagationem Eccleſiæ, & gloriam diuini nominis.

EPISTOLA, Actorum 12.

EOdem tempore iniecit Herodes rex manus, ut affligeret quoſdam de Eccleſia. Occidit autem Iacobum fratrē Iohannis gladio: Videns autem quód gratū eſſet Iudæis, perrexit cōprehendere & Petrum. Erant autem dies Azymorum. Quem cum etiam apprehendiſſet, poſuit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum aſſeruandum, uolens poſt paſcha producere eū populo. Et Petrus quidem ſeruabatur in carcere. Cæterum precatio fiebat ſine intermiſsione ab Eccleſia ad Deum pro eo. Cum autem producturus eum eſſet Herodes, in ipſa nocte dormiebat Petrus inter duos milites, uinctus catenis duabus, & cuſtodes ante

te oſtium cuſtodiebant carcerem. Et ecce Angelus Domini aſtitit, & lumen refulſit in habitaculo: percuſſoq́ꝫ latere Petri, excitauit eum, dicens: Surge uelociter. Et exciderunt catenæ de manibus eius. Dixit autem Angelus ad eum: Præcingere & ſubliga ſoleas tuas. Et fecit ſic. Et dicit illi: Circunda tibi ueſtimentum tuum, & ſequere me. Et exiens ſequebatur eum: & neſciebat quod uerum eſſet, quod fiebat per Angelum, ſed putabat ſe uiſum uidere. Cum autem præterijſſent primam ac ſecundam cuſtodiam, uenerunt ad portam ferream, quæ ducit in ciuitatem, quæ ultro aperta eſt eis. Et exeuntes proceſſerunt uicum unum, & continuo diſceſſit Angelus ab eo. Et Petrus ad ſe reuerſus, dixit: Nunc ſcio uere, quod miſerit Dominus Angelum ſuum, ut eriperet me e manu Herodis, & ex omni expectatione plebis Iudæorum.

EXPLICATIO TEXTVS.

Eodem tempore. *Exordium narrationis ſumptum á tempore, quo coniectus eſt Petrus ab Herode in carcerem, eo ſcilicet, quo petrus Hieroſolymis expoſuerat Eccleſiæ, quomodo Deus etiã*

Cornelium, & alias gentes recepiſſet ad cognitionem Euangelij, quod & Antiochia receperat, ad quos confirmandos miſſus fuit Barnabas, qui Paulum etiam Antiochiam uocauit, ubi credentes primum appellati ſunt Chriſtiani, & Agabus Propheta Iudæus Antiochiam profectus ab Hieroſolymis magnam famem futuram prædixit per totum orbem terrarum. Herodes. Herodes hic Tetrarcha fuit dictus iunior, quippe filius Herodis illius maioris, qui infantes Bethleemiticos interfecit. Vterque miserè perijt, uentre à uermibus eroſo, qualis interitus multorum tyrannorum Eccleſiæ diuina ultione fuit. Alij putant fuiſſe Herodis Tetrarchæ ex fratre Ariſtobulo, nepotem. Occidit Iacobum fratrem Iohannis. Qui maior cognominatus eſt. Videns autem. Cauſæ perſecutionis Eccleſiæ in ipſis tyrannis ſunt tres: Prima, ut gratificentur hoſtibus ueræ doctrinæ, quales fuerunt tempore Chriſti, & nunc etiam ſunt, pontifices & Phariſæi. Sic Pilatus Chriſtum morti condemnauit, & hic Herodes Iacobum in gratiam Iudæorum interfecit, & Petrum coniecit in carcerem. Secunda eſt odium doctrinæ Euangelij, quod impietatem & peccata hominum reprehendit, damnat fiduciam operum, & proponit gratuitam iuſtitiam in filio Dei per fidem, Tertia eſt metus, ne tranquillitas Reipub. perturbetur noua doctrina. Sicut inquiunt Pontifices: Ne ueniant Romani

mani,et tollant regnum noſtrum. In Deo ueró cauſæ ſunt quatuor, Prima, ut extet teſtimonium de futuro iudicio, in quo liberabitur & ornabitur Eccleſia æternis præmijs, & abijcientur perſecutores eius in æternos cruciatus. Secunda, ut oſtendatur morte doctorum Eccleſi, ueram eſſe doctrinam, quam profeßi ſunt, & conſpiciatur non ſeruiliter, ſed uero amore ſeruiſſe Deo, non propter uoluptates huius uitæ. Tertia, ut mors ſanctorum teſtetur reliquum eſſe peccatum in natura omnium hominum, propter quod etiam ſancti ſubiecti ſunt morti, & cæteris calamitatibus. Quarta, ut fiant ſimiles imaginis filij Dei, Roma. 8. Erant autem dies azymorum. Hoc addit Euangeliſta, primò, ut cauſam reddat, cur non ſtatim poſtero die interfectus ſit Petrus, quia feſtum paſchæ imminebat. Deinde, ut notet peruerſitatem impiam Iudæorum, qui ut ſancti haberentur, dies feſtos religioſé celebrabant, ſed interim innocentes comprehendunt & interficiunt. Azymorum. Id eſt, feſtum paſchæ, quo panes edebant infermentatos, qui ἄζυμοι dicuntur, ab α & ζύμη, id eſt, fermentum. Quatuor quaternionibus. Mentionem facit Euangeliſta diligentiæ in cuſtodiendo Petro, ſicut & poſtea carceris, in quem coniectus, & catenarum, quibus ligatus fuit, ut ſuſpicio abſit de humana liberatione, & miraculum tantó ſit illuſtrius. Cæterum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

precatio. *Exemplum faciendæ precationis pro doctoribus* Eccleſiæ, & *alijs, qui propter confeſſionem doctrinæ* Euangelij *patiuntur, & ſunt in periculis.* Cum autem producturus. *Tempeſtiua & miraculoſa eſt hæc liberatio* Petri. *Iuxta illud* Pſalmi 4. *Scitote, quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuum, hoc eſt, mirabiliter ſeruat & liberat.* Et Pſalm. 71. *Liberabit* Dominus *pauperem á potente.* Et ecce. *Attentio, ut Eccleſia hoc exemplum diuinæ liberationis* Apoſtoli *diligenter conſideret, & quiſq; ſe eo conſoletur, petat, et expectet auxilium á* Deo *in ſuis quoq; periculis & ærumnis.* Angelus Domini. *Oſtenditur hîc officium* Angelorum, *ut pijs inſeruiant.* Nam, *ut inquit* Diuus Paulus *ad* Hebræos 1. *Adminiſtratorij ſunt ſpiritus, qui in miniſterium emittuntur propter eos, qui hæredes erunt ſalutis.* Et lumen. *Claritas ſeu lux eſt ſignum lætitiæ & fauoris* Dei. *Item præſentiæ* Angelorum, *ut* Luc. 2. Et Angelus Domini *aſtitit illis, & claritas* Domini *circumfulſit illos.* Angelus Domini. *Bonus* Angelus *demiſſus celitus á* Deo *ad liberandum* Petrum. Surge. *Exhortatio* Angeli *ad* Petrum *facta in ſomnis, ut ad fugam ſe præparet & accingat.* Exiens. *Obedientia* Petri. Viſum uidere. *Exiſtimabat hæc omnia ſibi non ueré, ſed in ſomnis uideri fieri. Eſt autem admiranda* Petri *ſecuritas, in præſenti periculo placidé dormientis*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

tis, quæ inde profecta eſt, quia certus fuit de uoluntate Dei paterna, qua acquieuit, ſeq; ei ſubiecit, paratus ad utrunq;, uel mortem, uel ad uitam. Cum autem præterijſſent. *Amplificatio miraculi, quod per tot cuſtodias ducitur Petrus incolumis, non excitatis aut ſentientibus militibus.* Nunc ſcio. *Gratiarum actio Petri, qua beneficium liberationis grato animo agnoſcit, & poſtea prædicat apud Eccleſiam, ut hoc ſuo exemplo alios etiam ad gratitudinem inuitet, ut liberati ex ſuis periculis miſericordiam, & potentiam Dei quoque agnoſcant & celebrent.*

OBIECTIO, *De cruce piorum & Eccleſiæ.*

Tyranni, ut Herodes, florent in hac uita, & opprimuntur pij, ut Iacobus:

Ergo nulla eſt prouidentia Dei, aut ſolicitudo Dei erga pios.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia Deus uult uniuerſaliter Eccleſiam, in hac uita, ſubiectam eſſe cruci, & quoſdam eius gubernatores ſinit interfici à tyrannis, propter certas cauſas, ſed in futura uita totam Eccleſiam glorioſè liberabit, abiectis hoſti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

bus in æternos cruciatus : & ſæpe etiam in hac uita tyrannos punit, ut Herodes á uermibus miſerabiliter extinctus eſt.

IN FERIIS VISITATIONIS

Mariæ, Epiſtola de mutuo amore Chriſti ſponſi, & Eccleſiæ ſponſæ eius Canticorum II.

TETRASTICHON.

Mutuus eſt inter ſponſum nuptamq́; perennis
Dulcis amor, rerum curaq́; grata Deo.
Sponſa tibi magnæ ſic eſt Eccleſia curæ,
Quam mundas roſeo ſanguine, Chriſte, tuo.

ARGVMENTVM.

Deſcribit hic Salomon ſub perſona ſponſi & ſponſæ ἀλληγορικῶς Chriſti erga Eccleſiam amorem, tutelam, & ſolicitudinem, & uiciſsim Eccleſiæ erga hunc ſuum ſponſum obedientiam, & gaudium ſpirituale de Chriſti dilectione, cuius beneficia & amorem primum Eccleſia hîc recenſet, poſtea refert μιμητικῶς exhortationem Chriſti ſponſi, qua Eccleſiam ad ſtudium ſui uerbi, & obedientiam inuitat, & promittit ei defenſionem, & præſentiam ſuam in periculis & ærumnis. Eccleſia accommodauit ad Mariam, quæ ubiq; imaginem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ginem gerit Eccleſiæ: Primum ratione periculorum & miſeriarum, quibus ſubiecta eſt Eccleſia in hoc mundo, ſicut Maria multas acerbitates experta eſt cum filio: Deinde ratione amoris erga ipſam filij, qui ſicut matrem uero amore complexus eſt, curam eius habuit & defendit, ita Eccleſiam etiam uerè complectitur, fouet, exaudit, & adeſt ei in certaminibus & periculis.

EPISTOLA, *Cant.* 2.

ECce iſte ueniet ſaliens in montibus, tranſiliens colles, ſimilis eſt dilectus meus capreæ, hinnuloque ceruorum. En ipſe ſtat poſt parietem, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & ueni. Iam enim hyems tranſijt, abijt, & receſſit. Flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis aduenit. Vox turturis audita eſt in terra noſtra. Ficus protulit groſſos ſuos. Vineæ florentes dederunt odorem ſuum. Surge, propera amica mea, ſpecioſa mea, & ueni: columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. Oſtende mihi faciem tuam, ſonet uox tua in auri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

bus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.

EXPLICATIO TEXTVS.

Ecce iſte. *Verba ſunt ſponſæ, hoc eſt, Eccleſia de ſponſo ſuo Chriſto, quem ſalientem uocat, primum quia ſalijt de cœlo humanam naturam induens. Deinde, quia uerbum eius ſalit, hoc eſt, propagatur celeriter de una ciuitate in aliam, ut ubiq; ſentiatur fructus miniſterij in Eccleſia. Tertio, quia tranſilit montes & colles, hoc eſt, uincit ſuperbos, diuites, & potentes, de ijsq; triumphat. Sicut canit Maria: Et depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles.* Similes eſt capreæ. *Comparat Chriſtum ſponſum capreæ & hinnulo pernicitate præſtantibus, propter curſum Euangelij, quod magna celeritate propagatum eſt per uniuerſum orbem terrarum. Deinde, quia ſicut caprea uiſu eſt acutiſsimo, ita Chriſtus hoſtes Eccleſiæ, eiusq; pericula ex longinquo proſpicit, & cauet, ne ſponſæ ſuæ noceant. Tertio comparat hinnulo propter manſuetudinem & patientiam, De qua ipſe inquit, Matthæi 11. Diſcite á me, quia mitis ſum, et humilis corde. Eſt enim hinnulus animal feré omnium patientiſsimum.* En ſtat. *Occurrit obiectioni de præſentia & auxilio ſponſi, quod non ſtatim liberat ſponſam, ſed ſinit aliquandiu affligi. Reſponde igitur, Non*

deſeruit me dilectus, ſeu ſponſus meus, etiamſi aliquandiu differt & occultat auxilium, & conſolationem, quæ oculis non cernitur, neque palpatur manibus, ſed tamen ſtat poſt parietem, et aſpicit, quaſi per feneſtram & cancellos, ærumnas & pericula mea, ex quibus me opportuno tempore liberabit **Stat.** Quaſi paratus & accinctus iam ad auxilium meum. **Poſt parietem.** Paries primum eſt humana natura Chriſti, ſub qua diuina latuit occultata tanquam poſt parietem. Deinde ipſa perſecutio, in qua non conſpicitur, aut ſentitur conſolatio. Feneſtræ & cancelli, per quos proſpicit Chriſtus, eſt uerbum Dei, per quod quaſi proſpicit Deus, hoc eſt, oſtendit & reuelat ſuam uoluntatem Eccleſiæ. **En dilectus.** Mimeſis eſt uerborum ſponſi, hoc eſt, Chriſti ad Eccleſiam, quibus eam commendat & hortatur ad mutuum amorem & obedientiam. **En.** Attentio, ut humanitas & benignitas ſponſi conſideretur. **Dilectus meus.** Id eſt, Chriſtus ſponſus, á quo diligitur Eccleſia, eumq; uiciſſim diligit, obedit, &, ut honeſta matrona maritum, colit & ueneratur. **Loquitur.** Commendatio miniſterij uerbi Dei, ſeu externæ uocis, per quam efficax eſt Deus, colligens ſibi ſtatim inde ab initio conditi mundi æternam Eccleſiam, quam conſolatur in ærumnis, exaudit, iuuat & defendit aduerſus hoſtes. **Surge.** Propoſitio exhortationis ſponſi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ad ſponſam, ut ſine mora ueniat, hoc eſt, Eccleſia amplectatur doctrinam Euangelij, eamq; uitæ moribus teſtetur atq; exprimat. Surge ueni. Id eſt, amplectere uocem ſponſi, ſeu doctrinam eius, erige & conſolare te amore & promiſsionibus eius. Propera. Monet, ut properé ueniat, hoc eſt, non negligat tempus oblatæ gratiæ, quod non ſemper futurum eſt. Ideo inquit Chriſtus, Qui habet aures ad audiendum, audiat. Et Paulus, Dum tempus habemus, operemur bonum. Amica mea. Enthymema eſt. Es amica mea, & uero amore te complector, Ergo ueni, noli fugere me, etiamſi agnoſcis tuam indignitatem. Mea. Id eſt, quæ á me ueré amaris, etiam cum te deſeruiſſe uideor. Columba mea. Amatorié Eccleſiam blandiſsimis uerbis, ut ſponſus ſponſam alloquitur, quo amorem ſuum inſignem, & animum ſuauiſsimum erga Eccleſiam teſtatur. De qua manſuetudine & lenitate Meſsiæ inquit Eſaias cap. 42. Non clamabit, non erit triſtis, neque turbulentus. Eſt autem columba imago Eccleſiæ, primum propter ſimplicitatem & innocentiam. Sicut Chriſtus inquit Matthæi 10. Eſtote ſimplices ſicut columbæ, & prudentes ſicut ſerpentes. Secundo, propter fœcunditatem. Tertió, propter patientiam. Formoſa mea. Commendatio ſponſæ ſeu Eccleſiæ, á pulchritudine et ornatu ſpirituali, qui primó ſitus eſt in gratuita

imputatio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

imputatione iuſtitiæ & innocentiæ Sponſi, de qua inquit Paulus ad Epheſios 5. Chriſtus ſemetipſum expoſuit pro Eccleſia, ut illam ſanctificaret, mundatum lauacro aquæ per uerbum, ut exhiberet eam ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut quicquam eiuſmodi, ſed ut eſſet ſancta & irreprehenſibilis 2: In puritate doctrinæ. 3. In donis ſpiritus ſancti. 4. In externa adminiſtratione, ευταξια, & morum honeſtate. Mea. Emphaſis eſt in pronomine Mea. Quaſi dicat: Mihi eſt formoſa, quanquam coram mundo ſis contemptiſsima, & habearis deformis. Iam enim. Ætiologia exhortationis, ſumpta ab opportunitate ſeu occaſione oblatæ gratiæ, quam per hyemis diſceſſum, et aduentum ueris ſeu æſtatis oſtendit. Eſt autem hyems primum tempus maledictionis legis. 2. Bellorum & calamitatum Eccleſiæ. Ver ſeu æſtas tempus eſt gratiæ, ſeu Noui Teſtamenti, Item tempus tranquillitatis ſeu pacis in Eccleſia, quæ aliás maior, aliás minor eſt. Sic Paulus per noctem intelligit tempus ignorantiæ, per diem reuelationem Euangelij, inquiens ad Romanos 13. Nox progreſſa eſt, dies autem appropinquauit. Flores apparuerunt. Ruſtica notatio uerni temporis quintuplex 1. A floribus. 2. A putatione ſeu frondatione arborum. 3. Ex uoce turturis. 4. Ex ficuũ groſsis. 5. Ex odore uinearum florentium. Flores apparuerunt. Per

flores

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſlores ſeu terræ gramina intelligit iuuentutē, quæ
in pace educatur ad cultum Dei, et ſtudium litera-
rum, atq; alias honeſtas & Reipub. utiles artes.
Vox turturis. Turturem uocat pium populum,
ſeu Eccleſiam, in qua ſonat uox Euangelij, qua pro
pagatur uera religio, & traditur cœleſtis doctri-
na. Ficus protulit. Per ficus & odorem florum
uitis intelligit omnia uitæ commoda, uictum & de
fenſionem, quibus opus habet Eccleſia, ut conſerue
tur & propagetur ad poſteros uera doctrina Dei,
& cultus diuinitus inſtituit. Surge. Repetitio
propoſitionis, ut ſurgat ac properet ad ſponſum,
quia ametur ab ipſo, & ornata ſit ſpiritualibus
donis, iuſtitia ſponſi, innocentia, caſtitate, & alijs
uirtutibus. In foraminibus. Deſcriptio ſeu
imago Eccleſiæ, qualis ſit in hac uita, uidelicet
humilis & contempta, quæ non, ut potentes & di-
uites huius mundi, habitet in magnificis ædibus,
ſed in cauernis petrarum, ſicut auiculæ conterri-
tæ, & in diuerſa pulſæ, habent nidulos ſuos abſcō
ditos in foraminibus petrarum. Quidam intelli-
gunt cauernas petrarū de templo Hieroſolymita-
no, in quo tanquā in cauernis ſedeat tutó populus
Dei, & cultū diuinitus traditū Deo præſtet et cō
ſeruet, & in eo exaudiatur & defendatur á Deo.
Oſtende mihi faciem. Adhortatio ad celebra-
tionem beneficiorum ſponſi, inuocationem in peri-
culis, et gratiarum actionem. Oſtende. Id eſt, cū
uerſaris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

uerſaris in periculis, ad me confugio, te mihi oſtende. Nam ego liberabo te, exaudiam & defendam contra hoſtes tuos. Sonet uox in auribus. Id eſt, me inuocato ac celebrato, & agito mihi gratias. Vox enim. Ætiologia exhortationis, quod obedientia Eccleſiæ, inuocatio & gratiarum actio, grata ſint Deo, ac placeant ei per fidem propter mediatorem, ſeu ſponſum Chriſtum.

OBIECTIONES DVÆ.

I. De dilectione, ſeu cura Chriſti erga Eccleſiam.

Amicus non ſinit affligi amicum.
Chriſtus ſinit affligi Eccleſiam:
Ergo Chriſtus non eſt amicus Eccleſiæ, neq; eam curat.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia promiſſio Dei de defenſione corporali Eccleſiæ, habet duplicem conditionem: gloriæ Dei, et utilitatis noſtræ. Ideo Deus Eccleſiam premi interdũ ſinit calamitatibus, uel ut ipſius gloria in liberatione magis conſpiciatur, uel ut reliquiæ peccati, quæ in natura etiam ſanctorum hærent, cruce mortificentur.

II. De formoſitate Eccleſiæ ſponſæ Chriſti.

Peccata deformant hominem coram Deo.

Eccleſia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Eccleſia habet peccata, iuxta illud, Prouerb. 20. Quis dicit mundum eſt cor meum à peccatis?

Ergo Eccleſia non eſt formoſa, ſed cõtaminata ac fœda coram Deo.

Reſpondeo ad minorem, per diſtinctionem: Eccleſia habet peccata, hoc eſt imbecillitatem naturæ, cui repugnat: Et Chriſtus eam in Baptiſmo mundat per uerbum, condonans ei peccata, & ornans ſua iuſtitia & meritis, ſicut Paulus ad Ephe- ſios 5. docet.

IN FERIIS D. MARIAE Magdalenæ, Epiſtola de uirtutibus honeſtæ matrisfamilias. Prouerb. XXXI

TETRASTICHON.

Eſt donum gemmis precioſius uxor honeſta,
Lætitia unde uenit, dulcis amorq; uiro.
Hæc pietatis amans ueneratur caſta maritum,
Et propriam præſens curat alitq; domum.

ARGVMENTVM.

Eſt hoc carmen de uirtutibus piæ ac honeſtæ matrisfamiliás, quas ordine recenſet, & ſunt præcipuè, Caſtitas coniugalis, & amor erga maritũ, ſine moroſitate, ſedulitas in omnibus laboribus œconomicis

micis, parſimonia & manſuetudo in gubernatiõne familiæ, in educanda ſobole, aßiduitas domeſtica, uitans expatiationes, beneficentia erga pauperes, & id genus multæ aliæ, quæ omnes ad Decalogum ſunt referendæ, præcipuè ad 4 & 6 præceptum, quæ de officijs œconomicis & caſtitate, ac fide coniugali præcipiunt. Docet autem in genere hoc carmen, ſocietatem coniugalem honeſtam ac piam, & officia œconomica placere Deo, & eſſe cultum Dei, cum fiunt in ipſius agnitione, timore, & fiducia. Sicut inquit Paulus: Saluatur mulier per filiorum generationem, ſi manſerint in fide, dilectione, ſanctificatione, & temperantia. Priore ad Timotheum. 2.

EPISTOLA, Prouerb. 31.

MVlierem fortem quis inueniet? procul, & de ultimis finibus precium eius. Confidit in ea cor uiri ſui, & ſpolijs non indigebit. Reddet ei bonum & non malum, omnibus diebus uitæ ſuę. Quæſiuit lanam & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris, de longe portans panem ſuum. De nocte ſurrexit, deditq́ꝫ prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis. Conſiderauit agrum, & emit eum: de fructu manuum ſuarum planta-

uit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

uit uineam. Accinxit fortitudine lumbos ſuos, & roborauit brachium ſuum. Guſtauit quoniam bona eſt negotiatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fuſum. Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem. Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis, omnes enim domeſtici eius ueſtiti ſunt duplicibus. Stragulatam ueſtem fecit ſibi, byſſus & purpura indumentum eius. Nobilis in portis uir eius, quando ſederit cum ſenioribus terræ. Sindonem fecit, & uendidit, & cingulum tradidit Chananæo. Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouiſſimo. Os ſuum aperuit ſapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius. Conſiderauit ſemitas domus ſuæ, & panem otioſa non comedit. Surrexerunt filij eius, & beatiſsimam prædicauerunt: uir eius, & laudauit eam. Muſtæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es uniuerſas. Fallax gratia, & uana eſt pulchritudo: mulier timens Dominum, ipſa laudabitur. Date ei de fructu manuum ſuarum, & laudent eam in portis opera eius.

EXPLI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

EXPLICATIO TEXTVS.

Mulierem. *Propoſitio commendationis per collationem: Materfamilias pia, honeſta & ſedula in officijs œconomicis, præferenda eſt ommibus rebus quantũuis precioſis.* Preciũ eius. *Hoc eſt, honeſta Materfamilias præſtat gemmis, alijsq́; rebus precioſis omnibus, quæ ex longinquis terris afferuntur.* Confidit in ea: *Diſtributio uirtutum & officiorum honeſtæ coniugis.* Confidit. *Acquieſcit & conſolatur ſe fidelitate & mutuo amore ac complexu uxoris ſuæ. Nam eſt & hæc una ex cauſis, cur Deus inſtituit matrimonium, ut coniuges mutuis ſe officijs iuuent et conſolentur. Sicut inquit Deus, Gen. 2. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus adiutorium ei.* Spolijs non egebit. *Id eſt, ipſe abundabit rebus neceſſarijs proprijs, propter uxoris ſedulitatem. Non opus habebit defraudare alios, aut rapere aliena.* Reddet ei. *Honorabit maritum ſuum, ſicut Sara Abraham dominum ſuum appellauit.* Quæſiuit lanam. *Commendatio á ſedulitate in præſtandis œconomicis laboribus.* Facta eſt. *Similitudine exponit diligentiam bonæ & ſedulæ matrisfamilias.* De nocte. *A uigilantia, quæ in primis decet matremfamilias, ne ſit ſomniculoſa aut ignaua.* Conſiderauit agrum. *A prouidentia, qua in longũ proſpicit familiæ, ut habeat tempeſtiuum uictum ſuſtentationem & defenſionem.* Accinxit forti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

tudine. *Ab agilitate, quam per lumborum cinctu-
ram & corroburationem brachiorum intelligit.*
Guſtauit. *Iterum laudat á uigilantia, ſeu lu-
cubrando apud lanam.* Manum ſuam. *A ſe-
dulitate in laborando, maximé in nendo, quæ pecu-
liaris eſt actio mulierum, Vnde eis Homerus colum
& fuſum attribuit.* Aperuit inopi. *A benefi-
centia ſeu liberalitate erga pauperes,* Non ti-
mebit Domui. *Iterum á prouidentia de com-
parandis indumentis, aduerſus frigoris iniuriam.*
Nobilis in portis. *Ab honore, quem habet ma-
ritus ab honeſta uxore.* In portis. *Hoc eſt, inter
principes ciuitatis, qui exercere iudicia inter
portas ſolebant.* Sindonem fecit. *A negotia-
tione rerum, quas ipſa texuit, quibus opes mariti
auget.* Fortitudo & decor. *A uirtutibus, quæ
præcipué exornant honeſtam matremfamilias,
quales ſunt pietas, caſtitas, ſedulitas, fides coniuga-
lis, & ſimiles.* Ridebit in nouiſsimo. *Effe-
ctus ſedulitatis & diligentiæ in uocatione, lætitia,
quæ oritur ex mente ſibi recté conſcia.* Os ſu-
um aperuit. *A moderato & prudenti uſu lin-
guæ, quód non ſit garrula, neq; loquax.* Conſi-
derauit. *A diligentia adminiſtrandi familiam,
& præſentia & cuſtodia domus. Vnde Paulus* οἰ-
κούρους *eſſe uult, hoc eſt, cuſtodes domus, non expa-
tiari crebrò aut uagari paßim.* Surrexerunt
filij. *Recenſet iam pij & honeſti matrimonij com-*

moda

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

moda, quæ ſunt præcipua liberi, qui diligenter educandi ſunt in pietate, honeſtate morum, & literis, ut Deum agnoſcant & celebrent, & proſint Eccleſiæ & humanæ ſocietati. Fallax Gratia, *Cõmendatio honeſtæ uxoris per collationem formæ & uirtutis, docens bonam & honeſtam uxorem longè præſtare formoſæ, quæ nullis uirtutibus ſit prædita, quòd pulchritudo uana ſit & mutabilis, uirtutes autem perpetuæ ſeu immortales. Sicut poëta inquit de Forma:*

Forma bonũ fragile eſt, quantũq; accedit ad annos
Fit minor, & ſpacio carpitur ipſa ſuo.

Et Seneca in Hippolyto:

Anceps forma bonum mortalibus,
Exigui donum breue temporis,
Vt uelox celeri pede laberis?

OBIECTIONES DVÆ,

I. *De ducenda uxore.*

Mulierem, inquit Paulus, bonum eſt non attingere:

Ergo ducere uxorem eſt malum ſeu peccatum.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam: Quia ambiguitas eſt in uocabulo bonum, quod Paulo ſignificat utile, ſeu commodum, propter multiplices ærumnas coniugum. Non igitur eſt malum ſeu peccatum ducere

uxorem,ſed bonum eſt non attingere uxorem, hoc eſt,commodum ſeu utile.

II. *An mulier ſit occaſio mali.*

Occaſiones malorum ſunt uitandæ.
Mulier eſt uiro occaſio mali. Sicut inquit Eccleſiaſtes 42. A muliere iniquitas uiri:
Ergo uxor non eſt ducenda.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam: Quia eſt fallacia accidentis,quia mulier eſt creatura Dei bona, & neceſſaria ad conſeruationem humani generis, qua recte & pie uti poſſumus, ſicut cibo ac potu: corruptio autem ſeu malitia hominis in cauſa eſt, cur multi á mulieribus decipiantur, ut Adam, Dauid, Salomon. Deinde Eccleſiaſticus non loquitur de uxore legitima,ſed de muliere adultera.

DE EODEM FESTO EPIſtola de cauſa peccati ac mortis, Item, iuſtitiæ & uiuificationis, Ad Romanos. V.

TETRASTICHON.

Vnius eſt Adæ labes ut noxia multis,
Gratia ſic cunctis eſt tua,Chriſte, ſalus.
Lex obiter ſubijt,lapſis ut crimina monſtret,
Tollere quæ Chriſti gratia ſola poteſt.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Epiſtola eſt didactica. Nam docet primum Paulus, unde ortum ſit peccatum, uidelicet ab Adam, à quo progata eſt corrupta natura, qualis ipſius fuit poſt lapſum, in totum humanum genus, quam corruptionem tanquam pœna ſecuta eſt condemnatio ſeu mors æterna. Secundo docet, unde ſit iuſtitia & uiuificatio hominis, uidelicet à Chriſto, propter quem omnes, qui in ipſum credunt, iuſti reputantur à Deo, conſequuntur remiſsionem peccatorum, iuſtitiam & uitam æternam gratis per fidem abſq; ipſorum dignitate ſeu meritis. Sicut ſine propria cuiuſq; culpa, peccatum in omnes propagatum eſt, & facti ſunt omnes rei æternæ damnationis. Tertio monet de cauſa ſeu uſu promulgatæ legis, quod hæc non iuſtificet hominem, quia in hac corruptione humanæ naturæ impleri non poteſt, ſed quod oſtendat ac reuelet peccatum, eiuſq; magnitudinem & iram Dei, ut gratiæ reddamur ſitientes.

EPISTOLA, *Rom. 5.*

ITaq; ſicut per unius delictum propagatum eſt malum in omnes homines ad condemnationem, ita & per unius iuſtificationē propagatur bonum in omnes homines, ad iuſtificationem uitæ. Quemadmodum enim per inobedientiam unius hominis peccatores conſtituti fui-

mus multi: ita per obedientiam unius iuſti multi conſtituentur. Cæterum lex obiter ſubijt,ut abundaret delictum. Vbi ueró exuberauit peccatum,ibi magis exuberauit gratia,ut quemadmodum regnauerat peccatum in morte, ſic & gratia regnaret per iuſtitiam ad uitam æternam, per Ieſum Chriſtum.

EXPLICATIO TEXTVS.

Itaq;. *Eſt concluſio præcedentis expoſitionis, ſeu doctrinæ de cauſa peccati & gratiæ, & repetit, peccati cauſam eſſe Adam, propter cuius inobedientiam omnes ſunt rei, et propagatur ſimilis corruptio naturæ in uniuerſam poſteritatem, qualis fuit in ipſo Adam.* Per unius delictum. *Scilicet Adam.* Malum. *Hoc eſt, peccatũ, ſeu pœna eius, & effectus, ut mors corporalis & æterna. Item, omnes calamitates, quibus humanum genus ſubiectum eſt.* In omnes homines. *Reſpicit ad propoſitionem capitis 3. ubi inquit:* Non *eſt diſtinctio, Omnes enim peccauerunt, & deſtituuntur gloria Dei.* Ad condemnationem. *Hoc eſt, propter delictum Adæ omnes condemnantur, & ſunt rei æternæ mortis, quicũq; ab Adam procreantur carnali generatione, eſtq; hoc prius membrum collationis de cauſa peccati, uidelicet Adam, de quo Gen. 3.* Ita & per unius. *Alterum membrum*

brum collationis, continens cauſam iuſtificationis, quæ eſt ipſe Chriſtus, propter quem ſolum iuſtificamur, hoc eſt, iuſti reputamur, & accepti ſumus Deo ſine noſtro merito, quemadmodũ abſq; noſtra culpa damnamur. Iuſtificationem. Reputationem iuſtitiæ, ſeu acceptationem gratuitam. Propagatur. Cum ſcilicet per fidem accipimus bonum, hoc eſt, remiſsionem peccatorum, imputationem iuſtitiæ, & uitam æternam. In omnes homines. Qui credunt ſeu accipiunt fide remiſsionem peccatorum, iuſtitiam, & uitam æternam. Nam promiſsiones Euangelij ſunt uniuerſales, & uult Deus omnes homines ſaluos fieri. Iuſtificationem uitę. Id eſt, ut iuſtificati per Chriſtum, hoc eſt, accepti Deo, conſequantur uitam æternam & inchoēt etiam nouam uitam, ſeu nouam obedientiam erga legem per ſpiritum ſanctum. Quēadmodum enim. Repetitio collationis de cauſa peccati, quæ fuit inobedientia Adæ, propter quem omnes ſunt peccatores ſeu rei: et gratiæ ſeu iuſtitiæ, quæ eſt Chriſtus, & eius obedientia, propter quem iuſti ſumus dupliciter: primũ imputatione gratuita, deinde donatione ſpiritus ſancti, qui inchoat in nobis nouam iuſtitiam ſeu obedientiam, quæ placet Deo propter fidem in Chriſtum, etiãſi ſit imperfecta, & legi non per omnia ſatisfaciat. Cæterum lex. De cauſa promulgatæ legis, uidelicet ut peccati magnitudinem, et iræ Dei aduerſus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

peccatum reuelaret, et humiliati quæreremus gratiam & beneficia Chriſti. **Obiter ſubijt.** Id eſt, Decalogus promulgatus eſt à Moſe, ut oſtenderet peccatum conſcientijs, eas accuſaret & damnaret, ut ad mediatorem confugerent. **Vt abundaret delictum.** Id eſt, ut augeretur uis & efficacia peccati in conſcientia, ſeu proprius effectus legis, qui eſt accuſare, damnare, & ream agere conſcientiam iræ Dei, cum legi non ſatisfaciat. **Delictum.** Id eſt, ut notitia peccati, ſeu magnitudo peccati innoteſceret homini per legem. Vnde Paulus ad Romanos 7 inquit: Peccatum non nouiſſem, ſi lex non diceret, Non concupiſces. Item ad Rom. 3. Per legem eſt cognitio peccati. Et priore ad Corinthios 15. Potentia peccati lex. **Vbi ueró.** Cauſa finalis reuelandi & augendi peccati per legem in conſcientijs, ut ſcilicet gratia Dei magis conſpiciatur, & fiat acceptior perterrefactis conſcientijs agnitione peccati & horrendæ iræ Dei aduerſus peccatum. **Exuberat peccatum.** Id eſt, agnoſcitur & ſentitur in conſcientijs magnitudo peccati, & eius pœna. **Ibi magis exuberauit.** Magis agnoſcitur magnitudo & eminentia gratiæ Dei, condonantis peccata gratis propter filium. **Vt quemadmodum.** Cauſa finalis gratiæ Dei, ſeu acceptationis gratuitæ per Chriſtũ, donatio uitæ æternæ, per collationem. Q. d. Sicuti propter peccatum Adæ omnes

morti

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

morti ſubiecti fuerunt, & tyrannidi Diaboli, ita nunc gratia Dei propter Chriſtum liberantur à morte, & conſequuntur iuſtitiam & uitam æternam fide.

OBIECTIONES QVATVOR.

I. De peccato.

Iniuſtitia eſt, plecti propter alienum delictum.

Deus punit totum humanum genus propter alienum peccatum, Adæ ſcilicet:

Ergo eſt iniuſtus.

Reſpondeo ad maiorem, per diſtinctionem: Iniuſtitia eſt, punire aliquem propter alienum delictum, cum contagio peccati non tranſit in alium, ſicut natura hominis corrupta eſt, & propagatur in omnes peccatum ab Adam. Ideo quia poſteri ſimiles ſunt parenti, quantum ad naturæ deprauationem attinet, iuſtè utriq; plectuntur morte, et alijs calamitatibus. Nam comminatio Dei ad Adã, Gen. 3. Morte morieris, non ſolum ad Adam, ſed ad uniuerſam eius poſteritatem pertinet.

II. De Lege.

Lex auget peccatum. Sicut inquit Paulus: Lex obiter ſubijt, ut abundaret delictum:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Ergo Lex non eſt prædicanda, cum ſit cauſa peccati.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam: Quia phraſis Paulina eſt, Lex auget peccatum, ſcilicet ſpiritualiter in conſcientijs, quibus oſtendit magnitudinem peccati, & iram Dei, ut peccare deſinant, & quærant remißionem: non ciuiliter, quia lex data eſt, ut prohibeat peccatum, & puniantur inobedientes.

III. *De Gratia.*

Gratia ſumus iuſti.

Gratia eſt noſtra dilectio, ſeu qualitas:

Ergo noſtra dilectione ſumus iuſti.

RESPONSIO.

Nego minorem. Quia uocabulum gratiæ in dictis Pauli de iuſtificatione, non ſignificat qualitatem ſeu dilectionem noſtram, ſed gratuitam acceptationem Dei, ſeu remißionem peccatorum. Vt cum inquit Baptiſta Iohan.1. Accepimus gratiam pro gratia, hoc eſt, reconciliationem á Deo propter filium, quem diligit Pater. Item Paulus ad Ephe.2. Gratia ſeruati eſtis, idq; non ex uobis

IIII. *De cauſa, cur non omnes ſaluentur.*

Non omnes ſaluantur:

Ergo

Ergo non in omnes propagatur bonum.

RESPONSIO.

Promiſsio Euangelij, quantum ad nos attinet, eſt conditionalis, quia requirit fidem ſeu uoluntatem aſſentientem. Ideo tantum redduntur participes beneficiorum Chriſti, & ſaluantur, qui credunt. Sicut inquit Iohan. 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Vult igitur Deus omnes ſaluos fieri, ſed non omnes oblatam gratiam fide accipiunt.

IN FERIIS D. IACOBI APOſtoli, *Epiſtola Pauli, de conſolationibus ſub cruce, Romanos* VIII.

TETRASTICHON.

Qui ſtudet hic uitæ mores traducere ſanctos,
Contemptus mundo, plurima dura feret.
Lætus in his conſtans durat quicunq; periclis,
Huic Deus in cunctis auxiliator erit.

ARGVMENTVM.

Conſolatio eſt ſub afflictionibus, quas omnes pij, qui ſunt hæredes Dei, & cohæredes Ieſu Chriſti, ſuſtinere coguntur in hac uita, ut ſimiles facti imaginis filij Dei in cruce, etiam in gloria eidem

reddantur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

reddantur conſortes. Hortatur autem ad tolerandas afflictiones Paulus 8. cap. Epiſtolæ ad Romanos, præcipuè ſeptem argumentis. Primum ſumit á præmijs, quæ maxima parit afflictio. Secundum, ab exemplo omnium creaturarum, quæ ſimul compatiuntur, & expectant liberationem glorioſam cum filijs Dei. Tertium, ab exemplo Apoſtolorum, qui & ipſi tametſi maiora dona habeant, uarijs tamen modis affliguntur, internè & externè. Quartum, á modo liberationis, quæ expectanda eſt iuxta uoluntatem, & ordinationem Dei. Quintum, ab auxilio ſpiritus ſancti, qui confirmat & corroborat pios, ne in afflictionibus ſuccumbant aut deficiant. Sextum á læto exitu, ſeu fine afflictionum. Septimum, á dilectione Dei, quam in hoc textu ueram & ineffabilem ex eo demonſtrat, quòd Deus filium ſuum unigenitum miſit nobis reconciliatorem & uictimam pro peccatis noſtris. Ex hoc mirando opere certi ſumus nos, etiamſi affligimur in hac uita, tamen Deo eſſe charos, non eſſe ab eo abiectos, ſed ideo affligi, ut fides noſtra exerceatur & probetur, & tandem glorioſè liberemur.

EPISTOLA, Roma. 8

SCimus quòd his, qui diligunt Deum, omnia ſimul adiumento ſunt in bonū, nimirum his, qui iuxta propoſitum uocati ſunt. Quoniam quos præſciuerat,

eoſdem & præfiniuit, conformes imaginis filij ſui, ut ipſe ſit primogenitus inter multos fratres. Porró, quos prædefinierat, eoſdem & uocauit. Et quos uocauit, eos & iuſtificauit. Quos autem iuſtificauit, hos & glorificauit. Quid igitur dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis cõtra nos? Qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, Qui fieri poteſt, ut non & cum eodem omnia nobis donet? Quis intentabit crimina aduerſus electos Dei? Deus eſt qui iuſtificat. Quis ille, qui condemnet? Chriſtus eſt, qui mortuus eſt, imó qui & ſuſcitatus eſt, qui etiam eſt ad dexteram Dei, qui et intercedit pro nobis. Quis nos ſeparabit à dilectione Dei? Num afflictio? num anguſtia? num perſecutio? num fames? num nuditas? num periculum? num gladius? Quemadmodum ſcriptum eſt: Propter te morti tradimur tota die: Habiti ſumus uelut oues deſtinatæ mactationi. Verum in his omnibus ſuperamus per eum, qui dilexit nos. Nam mihi perſuaſum habeo, quód neq; mors, neq; uita, neq; Angeli, neq; principatus, neq; poteſtas, neq; inſtantia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profunditas, neq; ulla crea-

tura

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

tura alia poterit nos ſeparare à dilectio-
ne Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino
noſtro.

EXPLICATIO TEXTVS.

Scimus quód. *Sextum eſt argumentum con-
ſolationis ſumptum ab exitu afflictionum, uidelicet
quòd non ſunt futuræ perpetuæ, & quód* καλασπο-
φὼ *habebunt lætam atq; felicem. Quia afflictio-
nes ſunt uia ad ſalutem, ſeu gloriam, ſicut Chriſti
afflicti exemplum teſtatur, cui uult Deus Eccleſi-
am ſimilem fieri. Non igitur affligit Deus ſuos, ut
perdat, ſed ut per afflictiones eos ad gloriam, ſicut
filium, perducat. Eſt igitur hîc huiuſmodi Enthy-
mema:*

> *Afflictiones habent lætos exitus, & ſunt
> uiæ ad ſalutem & gloriam:*
> *Ergo tolerandæ ſunt æquo animo, et expe-
> ctanda eſt liberatio opportuna & glo-
> rioſa.*

*Antecedens probat exemplo Chriſti, qui hor-
ribiles afflictiones perpeſſus eſt, tum corpore tum
animo.* Scimus quód. *Id eſt, Deus non affligit
ſuos, ut perdat, ſed profuturæ ſunt ipſis afflictio-
nes in bonum, hoc eſt, utilitatem, quia per eas ex-
ercetur eorum fides & caro mortificatur.* In
bonum. *Id eſt, ad ſalutem & glorificationem.
Non igitur crux eſt ſignnm iraſcentis Dei, ſed*

diligentis

diligentis, ſicut dicitur: Quem diligit Deus, hunc caſtigat. Qui uocati ſunt. Ad cognitionem Dei per Euangelium, & ad hæreditatem uitæ æternæ. Quoniam. Ætiologia, qua neceßitatẽ oſtendit tolerandæ crucis, à uoluntate & ordinatione Dei, cui obtemperandum eſt: Quia hæc eſt uoluntas Dei, ut ſui omnes patiantur, & ſimiles fiant imaginis ſui filij. Quos præſciuerat. Id eſt, ab æterno præuidit futuros hæredes uitæ æternæ. Præfiniuit. Id eſt, conſtituit ſeu ordinauit, ut ijdem affligantur in hac uita uarijs tentationibus, externis & internis, ad exemplum ſui filij. Vt ipſe ſit primogenitus. Id eſt, primus & quaſi anteſignanus & dux Eccleſiæ, & in afflictone & glorificatione: ut eadem uia, qua filius Dei, Eccleſia etiam ad ſalutem, & gloriam ingrediatur, per crucem ſcilicet & afflictiomes. Porró quos. Addit obiter ordinem & quaſi catenam, ſeu gradus perueniendi ad ſalutem, ſeu gloriam. Sunt autem quatuor gradus:

1. Prædeſtinatio Dei ab æterno gratuita, ut omnes credituri in filium ſaluentur.
2. Vocatio ad cognitionem Dei per prædicationem Euangelij.
3. Iuſtificatio, quæ duo complectitur: gratuitam imputationem iuſtitiæ per fidem propter filiũ, et donationem ſpiritus ſancti inchoantis in homine renato nouam obedientiam.

4 Glo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

4. *Glorificatio poſt afflictiones, quia glorifica-tio nulla eſſe poteſt, niſi præcedat afflictio, & ignorantia.*

Quos prædefinierat. *Elegerat ab æterno ex gratia ad ſocietatem ſuæ beatitudinis, ſeu gloriæ in filio. Eſt enim prædeſtinatio, teſte Auguſtino, diuinæ uoluntatis per gratiã ſaluãdorũ electio.* **Eoſdem uocauit.** *Ad cognitionem gratiæ, per miniſterium ſeu prædicationem Euangelij.* **Iuſtificauit.** *Iuſtos reputauit, ſeu pronunciauit gratis propter Chriſtum, & donauit eos ſpiritu ſancto, accendente nouos motus in mentibus.* **Glorificauit.** *Id eſt, glorioſè ex afflictionibus liberauit. Eſt autẽ præterito uſus pro futuro, phraſi prophetica, ut, glorificauit, pro glorificaturus eſt.* **Quid igitur dicemus.** *Septimum argumentum ſumptum ab immenſa dilectione Dei erga nos, quam declarauit in eo, quod filium pro nobis in mortẽ tradidit. Sicut & ipſe filius inquit, Iohan. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut unigenitũ filium ſuũ daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat uitã æternam. Et Paulus ad Rom. 5. Commendat ſuam charitatem erga nos Deus, quod cum adhuc eſſemus peccatores, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* **Quid igitur dicemus adhec?** *Id eſt, quid dicemus amplius. Q. d. Quid maius, quid ad conſolationẽ efficatius requiri aut dici poteſt, quam hoc, quòd Deum habemus propitium, fauentem, & tuentem nos?*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

nos? **Si Deus.** Propoſitio eſt hypothetcica, Maior, cui minor addenda eſt hoc modo:

Si Deus eſt pro nobis (eſt) quis contra nos?
Sed Deus eſt pro nobis:
Ergo nemo poteſt eſſe contra nos.

Minorem probat á ſigno, quod Deus miſit nobis filium ut moreretur, & fieret uictima pro noſtris peccatis, inquiens: Qui proprio filio non pepercit &c. **Pro nobis.** Id eſt, propitius eſt nobis, curat & tuetur nos. **Quis contra nos?** Quis perdere nos poteſt. Q.d. Nemo, quia Deus eſt omnipotens. **Quis.** Q.d. non Diabolus, non membra eius tyranni, non mors, non terrores peccati, non ſæuitia mundi. **Qui proprio filio.** Probatio minoris, ſcilicet Deum eſſe pro nobis, hoc eſt, diligere, curare, ac tueri nos, ſumptum á ſigno, uidelicet opere miſsi filij. **Proprio.** Singula uerba Emphaſim habent. Suum filium, non alienum tradidit. Deinde unicum, quo nihil habuit charius. Sicut inquit Chriſtus: Sic Deus dilexit mundum, ut unigenitum filium daret. Item, priore Ioh 4. In hoc apparuit charitas Dei erga nos, quod filium ſuum unigenitum miſit Deus in mundum, ut uiuamus per eum. **Pepercit.** Sed ſubiecit eum propter nos omnibus ærumnis, & horrendis doloribus. Sicut dicitur Eſaiæ 53. Deo placuit eum conterere afflictione. **Pro nobis.** Non propter ſua, ſed aliena, hoc eſt, noſtra peccata, quæ ſua morte expiauit. Sicut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Eſaias inquit: Vulneratus eſt propter noſtra peccata, & afflictus propter iniquitates noſtras. Item: Ipſe non iniuſtè egit, nec dolus fuit in ore eius. Eſt hîc doctrina & conſolatio talis, Non eſſe perſonarum reſpectum apud Deum, ſed omnibus prodeſſe beneficia mortis Chriſti, qui ea fide apprehendunt. Vnde inquit filius Dei, Matthæi 11. Venite ad me omnes. Item, Paulus ad Romanos 3. Iuſtitia Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes eos, qui credunt. Tradidit. In mortem. Item in manus hoſtium ſuorum, Iudæorum & Pilati. Non igitur uoluntas aut malitia diaboli, aut Iudæorum, cauſa fuit mortis Chriſti, ſed uoluntas Patris, & obedientia ipſius filij, qui ſe uolens ex ingenti erga nos amoris incendio uictimam pro peccatis patri obtulit. Sicut inquit Propheta: Oblatus eſt, quia ipſe uoluit. Qui fieri poterit. Argumentatur à maiori ad minus: Deus filium nobis dedit, quo nihil habuit charius, Ergo etiam dabit cætera, ut uictoriam aduerſus peccata, mortem, & Diabolum. Quis intentabit. Anthypophora, ſeu occupatio, qua diluit obiectionem de peccatis ſeu uitijs hærentibus in natura, quorum conſpectu conſcientia angitur ne abſterretur, ne auſit affirmare Deum eſſe nobis propitiũ. Quare iubet, ut nihil ominus ſtatuamus nos placere Deo, etiamſi agnoſcamus uitia & indignitatem noſtram. Quia Deus pœnitentibus condonat peccatum, & reputat eos iuſtos gratis

tis propter filium. Quis intentabit. Id eſt, ac-
cuſabit, cum habeant Deũ propitium propter me-
diatorem filium. Q. d. nullus. Addit cauſam, quia
Deus eſt qui iuſtificat, id eſt, ſecundum ſuam pro-
miſsionem iuſtos reputat ſeu pronunciat eos, qui
credũt in filiũ, etiamſi ſunt indigni. Chriſtus eſt.
Addit cauſam reconciliationis, quæ eſt ipſa mors
Chriſti placans patrem. Ideo odiſſe, damnare, aut
deſerere non poteſt eós, qui credunt filio. Imó.
Mentionem facit reſurrectionis, & quod ſedeat
Chriſtus ad dexterã Dei, ut admoneat de regno &
potentia Chriſti. Nam ſedere ad dexterã Dei, eſt
eũ regnare cum Deo diuina potentia, itaq; uincet
Chriſtus, nec ſinet nos perire. Addit & de ſacer-
dotio, ſeu interpellatione Chriſti pro nobis, cuius
preces apud patrẽ non ſunt irritæ, ſed certó exau-
diuntur. Ideo non deſeret pater in afflictionibus,
pro quibus aſsiduè filius intercedit. Quis nos ſe-
parabit. Concluſio ſeu conſequens Enthymematis:
Deus nos uerè diligit mittens filiũ, ideo nullo mo-
do nos deſerturus eſt in ullo certamine, aut peri-
culo, ſpirituali uel corporali. Quis nos ſepa-
rabit. Quaſi d. nulla creatura, nulla perſecutio,
corporalis, uel ſpiritualis, adeò premere nos po-
teſt aut debet, ut dubitemus nos diligi á Deo, qui
nobis filiũ certiſsimũ pignus ſui erga nos amoris de
dit. A dilectione Dei. Qua nos Deus diligit in
dilecto, ad Epheſios 2. Nam actiuè intelligi debet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

dilectio, qua Deus nos complectitur in filio, non de noſtra dilectione, ſeu qualitate, quæ iudicio Dei opponi non poteſt, cum ſit imperfecta, unde ſequitur: In his omnibus ſuperamus per eum, qui dilexit nos. Num afflictio. *Συναθροισμός, ſeu congeries afflictiouum, quibus premitur Eccleſia omnibus temporibus, figurata interrogationibus.* Afflictio. *In corpore.* Anguſtiæ. *In ſpiritu.* Perſecutio. *In facultatibus, ſeu bonis fortunæ.* Fames. *Publica uel priuata.* Nuditas. *Indumentorum & aliarum rerum omnium, quæ ad uitæ ſuſtentationem ſunt neceſſariæ, inopia.* Periculum. *De uita amittenda.* Gladius. *Sæuities tyrannorum.* Quemadmodum. *Teſtimonio Pſalm. 43. oſtendit, Eccleſiam ſubiectam eſſe cruci, & comparat pios propter aßidua pericula uitæ ac fortunæ, ouibus deſtinatis mactationi.* Verum in his. *Repetitio conſolationis de præſentia & auxilio Dei in tentationibus, eiusq; cauſa, quæ eſt dilectio Dei, qua nos in filio complectitur.* Vincimus per eum. *Cum ſcilicet agnoſcimus nos à Deo diligi, & opponimus terroribus peccati ac ſæuitiæ Diaboli hanc Dei beneuolentiã erga nos, non ſolum uincimus, ſed ὑπερνικῶμεν, hoc eſt, glorioſè uincimus, ac longè ſuperamus hoſtes, ſicut Moſes glorioſè uicit Pharaonem.* Nam mihi perſuaſum. *Ætiologia continens generalem concluſionem, qua recenſet hoſtes Eccleſiæ*

cleſiæ ſpirituales,ſicut ſuprà corporales, ærumnas
qui omnes hoc agunt,ut de dilectione Dei erga nos
dubitemus.His fide reſiſtendum eſt,& ſtatuendum
certò,nos uerè diligi á Deo,etiamſi diuerſum ſen-
tiamus, & reclament omnes creaturas, ſpirituales
& corporales,angelicæ,& humanæ: & proponit
Eccleſiæ ſuam certitudinem de dilectione Dei erga
ſe,& uult ut unusquiſq; ſtatuat ſe quoq; uerè dili-
gi á Deo in filio. Neq; mors. Sub morte comple-
ctitur omnes calamitates, quibus ſubiectum eſt hu
manum genus propter peccatum. Neq; uita. Hîc
intelligit opes,honores,uoluptates, & quicquid in
hac uita delectat. Angeli. Intelligit aut malos
angelos, aut eſt fictio, qualis eſt illa in Corin-
thijs: Si Angelus aliud Euangelium uobis prædica
uerit &c. nolite credere. Neq; principatus.
Totum regnum Diaboli, quorum diuerſi ſunt or-
dines,& poteſtates, ſicut & bonorum Angelorũ.
Neq; inſtantia. Hoc eſt, præſentia pericula.
Neq; futura. Comminationes ſuppliciorum,qui-
bus tyranni abſterrere conantur pios á confeßio-
ne doctrinæ. Neq; altitudo,neq; profundi-
tas. Hoc eſt,nullæ quantumuis graues & intolera
biles perſecutiones,aut pœnæ. Separare pote-
rit. Id eſt,efficere,ut dubitemus in his afflictioni-
bus de dilectione ac fauore Dei erga nos. Quæ
eſt in Chriſto Ieſu. Qua nos Deus complecti-
tur propter filium,quamdiu in ipſum credimus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

QVÆSTIO, *De lapſu renatorum.*

Poſsunt ne credentes labi, & amittere fidem & ſpiritum ſanctum?

Reſpon. Poſsunt. *Sicut Dauid, Petrus & alij.*

CONTRA.

Inquit Paulus: Quis ſeparabit nos à dilectione Dei?

Ergo electos ſemper diligit, neq; excidere à gratia Dei poſſunt, aut amittere fidem, & ſpiritum, qui ſunt electi.

Reſpondeo per diſtinctionem: Loquitur Paulus diſertè de dilectione Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu: Hæc eſt perpetua & immutabilis, quamdiu in Chriſtum credimus, ſed cum deficimus à Chriſto, et contra conſcientiam perſeueramus in peccatis, definit nos diligere Deus. Amittimus fidem & gratiam. Sicut exempla Dauidis, & aliorum oſtendunt.

Vnde Chriſtus inquit: Si manſeritis in ſermone, uerè diſcipuli mei eſtis.

Item: Pater amat uos, quia me amaſtis.

IN

IN FERIIS D. BARTHOLOmæi, Epiſtola S. Pauli de afflictione & conſolatione piorum. Poſteriore ad Corinth. IIII.

TETRASTICHON.

Theſaurum gerimus uaſis, cœleſtia dona,
Teſtaceis, uerbi dogmata ſacra Dei.
Sed Deus infirmis diuino numine uires
Addit, ut in mundo facta ſtupenda gerant.

ARGVMENTVM.

Teſtatur hac Epiſtola Apoſtolus, totam Eccleſiam ſubiectam eſſe cruci, maximè uerò miniſtros, ſeu doctores Euangelij, quemadmodum ipſe uarijs modis affligitur propter ueræ doctrinæ profeßionem, quæ quoniam mundi impietatem, et fiduciam iuſtitiæ & ſapientiæ carnalis damnat ac reijcit in cauſa iuſtificationis, exoſa eſt præſtantißimæ parti humani generis: ſed opponit conſolationem in afflictionibus: Primam ſumptam ab uſu crucis, quòd per eam gloria Chriſti innoteſcit: Secundam à præſentia & auxilio Dei, qui afflictis adeſt, conſolatur eos, iuuat, & tandem glorioſè liberabit. Sicut inquit Pſalmus: Et ſcitote, quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuum. Deus exaudiet me, cum clamauero ad eum, Pſal. 90.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

EPISTOLA, 2.Corin. 4.

HAbemus theſaurum hunc in teſtaceis uaſculis, ut uirtutis eminentia ſit Dei, & non ex nobis. In omnibus Premimur, at non anxij reddimur: laboramus, at non deſtituimur: perſecutionem patimur, at non in ea deſerimur: deijcimur, at non perimus: Semper mortificationem Domini Ieſu in corpore circumferentes, ut & uita Ieſu in corpore noſtro manifeſtetur. Semper enim nos qui uiuimus, in mortem tradimur propter Ieſum, ut & uita Ieſu manifeſtetur in mortali carne noſtra.

EXPLICATIO TEXTVS.

Habemus. *Cõmendauit primum initio quarti capitis Apoſtolus ſuum & aliorum Apoſtolorũ miniſterium prædicandi Euangelium, quo Deus Eccleſiam ſibi æternã colligeret et inſtauraret. Secundo profitetur ſuam fidelitatem, & diligentiam in hoc miniſterio, quod ſyncerè & abſq; reſpectu ullius commodi eo fungerentur. Tertio addit de autore doctrinæ, ſcilicet Deo, qui mandauit prædicare Euangelium, & uocare homines ex tenebris ad lucem, hoc eſt, ueram notitiam Dei, & filij ipſius. Quia autem difficillima eſt hæc functio, addit hîc de infirmitate ſua & aliorum miniſtrorum, quod*

ſcilicet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ſcilicet non ſit efficax miniſterium, niſi Deus ipſe adſit, adiuuet illud, & confirmet docentes. Vnde inquit: Habemus hunc theſaurum (Euangelium, quo nihil eſt præſtantius) in teſtaceis uaſculis, hoc eſt, in nobis ipſis infirmis & abiectis coram mundo, qui nequaquam ſuſtinere poſſemus ærumnas, quibus obruimur quotidie propter Euangelium, niſi Deus adiuuaret et confirmaret nos ſuo ſpiritu. **Theſaurum.** Sic appellat Euangelium, & uerã cognitionem Dei. Sicut ad Coloſſ. inquit: In quo (Chriſto) ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei reconditi. Ita in parabola Matth. 13. Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſconſo in agro. **In teſtaceis uaſculis.** Teſtacea uaſcula uocat ſeipſum, & alios miniſtros uerbi Dei, fragiles & abiectos coram mundo, multiſq; expoſitos calamitatibus & ærumnis. Reſpexit autem ad primam conditionem hominis ex limo terræ, Gen. 2. Significat igitur primum communem imbecillitatem humanæ naturæ: deinde ipſorum miniſtrorum infirmitatem, qui uarijs ærumnis ſubiecti ſunt, quas nullo modo perferre poſſent, niſi adiuuarentur & confirmarentur diuinitus. **Vt uirtutis.** Addit cauſam cur Deus infirmos elegerit ad tam excellens miniſterium docendi Euangelij, ut ſcilicet uirtus ſeu potentia Dei magis conſpiciatur, qui tantas res in Eccleſia per infirmos efficit. Vnde inquit ad Paulum: Virtus mea in infirmitate perficitur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Vt uirtutis eminentia. *Efficacia ſeu potentia Euangelij, quo regnum Diaboli deuaſtatur, aboletur peccatum & mors, & uincitur Diabolus, ut hæc gloria tribuatur ſoli Deo, qui in infirmis eſt efficax, non humanæ ſapientiæ aut potentiæ.* Et non ex nobis. *Id eſt, ne gloriemur de noſtris uiribus, eloquentia, ſapientia, & potentia. Vnde inquit alibi, poſteriore Corinth. 3. Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid de nobis tanquam ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Item priore ad Corinth. 1. Quæ erant imbecillia in mundo, elegit Deus, ut pudefaceret ea, quæ ſunt robuſta.* In omnibus. *Recenſet uarias ſpecies perſecutionum & ærumnarum miniſtrorum Eccleſiæ, quibus per antitheſin conſolationem ſubijcit de præſentia & defenſione Dei confirmantis & adiuuantis ſuos in miniſterio, ne in ærumnis & periculis ſuccumbant aut deficiant à confeßione.* Premimur. *Scilicet rebus aduerſis, ut fame, ſiti, nuditate.* Non anxij reddimur. *Id eſt, non dubitamus de præſentia & auxilio Dei, ſed acquieſcimus in uoluntate eius, expectantes promiſſam liberationem.* Laboramus. *Id eſt, ſuſtinemus & experimur uarias difficultates in miniſterio.* Non deſtituimur. *A Deo adiuuante et conſolante nos, ut miniſterium ſit ſalutare & efficax.* Perſecutiones patimur. *Id eſt, eijcimur è ſedibus noſtris, & priuamur facultatibus.* Non deſerimur. *A Deo, qui conſo-*

conſolatur & ſuſtentat nos, ut perferre omnia poßimus. **Deijcimur.** Id eſt, interficimur á tyrannis. **At non perimus.** Id eſt, non deficimus á confeßione propter ulla pericula. Non perimus occiſi, quia uita noſtra eſt Chriſtus, qui excitabit nos ad uitam & gloriam æternam. **Semper mortificationem.** Id eſt, ſicut Chriſtus mortificatus eſt, & ſe uolens ſubiecit cruci, ſic & nos miniſtri eius mortificamur & ſubijcimur omnibus ærumnis, quas patienter exemplo Chriſti ſuſtinemus, ut gloriæ eius participes reddamur. Rom. 8. **Vt & uita.** Cauſa finalis ſeu utilitas crucis piorum, in primis miniſtrorum Eccleſiæ, ut ſcilicet uita, hoc eſt, gloria, reſurrectio, potentia, & uictoria Chriſti regnantis illuſtretur & patefiat per miniſterium Euangelij in mundo. **Semper enim.** Declaratio præcedentis dicti de uſu crucis, qua uita Chriſti, hoc eſt, potentia regnantis manifeſtatur & conſpicitur coram mundo, cum per miniſtros infirmos & obnoxios omnibus ærumnis tam miranda opera efficit in Eccleſia. Declarat autem quid uocarit mortificationem Chriſti, uidelicet patientiam in ueris doloribus, & ſenſum iræ Dei. **In mortem tradimur.** Sæpe morti obijcimur, rapimur ad ſupplicia propter confeßionem Chriſti, ſeu Euangelij eius.

IN

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

IN FERIISS. MATTAEI Apoſtoli, Epiſtola D. Pauli de miniſterijs ſeu donis, quibus gubernatur & conſeruatur Eccleſia. Ephe. IIII.

TETRASTICHON.

Aſcendens Erebi ſpoliator Chriſtus in altum,
Dæmone captiuo, munera larga dedit.
Sunt hæc, præcones tradunt qui dogmata Chriſti
Munera, quæ ſolus datq; fouetq; Deus.

ARGVMENTVM.

Commendat hic Apoſtolus beneficium Dei immenſum, quód conſeruat & inſtaurat Eccleſiam excitatis ſubinde ueris doctoribus & gubernatoribus in Eccleſia omnibus temporibus. Et eſt hoc Chriſti regnum ſpirituale, quòd non ſit ocioſus in cœlo, ſed gubernat & conſeruat Eccleſiam ſuam, repellit furores Diaboli & Tyrannorum, ut ſpargi latè doctrina Euangelij poßit, qua colligitur æterna Eccleſia, & multi ad cognitionem Dei ueniunt & ſaluantur. In fine hortatur ad amplectendam ueram & certam ſententiam doctrinæ Euangelij, & ad conſtantiam in eius confeßione, ne opinionum uarietate & incertitudine ſinamus nos abduci à uera & ſalutari doctrina Dei, aſtutia hominum diaboli.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

EPISTOLA, Ephe. 4.

VNicuiq; noſtrum data eſt gratia iuxta menſuram donationis Chriſti. Quapropter dicit, cum aſcēdiſſet in altū, captiuam duxit captiuitatem, & dona dedit hominibus. Cæterum illud aſcēdit, quid eſt, niſi quod etiam deſcenderat prius in infimas partes terræ? Qui deſcēdit, idem ille eſt, qui etiam aſcendit ſupra omnes cœlos, ut impleret omnia. Et idem dedit alios quidem Apoſtolos, alios uerò Prophetas, alios autem Euangeliſtas, alios autem paſtores ac doctores, ad inſtaurationem ſanctorum in opus adminiſtrationis, in ædificationem corporis Chriſti, donec perueniamus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in uirum perfectum, in menſuram ætatis plene adultæ Chriſti, ut non amplius ſimus pueri, qui fluctuemus, & circumferamur quouis uento doctrinæ, per uerſutiam hominum, per aſtutiam qua nos adoriuntur ut imponant nobis.

EXPLICATIO TEXTVS.

Vnicuiq;. *Hortatur Apoſtolus initio capitis 4. Epiſtolæ ad Epheſios, ad concordiam ſeu unanimitatem, monens ne quis propter dona excellentio*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ra alium contemnat, uel qui inferiora dona habet, maiora alijs non inuideat. Huius admonitionis addit hîc cauſam ſumptã à diuerſitate donorum, quæ Deus iuxta ſuam uoluntatem ſingulis confert, ad utilitatẽ Eccleſiæ. Sicut inquit priore ad Corin. 12. Vnicuiq; datur manifeſtatio ſpiritus, ad utilitatem non ſuam, ſed Eccleſiæ. Sic & hîc inquit: Vnicuiq; noſtrum data eſt gratia, iuxta menſuram donationis Chriſti. Quia igitur ſunt dona Dei gratuita, non uirtutes noſtræ, aut merita, Ergo non eſt de ijs ſuperbiendum, ſed conferenda ſunt ad publicam Eccleſiæ & aliorum utilitatem. Gratia. Id eſt, diuerſa dona, quæ conferuntur unicuiq; á Deo, non propter merita ſeu uirtutes noſtras, ſed ex gratia. Iuxta menſuram. Sicut Chriſtus confert diuerſa dona pro ſuo arbitrio ſingulis, alijs excellentiora, alijs minora. Quapropter. Dicto Pſal. 67. probat Chriſtum non ſedere ocioſum in cœlo, ſed habere curam Eccleſiæ ſuæ, & conferre ei ſpiritualia dona diuerſa, quibus Eccleſia ædificatur & conſeruatur. Captiuam duxit. Id eſt, deuaſtauit regnum Diaboli, quo detinebatur captiuum humanum genus, uicit Diabolum, & de eo uicto quaſi triumphum egit, ut latius docet ad Coloſſ. 2. Et dedit. Duplex beneficium Chriſti continet hoc dictum. Prius eſt uictoria eius contra Diabolum, atq; regni ipſius deuaſtatio. Alterum collatio donorum ſpiritualium, quibus colligitur

& con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

& conſeruabitur Eccleſia. **Et dedit dona hominibus.** Hæc dona infrá recenſet, quum inquit: Dedit alios Apoſtolos, alios ueró Prophetas &c. Et priore Corinth. 12. Huic quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij ueró ſermo ſcientiæ, ſecundum eundem ſpiritum, alij uerò fides. **Cæterũ illud.** Obiter exponit dictum Pſalmi, oſtendens cauſam, primó iuſtificationis noſtræ: deinde donorum ſpiritus ſancti, quæ cauſa eſt ipſa mors & humiliatio Chriſti, quam per eius deſcenſum intelligit, & aſcenſio eiuſdem in cœlum, ſeu glorificatio. Argumentatur autem hoc modo á natura Relatiuorum:

> Aſcendit Chriſtus in cœlum:
> Ergo antè ex eo deſcendit, hoc eſt, humiliauit ſemetipſum, induens humanam naturam, factus pro nobis peccatum &c.

Illud aſcendit. Id eſt, quód Chriſtus aſcendit in cœlum. **Quid eſt.** Id eſt, quid intelligendum innuit Propheta. **Deſcenderat.** Id eſt, humiliauerat ſemetipſum aſſumpta forma ſerui. Philip. 2. Item Pſalm. 8. Minuiſti eum pauló minus ab Angelis, gloria & honore coronaſti eum. **Ad inferiores partes terræ.** Hoc eſt, ſubiecit ſe Chriſtus longè infra omnes creaturas. Item, mortuus eſt & ſepultus. **Qui aſcendit.** Meritum deſcenſus ſeu humliationis Chriſti, glorificatio. **Qui deſcendit.** Id eſt, Chriſtus, qui ſe humilauit infra omnes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

omnes. **Qui etiam aſcendit.** Id eſt, qui exaltatus eſt per aſcenſionem. **Supra omnes cœlos.** Id eſt, ſupra omnes creaturas, cœleſtes & terreſtres, in quas poteſtatem accepit, ut ipſe inquit, Matt. 28. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. **Vt impleret.** Hoc fuſius explicat Ephe. 1. inquiens: Deus excitauit eum (Chriſtum) ex mortuis, et ſedere fecit ad dexteram ſuam in cœleſtibus, ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & uirtutem, & dominium, & omne nomen quod nominatur non ſolum in ſeculo hoc, uerum etiam in futuro, & omnia ſubiecit ſub pedes illius, et eũ dedit caput ſuper omnia ipſi Eccleſiæ, quæ eſt corpus illius, complementũ eius, qui omnia in omnibus implet. **Et idem.** Expoſitio donorum Chriſti ſedentis & regnantis ad dexteram patris, & fructus aſcenſionis eius in cœlum, qui eſt inſtitutio & conſeruatio publici miniſterij in Eccleſia. **Apoſtolos.** Apoſtoli dicuntur, qui á Chriſto ſunt miſſi in uniuerſum mundum, ad docendum Euangelium in omnibus locis, qui certó ſpiritum ſanctum habent, Ideo de eorum doctrina dubitari non poteſt, quin ſit uera & cœleſtis. **Prophetas.** Id eſt, ſcripturæ interpretes. **Euangeliſtas.** Euangeliſtæ dicuntur miniſtri Apoſtolorum, quos diſcedentes Apoſtoli in conſtitutis Eccleſijs reliquerunt, & hi ſcriptores erant hiſtoricæ Euangelicæ. **Paſtores.** Sunt Epiſcopi ſeu gubernatores Ec-

cleſiarum, quos nunc Superintendentes uocamus, qui certi in ſingulis Eccleſijs ſeu ciuitatibus conſtituebantur. Ideo non licebat docere eis in alijs Eccleſijs, aut ritus conſtituere, ut Apoſtolis. Doctores. Qui accepta alijs tradebant uel ſcriptis uel uoce in publicis concionibus, ad quos & Catechiſtæ pertinent. Ad inſtaurationem. Id eſt, ad collectionem, reſtitutionem, et conſeruationem collapſæ Eccleſiæ, quæ eſt Chriſti corpus myſticum, ipſe uerò Chriſtus ſolus caput eius. In opus miniſterij. Id eſt, ut ipſum miniſterium tantò felicius ſuccedat, & propagetur doctrina Euangelij ad multos. Donec perueniamus. Id eſt, donec perfectam notitiam, quantũ fieri poteſt, uoluntatis Dei conſequamur. Quæ notitia in uita æterna perfecta erit. Nam in hac uita tantum per ſpeculum uidemus in ænigmate, ut inquit Paulus priore ad Cor. 13. In unitatem fidei. In Chriſtum, qua ſola omnes pij tum Veteris, tum noui Teſtamenti ſaluati ſunt, & ſaluabuntur. In uirum perfectũ. Similitudinem ſumit ab infantibus ſeu pueris, quòd ſicut illi indies augentur & fiunt robuſtiores tum uiribus animi, tum corporis, ita etiam quotidie acceßio aliqua fieri debet cognitionis Chriſti, audiendo, legendo, diſcendo & meditando uerbum Dei, alijsq; exercitijs. Vt non amplius. Exhortatio ad comparandam ſolidam & certam ſententiam uerbi Dei, quæ perpetuum conſenſum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

habet catholicæ Eccleſiæ, Prophetarum, Chriſti & Apoſtolorum. Deinde ad conſtantiam in retinenda uera doctrina, ne circumuenti aſtutijs diaboli, et Hæreticorũ erroribus, á uera doctrina deficiamus. **Fluctuemus.** Similitudo ſumpta á fluctibus maris, & uentis, quibus naues huc illuc impelluntur. **Quouis uento.** Doctrina aliqua falſa, & opinione plauſibili humanæ rationi. Idem monet & ad Coloſſ. 2. inquiens: Videte, ne quis ſit, qui uos deprædetur per philoſophiam, et inanem deceptionem, iuxta conſtitutionem hominum, iuxta elementa mundi, & non iuxta Chriſtum. Item, cap. 1. Permanete in fide fundati ac ſtabiles, nec dimoueamini á ſpe Euangelij, quod audiſtis, quod prædicatum eſt apud uniuerſam creaturam.

OBIECTIONES DVÆ.

I. De diſcrimine donorum.

Deus alijs maiora, alijs minora dona largitur:

Ergo habet perſonarum reſpectum.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia eſt fallacia ſecundum non cauſam ut cauſam. Nam cauſa diuerſitatis donorum in ſingulis non eſt ϖροσωποληψία, ſeu perſonarum reſpectus in Deo; ſed publica utilitas, ſeu gubernatio Eccleſiæ, quæ multiplicibus donis opus habet, propter diuerſa miniſteria ſeu functiones Eccleſiæ.

II. De

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

II. *De captiuitate Diaboli.*

Diabolus adhuc ſæuit in Eccleſiam,& multos excæcat & perdit:

Ergo Chriſtus eum nondum uicit, aut captiuum duxit aſcendens in cœlũ.

Reſpondeo per diſtinctionem: Diabolus ſæuit quidem in Ecclaſiam,& multos euertit,qui ſunt ſecuri, & contemnunt Euangeliũ:Sed Diabolus ligatus eſt,ut quantum uult non poßit lædere pios, & delere funditus Eccleſiam. Sicut inquit Chriſtus: Ego cognoſco oues meas,& nemo rapiet eas de manu mea,Iohan. 10. Ideo autem permittit Deus Diabolo hanc poteſtatem ſæuiendi,ut pij exercitia habeant fidei & inuocationis,et ſuam imbecillitatem & miſerias agnoſcant.

III. *De perfectione Chriſtianorum.*

Paulus hic iubet, ut in uirum perfectũ creſcamus:

Ergo poſſumus in hac uita perfecte obedire legi: *Et per conſequens noſtra perfectione ſumus iuſti,& placemus Deo.*

RESPONSIO.

Nego conſequentiam. Quia plus eſt in conſequente,quám in antecedente,quod loquitur de perfectione doctrinæ ſeu cognitionis Chriſti, quæ indies augeri exercitijs debet.Non loquitur de integri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

tate morum uitæ, ſeu obedientia erga legem, quam in hac corruptione naturæ nemo aſſequi poteſt, ſed tantum inchoatur, conſummabitur autem demum in uita æterna.

IN FERIIS S. MICHAELIS *& omnium angelorum,* Epiſtola *de prælio & uictoria filij* Dei, *&* Eccleſiæ *eius aduerſus* Diabolum, *et angelos illius.* Apocalypſis XII.

TETRASTICHON.

Tartareus ſerpens pugnarunt, duxq́; Michaël,
Victus hic aſtrigera ſed Draco ſede cadit.
Qui Stygium uictor ſuperaſti, Chriſte, Draconem,
Infeſtum nobis nunc quoq; uince Canem.

ARGVMENTVM.

Deſcriptio eſt prælij ſpiritualis filij Dei, & angelorum eius, itemq́; Eccleſiæ cum Diabolo, et eius angelis, & uictoria contra diabolū. Hoc prælium primum cōmiſſum exiſtimatur in cœlo, cum Lucifer diuinitatem affectaret, & filium Dei præ ſe contemneret, quo tempore uictus eſt diabolus, & deiectus è cœlo. Poſtea iterū cœptū eſt hoc certamen in Paradiſo, poſt editā primam promiſsionem de uenturo ſemine mulieris, quod caput ſerpentis contereret, & durabit hæc pugna uſq; ad finem mundi

mundi. Inprimis tamen ante nouiſsimum diem cum Antichriſtus regnabit in Eccleſia, hoc certamen acerrimum erit, cum filius Dei, ſeu dux Michaël, ut Daniel cum uocat, deuaſtabit regnum Diaboli per prædicationem Euangelij, & abijciet eum cũ Antichriſto, & miniſtris eius in æternas pœnas. Vincunt & hunc hoſtem ipſi credentes per agnũ, eius ſanguinem, & uerbum Dei, qui in confeſsione Euangelij Ieſu Chriſti conſtanter uſq; ad mortem perſeuerant.

EPISTOLA, *Apoca.* XII.

FActum eſt prælium magnum in cœlo. Michael & angeli eius præliabantur cum Dracone, & Draco pugnabat & angeli eius, & non ualuerunt, neq; locus inuentus eſt eorũ amplius in cœlo. Et proiectus eſt Draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui uocatur Diabolus & Satanas, qui ſeducit totum terrarum orbem, & proiectus eſt in terram, & Angeli eius proiecti ſunt cum illo. Et audiui uocem magnam dicentem: In cœlo non facta eſt ſalus & uirtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius, quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat illos ante conſpectũ Dei noſtri die ac nocte: & ipſi uicerunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

eũm propter ſanguinem agni, & propter ſermonem teſtimonij ſui, & non dilexerunt animam ſuam, uſq; ad mortem: propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis.

EXPLICATIO TEXTVS.

Factum eſt prælium. *Eſt hoc prælium inter filium Dei, & Diabolum perpetuum, & planè* ἄσπονδον. *Ideo Diabolus irreconciliabili odio Dei omnibus ſeculis perſecutus eſt Eccleſiam, ne haberet Deus cultores, à quibus ipſe agnoſceretur & clebraretur in uita æterna, ex qua ipſe deiectus eſt. Contrá ueró filius Dei regnum eius iuxta primam promiſsionem, Gen. 3. deuaſtat & deſtruit eius opera, hoc eſt, peccatum et mortem. Priore Iohan. 3. Præcipuè aũt hoc certamen inceptũ eſt eſſe uehementiſsimum, quo tempore filius Dei natus eſt homo, quẽ ſtatim infantẽ perſecutus eſt Satan per Herodẽ interficientẽ infantulos Bethleemiticos, inter quos ſperabat etiam periturum eſſe hunc puerũ filium Dei. Poſtea per Iudæos eum occidit, ſed Chriſtus reſurgens à morte, uicit diabolum, & aſcendens in cœlos inſtituit miniſterium Euangelij, per quod ſibi Eccleſiam collegit etiam inter gẽtes, quæ antea in regno Diaboli captiuæ detinebantur, uiuẽtes in mundo ſine Deo. Omnium autem accerrimũ hoc prælium nunc eſt, uidelicet ante nouiſsimũ diem, cum per Antichriſtũ & Tyrannos Eccleſiam*

crudeliſsi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

crudelißimè perſequitur,ut doctrinam de filio Dei iterum accenſam in mundo prorſus extinguat. Sed ſuperior eſt & hic filius Dei cum Angelis ſuis, & ipſum Diabolum cum Antichriſto,& hoſtibus Eccleſiæ præcipitabit in ſtagnum ignis ſulphure ardens,in quo perpetuas pœnas luent ſuæ tyrannidis & impietatis. Prælium. Fuit hoc prælium in Eccleſia conſtans & acerrima prædicatio Euangelij tempore Apoſtolorum inter gentes,per quam uictus eſt Diabolus, & abolitum regnum eius, ſicut & nunc per prædicationem Euangelij deuaſtatur. In cœlo. Primum cum Lucifer è cœlo deiectus eſt: Deinde in cœlo, hoc eſt, in Eccleſia, quæ regnum cœlorũ à Chriſto ſæpe uocatur. Michael. Dux ipſe filius Dei, Danielis 12. Angeli. Primum ſpiritus boni, qui miniſterium Euangelij adiuuant,& ſunt cuſtodes & defenſores Eccleſiæ. Deinde ipſi concionatores,qui etiã Angeli,hoc eſt legati ſeu mißi à Deo appellantur. Præliabantur. Spiritualiter uerbo Dei,oratione, uigilantia, ſobrietate. De Chriſto ſeu Michaël duce dicitur Danielis 12. In tempore illo (ſub nouißimum diem) conſurget Michael princeps magnus, qui ſtat pro filijs populi tui. De Angelis Pſalm. 33. Caſtra metatur Angelus domini in circuitu timentiũ eum, & eripiet eos. Exempla angelicæ defenſionis leguntur Gen. 19. de Loth. 32. de Iacob 4 Regum 6. de Eliſæo. Danielis 14. de Daniele. Actorũ 12. de

Petro liberato ex carcere per Angelum. Cum Dracone. *Diabolo, qui hîc Draco, ut Geneſis.3. ſerpens uocatur, propter letale uenenum, quo primos parentes noſtros, eorumq́; totam poſteritatem infecit.* Angeli eius. *Id eſt, mali ſpiritus, & horum ſatellites ſeu miniſtri, ut Antichriſtus, Tyranni, Hæretici.* Et non ualuerunt. *Conſolatio eſt Eccleſiæ, iuxta illud Matth.16. Et portæ inferorum non præualebunt aduerſus illam (Eccleſiam.)* In cœlo. *Primum in ſede ſeu habitaculo Dei conſpicui, unde Lucifer eiectus eſt. Deinde in Eccleſia, ex qua impij eijciuntur, ſicut dicitur Pſal.1. Ideo non conſiſtent impij in iudicio, neque peccatores in concilio iuſtorum.* Ille magnus. *Deſcriptio potentiæ, aſtutiæ, & malitiæ Diaboli, á uarijs eius appellationibus.* Serpens antiquus. *Qui ſtatim initio conditi mundi in paradiſo ſeduxit hominem, Gen.3. Item antiquus, id eſt, callidus, uerſutus, ueterator, qui aſtutiã longo uarioq́; uſu conſecutus eſt multis annis.* Qui uocatur diabolus. *Id eſt, calumniator, á διαβάλλειν, quod eſt, calumniari, criminari.* Et Satanas. *Id eſt, aduerſarius, hoſtis ſcilicet Dei et Eccleſiæ.* Qui ſeducit. *Diabolus cauſa & autor eſt peccati, & errorum ſeu falſæ doctrinæ in mundo, unde Chriſtus Ioh.8. patrẽ mendacij uocat.* Proiectus. *Pœna Diaboli et angelorum eius, quam capite 20. uidit Iohannes, ubi inquit: Et uidi angelum deſcendentem*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

dentem de cœlo, habentem clauem abyßi, & cate-nam magnam in manu ſua, & apprehendit Draconem ſerpentem antiquum, qui eſt Diabolus, et Satanas, & ligauit eũ per annos centum et mille, & miſit eum in abyſſum. Et audiui. Hymnus ſeu ἐπι-νίκιον, hoc eſt, carmen triumphale angelorum & Eccleſiæ de parta uictoria contra Diabolum. Salus. Victoria, liberatio, defenſio Eccleſiæ. Virtus. Potentia. Regnum. Gubernatio & conſeruatio Eccleſiæ per miniſterium Euangelij. Quia. Ætilogia, repetens beneficium deuicti & condemnati Diaboli. Qui accuſabat. Immittens & augens terrores peccati in conſcientijs, ut perterrefactas iudicio Dei, & metu pœnarum ad deſperationem adigat. Die & nocte. Vigilantia & ſedulitas indefatigata Diaboli, in accuſando, & perdendo humanum genus. De qua 1. Pet. 5. inquit Apoſtolus: Sobrij eſtote, & uigilate, quia aduerſarius ueſter Diabolus, tanquam Leo rugiẽs circumit, quærens quẽ deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. Et ipſi uicerunt. De uictoria Eccleſiæ & membrorum Chriſti contra Diabolum per agnum, hoc eſt, filiũ Dei ducem, qui præliatur pro Eccleſia, ſicut Danielis 12. dicitur. Per ſanguinem agni. Media ſeu arma Chriſtianorum ſpiritualia, quibus uincunt Diabolum, ſunt, 1. Mors & ſanguis Chriſti, cuius merito conſolantur, & erigunt ſe in terroribus peccati 2. Verbum Dei, quod hic ſermo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

nem teſtimonij uocat,hoc eſt,pacti,ſeu fœderis illius,quod Deus *cum* Eccleſia *inijt, quæ doctrinam filij uerè & conſtanter amplectitur & retinet.* 3. Patientia *in afflictionibus*. 4 Inuocatio. Et non dilexerunt. Addit,*qui uincant* Diabolum, *uidelicet illi qui conſtanter* Chriſti *doctrinam confitentur, nec propter perſecutiones, mortem,aut alia pericula ab* Euangelio *deficiunt.* Propterea. Adhortatio *ad gaudium ſpirituale,de parta uictoria aduerſus* Diabolum*, & æterna lætitia, qua donabitur* Eccleſia *poſt hanc uitam.*

OBIECTIO, *De inuocatione Angelorum.*

Angeli ſunt cuſtodes & defenſores Eccleſiæ, ſeu piorum:
Ergo Angeli ſunt inuocandi.

RESPONSIO.

Nego *conſequentiam*. Quia *inquit ſcriptura,* Deut.6. Dominum Deum *tuum adorabis, & illum ſolum coles.* Et Apocalyp. 22. *prohibetur* Iohan*nes,ne* Angelum *adoret.* Non *igitur* honor *inuocationis, qui ſolius* Dei *eſt*, *creaturis tribui debet.* Nec *ſunt adorandi,ſeu inuocandi* Angeli, *ſed tantum amandi à nobis tanquam amici noſtri, qui bene nobis uolunt, & nobis inſeruiunt.*

IN FERIIS D. SIMONIS

& Iudæ Apoſtolorum, Epiſtola D. Petri, de immenſa miſericordia Dei colligentis & regenerantis ſibi ſubinde Eccleſiam ad ſpem uitæ æternæ, & de afflictionibus Eccleſiæ, quas æterna lætitia comitabitur.

I. Petri I.

TETRASTICHON.

In uiuam genuit nos ſpem certamq; ſalutem,
Dum mortis uictor Chriſtus ad aſtra redit.
Nunc latet in Chriſto nobis abſcondita uita,
Quæ fiet, iudex cum redit ille, palam.

ARGVMENTVM.

Eſt primum in hac Epiſtola commendatio immẽſæ et gratuitæ miſericordiæ Dei, quod ex humano genere perdito, colligit omnibus tẽporibus per uerbum ſuum Eccleſiam, eamq; regenerat dato ſpiritu ſancto ad ſpem uitæ æternæ, et glorioſæ immortalitatis. Deinde, adhortatio ad gratiarum actionem, pro hac bonitate Dei, ad eiusq; prædicationem, ut Deus laudetur & celebretur ab omnibus. Tertio, conſolatio in afflictionibus, ſumpta ab earum breuitate, & utilitate crucis, quod per eam exercetur & probatur fides noſtra, & glorificatur Deus: item á futura ineffabili lætitia & præmijs, quibus ornabitur Eccleſia in uita æterna, quæ hîc cruci et uarijs afflictionibus ſubiecta fuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

EPISTOLA, 1.Pet.1

LAudandus eſt Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui iuxta copioſam ſuam miſericordiam regenuit nos in ſpem uiuam, per hoc, quod reſurrexit Ieſus Chriſtus ex mortuis, in hæreditatem immortalem & incontaminabilem, atq; immarceſsibilem, conſeruatam in cœlis erga uos, qui uirtute Dei cuſtodimini per fidem ad ſalutem: Quæ in hoc parata eſt, ut patefiat in tempore ſupremo, in quo exultatis, nunc ad breue tempus adflicti in uarijs experimentis, quó exploratio fidei ueſtræ multó precioſior auro, quod perit, & tamen per ignem probatur, reperiatur in laudem & gloriam & honorem, tum, cum reuelabitur Ieſus Chriſtus: Quem cum non uideritis, diligitis: in quem in præſentia, cum non uideatis, credentes, tamen exultatis gaudio ineffabili, & glorificato, reportantes finem fidei ueſtrę, ſalutem animarum.

EXPLICATIO TEXTVS.

Laudandus. *Propoſitio commendationis miſericordiæ Dei, & exhortationis ad gratiarum actionem.* Laudandus. *Laudare Deum eſt agnoſcere*

ſcere eius miſericordiam exhibitam humano generi in reuelato uerbo, miſſo filio redemptore. Item, omnipotentiam & ueritatem in ſeruandis promiſſis, & iuſtitiam, in puniendo malos, & ſeruando bonos. Deus & pater. Hoc diſcrimine uera celebratio, & inuocatio Dei diſcernitur ab Ethnica & Iudaica inuocatione, & cultibus, quod ſcilicet Eccleſia eum agnoſcit, colit, & inuocat Deum, qui eſt pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, in quo miſſo ſuam uoluntatem humano generi reuelauit. Qui iuxta. Ætiologia propoſitionis, continens beneficium Dei prædicandum, uidelicet regenerationem Eccleſiæ per uerbum, Baptiſmum & ſpiritum ſanctum, qui nouam uitam et nouos motus excitat in homine, ut Deum uere agnoſcat, ei fidat, et inuocet fiducia mediatoris. De hac ſpirituali regeneratione ſic loquitur Iacobus capite 1. Is)Deus(deſtinata uoluntate progenuit nos ſermone ueritatis, ut eſſemus primitiæ quædam ſuarum creaturarum. In ſpem uiuam. Id eſt, qua ſperamus & expectamus uitam æternam, qui nunc morti ſubiecti ſumus propter primorum parentum inobedientiam, ſicut docet Paulus, Roma. 5. Per unum hominem peccatū in mundū introiuit, ac per peccatū mors. Spem. Spes eſt certa expectatio futuræ liberationis, ſeu uitæ æternæ. De qua inquit Paulus ad Romanos 8. Spe ſalui facti ſumus. Et ad Titum 3. Vt hæredes efficeremur iuxta ſpem uitæ æternæ: ſed

fides

ſides eſt fiducia ſeu motus cordis, quo uolumus & accipimus præſentem reconcilationem. Vnde inquit Paulus, ad Romanos 5. Fide iuſtificati pacem habemus erga Deum. Viuam. Qua primum hìc expectamus uitam æternam. Deinde, quæ conſolatur & uiuificat conſcientias. Quia etiam hìc inchoari oportet nouam uitam, cum ſcilicet conſolamur nos promiſsionibus Dei, in terroribus peccati & mortis. Per hoc. Cauſa efficiens, ſeu meritum uitæ æternæ, reſurrectio Chriſti, cuius efficacia noſtra corpora in nouiſsimo die excitabuntur á morte ad perpetuam uitam & lætitiam. Eſt autem mors Chriſti expiatio peccati, ſeu ſatisfactio, qua placata eſt ira Dei, reſurrectio uerò eſt reſtitutio nouæ uitæ & iuſtitiæ. Sicut diſcernit ea Paulus ad Rom. 4. inquiens: Traditus eſt Chriſtus (in mortem) propter peccata noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtri. Hæreditatem immortalem. Deſcriptio uitæ æternæ, ſeu lætitiæ cœleſtis, qua poſt hanc uitam perpetuò perfruemur apud Deum. Conſeruatam. Sic inquit Chriſtus, Matthæi 5. Gaudete & exultate, quia merces ueſtra multa eſt in cœlis. Et Paulus, priore ad Timoth. 4. Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illo die, qui eſt iuſtus iudex: Non ſolum autem mihi, ſed & omnibus, qui diligunt aduentum eius. Qui uirtute Dei. Addit, quinam hæreditæ

reditatem uitæ æternæ conſequuturi ſint, uidelicet, qui perſeuerant in confeßione doctrinæ Chriſti ſeu Euangelij. Sicut inquit Chriſtus, Matthæi 10. Qui perſeuerauerit uſq; ad finem, hic ſaluus erit. Per fidem. Qua in præſenti uita conſolamur nos in perſecutionibus, ne propter eas deficiamus ab Euangelio. Virtute Dei. Id eſt, potentia. Eſt igitur donum Dei gratuitum perſeuerantia. Vnde inquit Paulus ad Philippen. 1. Perſuaſum habeo hoc ipſum, quod is qui cœpit in uobis opus bonum, perficiet uſque ad diem Ieſu Chriſti. Vt patefiat. Nam nunc quidem, ut inquit Iohannes, filij Dei ſumus, ſed nondum apparuit, quod futuri ſumus. Scimus autem, quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam uidebimus eum, ſicut eſt. Nunc ad breue tempus. Conſolatio ſub cruce, ab eius breuitate. De qua inquit Paulus ad Romanos 8. Reputo non eſſe pares afflictiones præſentis temporis, ad gloriam, quæ reuelabitur erga nos. Breue tempus. Id eſt, in hac tantum uita, quæ, ut inquit Iacobus capite 4. uapor eſt, qui ad exiguum tempus apparet, & deinde euaneſcit. Quo exploratio. Ab utilitate crucis, quod ea exercetur, et probatur fides noſtra, ſicut aurum in igne. De quo Iacobus cap. 1. inquit, Beatus uir, qui ſuffert tentationẽ, quoniam cum probatus erit, accipiet coronã uitæ, quã promiſit Dominus his, á quibus fuerit dilectus.

Precio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Precioſior auro. *Similitudo ſumpta ab auro, quod ſicut non perit in igne, ſed redditur eo puri- us, probatur et eniteſcit, ita etiam pij in cruce non pereunt, ſed probatur eorum fides, carnis uetuſtas mortificatur, & purgatur naturalis immundities, ſeu reliquiæ peccati. Vnde inquit Pſal. 66. Quoni- am probaſti nos Deus, igne nos examinaſti, ſicut examinator argenti. De hac purgatione inquit & Malachias capite 3. Et colabit (Meßias) eos quaſi aurum, & quaſi argentum, & erunt Domino offe- rentes ſacrificia in iuſtitia. Item Diuus Petrus: Cha- rißimi, ne miremini dū per ignē exploramini, quæ res ad experimentū ueſtri eſt, perinde quaſi noui aliquid uobis obtingat, imo in hoc quod conſortes eſtis afflictionum Chriſti, gaudete, ut in reuelatione eiuſdem quoq; gaudeatis exultantes.* **In laudem.** *Effectus crucis, laus, gloria, & honor in nouißi- mo die, coram Deo & Angelis eius. De quo inquit Chriſtus: Qui me confitebitur corā hominibus, cō- fitebor eum coram patre meo, & angelis Dei.* **In quem,** *Addit modum conſequendæ ſalutis, qui eſt fides, qua omnem noſtrā fiduciam ac ſpem in Chri- ſtum collocamus, expectantes ab eo liberationem.* **Gaudio ineffabili.** *Sic Actorum 5. de Apoſtolis dicitur: Et illi quidem ibant gaudentes à conſpe- ctu concilij, quod digni habiti eſſent, ut pro nomi- ne eius (Chriſti) contumelia afficerentur.* **Quem cum non.** *Quæ natura eſt fidei, ut docet Paulus ad*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

ad Hebræos 11. Fides eſt earum rerum, quæ ſperantur, ſubſtantia, argumentum eorum, quæ non uidentur, Vnde & Chriſtus ad Thomam, Iohan. 20. inquit, Beati, qui non uiderunt, & crediderunt. **Reportantes.** *Effectus fidei, ſalus animarum, ſeu uita æterna, quam fides promiſſam à Deo propter Chriſtum accipit, ſeq́; expectatione futuræ gloriæ & lætitiæ conſolatur in afflictionibus.* **Finem ueſtræ fidei.** *Laus fidei, quæ quoniam ſola beneficia Chriſti apprehendit, & applicat nobis, ſola iuſtificat & ſaluat. Sicut teſtatur Ioh. 20. inquiens, Hæc ſcripta ſunt, ut credatis quód Ieſus eſt Chriſtus ille filius Dei, & ut credentes uitam habeatis per nomen eius.*

OBIECTIONES TRES.

I. De creatione Angelorum.

Nuſquam legitur, creatos eſſe Angelos à Deo:

Ergo Angeli fuerunt ab æterno apud Deum.

RESPONSIO.

Nego antecedens. Quia de Angelis inquit Pſalmus 103. Qui facis angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem flammantem, id eſt, igneas, & ſpirituales naturas. De diabolo inquit Iob, capit. 40. Ipſe (Diabolus) principium uiarum Dei, id eſt, Diabolus in principio creaturarum conditus eſt.

II. *De lapſu Diaboli, & Angelorum eius.*

Natura Angelorum eſt immutabilis:
Ergo aduerſari filio Dei non potuerunt: & per conſequens, non ſunt lapſi Diaboli.

RESPONSIO.

Nego antecedens. Quia etſi natura ſeu eſſentia Diaboli eſt immutabilis, tamen uoluntas eius, quia libera fuit, mutari potuit, & liberé ſe auertere à Deo. Ceciδiſſe autem Diabolum è cœlo, teſtatur Eſa. 14. inquiens, Cecidit Lucifer, qui mané oriebatur. Item Chriſtus Lucæ 10 Videbam Satanam ſicut fulgur, de cœlo cadentem. Et Iohan. 8. Diabolus homicida fuit ab initio, et in ueritate non ſtetit.

III. QVÆSTIO, *An aliquando ſaluandi ſint Dæmones, ut Origenes ſenſit*

Origenes ſenſit ſaluandos aliquando etiam Dæmones:
Ergo hoc uerum eſt.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam: quia affirmatiué tantum ualet ab autoritate periti artificis, et recté ſentientis, non falſé & impié, ut de hac quæſtione Origenes, qui contra ſcripturam docuit etiam Dæmones ſaluatum iri, quos Chriſtus inquit abijciendos eſſe cum impijs in æternum ignem, Matthæi 25.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

IN FERIIS OMNIVM SANctorum, Epiſtola de uniuerſali Eccleſia, ſeu cœtu ſaluandorum ex utroq; populo, Iudaico & gentili. Apoc. VII.

TETRASTICHON.

Impleat ut cœtus ſaluandos Chriſtus in orbe,
Hæc mundi moles, mox ruitura, manet,
O quam læta Dei conſpectu turba piorum,
Tranſiget in Chriſto gaudia longa ſuo.

ARGVMENTVM.

Oſtenditur in hac uiſione Iohanni imago uniuerſalis Eccleſiæ collectæ tum ex Iudæis, tum ex Gentibus propter quam, ut tota compleatur, hoc eſt, omnes electi ſeu præordinati ad uitam æternam, naſcantur, uocentur & conuertantur per prædicationē Euangelij ad fidem Ieſu Chriſti, differtur extremum iudicium & finis mundi. Quòd enim mundus in tanta malitia hominum nondum interijt, in cauſa eſt, quod quotidie naſcuntur adhuc aliqui, qui cœtui electorum ſeu Eccleſiæ addendi ſunt. Sunt autem electi omnes ex utroq; populo, quicunque notati ſunt in frontibus ſanguine agni, hoc eſt, Chriſti, quo abluuntur & purgantur á peccatis, fide. Ideo Deus eos iuſtos reputat propter agnum, & placet eorum obedientia, etiamſi adhuc reliquijs peccati ſunt obnoxij

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

EPISTOLA, *Apoc.* 7.

ET uidi alterum Angelum aſcendentem ab ortu ſolis habentem ſigillum Dei uiui: & clamauit uoce magna, quatuor Angelis, quibus datum eſt nocere terræ & mari, dicens: Nolite nocere terræ, neq; mari, neq; arboribus, quoaduſq; ſignemus ſeruos Dei noſtri, in frontibus ſuis. Et audiui numerum ſignatorum, centum quadragintaquatuor millia ſignati, ex omni tribu filiorum Iſrael. Ex tribu Iuda, duodecim millia ſignati. Ex tribu Ruben, duodecim millia ſignati. Ex tribu Gad, duodecim millia ſignati. Ex tribu Aſer, duodecim millia ſignati. Ex tribu Nephthali, duodecim millia ſignati. Ex tribu Manaſſe, duodecim millia ſignati. Ex tribu Simeon, duodecim millia ſignati. Ex tribu Leui, duodecim millia ſignati. Ex tribu Iſaſchar, duodecim millia ſignati. Ex tribu Zabulon, duodecim millia ſignati. Ex tribu Ioſeph, duodecim millia ſignati. Ex tribu Beniamin, duodecim millia ſignati. Poſt hæc uidi, & ecce turba multa, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, ſtantes ante thronū, & in conſpectu Agni

amicti

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum, & clamabant uoce magna, dicentes: Salus ei qui ſedet ſuper thronum Dei noſtri, & agno. Et omnes Angeli ſtabant in circuitu throni & ſeniorum, & quatuor animalium: & procubuerunt in conſpectu throni in facies ſuas: & adorauerunt Deum, dicentes: Amen. Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, & uirtus, & fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorum, Amen.

EXPLICATIO TEXTVS.

Et uidi alterum Angelum. *Hic Angelus, ut capite 12. Michaël pugnans cum Dracone, eſt ipſe Chriſtus, ſeu filius* Dei *Dominus noſter, qui Angelus magni conſilij uocatur, Eſa. 9. & Angelus teſtamenti, Malachiæ 3. Hic aſcendit ab ortu ſolis, hoc eſt, miſſus eſt è cœlo induens humanam naturã & mortuus, uictor mortis, ab inferis redijt, et inſtituit miniſterium Euangelij, per quod colligeretur et propagaretur Ecceleſia uſq; ad finem mundi, donec numerus electorũ Dei cõpleatur. Habet & ſigillũ Dei, hoc eſt, teſtimonia diuinitatis ſuæ, primũ uocem patris ſonantis de cœlo, Matt. 3. Hic eſt filius meus dilectus. Deinde, miracula, ut ſanationes ægrotorũ, Dæmoniorum eiectiones, reſuſcitationẽ à morte aliorum et ſui etiam corporis. Item miſsio*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

nem ſpiritus ſancti, quibus declaratus eſt filius Dei cum potentia ad Romanos 1. Clamauit. *Iuſsit poſt aſcenſionem ſuam prædicari omnibus Euangelium in uniuerſo mundo, Marci 16.* Magna uoce. *Vult enim Deus uocẽ Euangelij ubiq; & clare ſonare, ut ab omnibus exaudiatur: Quia eſt doctrina pertinens ad omnes, Vnde inquit Chriſtus Matthæi 10. Quod dico uobis in tenebris, uos dicite in luce: & quod in auribus auditis, prædicate in tectis.* Quatuor Angelis. *Hi Angeli ſunt mali ſpiritus, qui permiſsione Dei propter peccatum, nocent terræ, hoc eſt, frugibus et mari, id eſt, piſcibus. Atq; humanũ genus tandem inedia et alijs ærumnis totum extinguerent, niſi propter Eccleſiã complendã impedirentur à Deo malitioſi ſpiritus. Nam propter ſolam Eccleſiam ſeu electos tam diu durat mundus.* Nolite. *Mandatum ne totum genus humanum extinguant mali ſpiritus, priuſquam numerus electorum compleatur.* Quoaduſq;. *Id eſt, donec omnes electi á Deo ad uitam æternam, naſcantur et conuertantur ad fidem.* Signemus. *Alluſio eſt uel ad agnũ paſchalẽ, qui figura Chriſti fuit: Huius ſanguine quorum poſtes notati erant in Ægypto, tuti fuerunt á tranſeunte Deo, & percutiente primogenitos Ægyptiorum, Exodi 12. Vel reſpexit ad laminam auream in fronte ſummi ſacerdotis, cui nomẽ Domini inſcriptũ fuit: uel ad Thau Ezechielis 9.* Et audiui. *Enumeratio ſignatorum*

rum,ſeu electorum ex duodecim tribubus, ſeu poſteritate Iſraël, quos primo loco recenſet: Quia promiſsio de Chriſto Iudeis facta erat. Numerum ſignatorum. Prædeſtinatorum,ſeu electorum à Deo ad uitam æternam ex poſteritate Iſrael. Eſt autem hæc obſignatio confirmatio electorum, quæ fit per uerbum Dei,ſpiritum ſanctum, ſacramenta Eccleſiæ,& diuinam electionem in Chriſto. De qua inquit Paulus,peſteriore ad Timoth.2 Solidum fundamentum Dei ſtat,habens hoc ſignaculum: nouit Deus qui ſint ſui. Centum quadraginta quatuor millia. Vſitato more ſcripturæ certus numerus pro incerto ponitur. Nam longè plures ex Iudæis electos & ſaluatos exiſtimandum eſt: Quia Geneſis 22. poſteritas Abrahæ ſtellis cœli,& arenæ maris comparatur, propter multitudinem. Ex omni tribu filiorum Iſrael. Id eſt,Iacob Patriarchæ,qui Iſrael,hoc eſt, præualens ſeu dominans cum Deo, appellatus eſt, Geneſis 35. Filios habuit 12.quorum nomina & benedictiones lege Geneſis 49. Iuda. Hic quartus filius fuit Iacob (Gene.29.) ex Lia,qui hîc primo loco nominatur, quòd ex eius poſteritate naſciturus erat Chriſtus, Gene.49.Ex Ruben. Primus filius Iacob,Geneſis 29. Gad. Septimus filius ex Zelpha ancilla uxoris Liæ, Geneſis 30. Aſer. Octauus, ex eadem, Geneſis 30. Nephthalim. Sextus, ex Bala ancilla Rachel, Geneſis 30.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Manaſſe. *Fuit hic filius non Iacob, ſed primogenitus Ioſeph, Gene. 41. Numeratur autem hîc inter filios Iacob pro Dan, quód eum Iacob in filium ſibi adoptauit, Gene. 48.* Simeon. *Secundus filius ex Lia, Gene. 29.* Leui. *Tertius filius ex Lia, Gene. 29.* Iſaſchar. *Quintus, Gene. 30.* Zabulon. *Sextus, ibidem.* Ioſeph. *Vndecimus ex Rachel, Gen. 30.* Beniamin. *Duodecimus ex Rachel. Ab his xij. filijs Iacob, tribus ſeu familiæ Iſraelitarum appellatæ ſunt, in quas terra Chanaan diuiſa eſt, ut in libro Ioſuæ legitur.* Poſt hæc uidi. *Hæc uiſio pertinet propriè ad Eccleſiam collectã ex gentibus, quæ propter multitudinẽ dinumerari nõ poteſt. De qua dicitur Eſaiæ cap. 60. Dilatabitur cor tuum, quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium uenerit tibi. Item, Chriſtus Matth. 8. inquit, Multi uenient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham & Iſaac & Iacob in regno cœlorum.* Ex omnibus gentibus. *Regionibus & familijs totius orbis terrarum.* Stantes. *Tanquam parati ad obedientiam præſtandam agno, in confeßione doctrinæ.* Stolis albis. *Stolæ albæ ſignificant munditiem Eccleſiæ, ſeu ablutionẽ peccati per ſanguinẽ agni. De qua inquit Iohannes: Sanguis Chriſti emundat nos ab omni peccato.* Palmæ. *Palma arbor ſignificat uictoriam Eccleſiæ per Chriſtum, contra peccatum, mortem, et Diabolum. Quia palma uictoria*

in certa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

in certaminibus olim ſignum fuit. Clamabant uoce magna. Gratiarum actio, ſeu celebratio Eccleſiæ, qua primó beneficium agnoſcunt: deinde precantur Deo felix & fauſtum imperium. Et addunt ſuum quoq; hymnum omnes alij Angeli, cum quibus & nos celebremus æternum patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, pro accenſa noſtro tempore iterum ex immenſa bonitate luce Euangelij in mundo, & mirabiliter conſeruati, hactenus Eccleſiarum reliquijs inter tot pericula & uaſtationes, dicentes, Benedictio, & claritas & ſapientia, & gratiarum actio, honor & uirtus, & fortitudo Deo noſtro, in ſecula ſeculorum, Amen.

OBIECTIO, De prædeſtinatione.

Dicitur hic duodecim millia tantum ex tribubus ſingulis Iſrael ſignatos eſſe, hoc eſt, electos à Deo ad uitam æternam:

Ergo certus eſt numerus eorum, quos Deus peculiariter elegit ut ſaluentur, & cæteri omnes abijcientur.

RESPONSIO.

Nego conſequentiam, Primum, quia ponitur hic certus numerus pro incerto. Deinde, quia deus uult omnes ſaluos fieri, & ad cognitionem ueritatis peruenire, ſicut Paulus inquit, & Chriſtus omnes ad ſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

uocat, Matthæi undecimo, inquiens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos. Item ad Romanos tertio dicitur: Iuſtitia Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes, qui credunt. In hanc generalem promiſsionem ſinguli ſe includere debent, & certò ſtatuere ſe quoq; ex cœtu electorum eſſe: Nam Deus non eſt acceptor perſonarum, Actorum decimo, neq; habet aliquos certos, quos ſeruaturus ſolum eſt, reiectis cæteris qui ſunt dociles, ſed omnes electi ſunt, quicunq; obediunt uocationi, & promiſsionem Euangelij uera fide apprehendunt, & in confeſsione eius perſeuerant.

FINIS.

INDEX

INDEX EPISTOLARVM, QVÆ DOMINICIS ET FEſtis diebus proponuntur: *a* priorem, *b*, alteram chartæ faciem notat.

Dominica prima Aduentus Domini, Epiſtola Roma.13 Folio 2 a
Dominica 2 Aduentus, Epiſtola Rom.15 5 a
Dominica 3 Aduentus, Epiſtola 1 Cor.4 11 a
Dominica 4 Aduentus, Epiſtola Philip.4 16 a
In die Natalis Domini, Epiſtola Heb.1. 19 b
In eodem die Epiſtola ad Titum 2 27 a
Epiſtola tertia in die Nat. Domini. ad Tit.3 30 b
Dominica prima poſt Natalem Chriſti, Epiſtola Galat.4 33 b
In die Circũciſionis Domini, Epiſtola Gal.3 39 b
In Epiphanijs Domini, Epiſtola Eſaiæ 60 44 b
Dominica 1 poſt Epipha Epiſt. Rom. 12 49 b
Dominica 2 poſt Epipha. Epiſt Rom. 12 54 b
Dominica 3 poſt Epipha. Epiſt. Rom. 12 59 b
Dominica 4 poſt Epipha. Epiſt. Rom. 13 63 b
Dominica 5 poſt Epipha. Epiſt. Colloſſ.3 67 a
Dominica Septuageſi. Epi.1 Cor.9 & 10 73 b
Dominica Sexageſi. Epi.2 Cor.11 & 12 80 a
Dominica Quinquageſ. Epiſt.1 Cor.13. 90 a
Dominica Inuocauit, Epiſtola 2. Cor.6 97 a
Dominica Reminiſcere, Epiſtola 1. Theſſ.4 104 b
Dominica Oculi, Epiſtola Ephe.5 110 a

Domi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Dominica Lætare, Epiſtola Galatas 4. 117. a
Dominica Iudica, Epiſtola Hebræos nono 124. b
Dominica Palmarum, Epiſtola ad Philip. 2 132. a
Dominica Paſchatis, Epiſtola 1. Cor. 5 137. b
Feria ſecunda Paſchatis, Epiſtola Act. 10 143. b
Feria tertia Paſchatis, Epiſtola Actorũ 13 149. b
Dominica Quaſi modo geniti, Epi. 1. Ioh. 5. 155. a
Dominica Miſeri. Domini, Epi. 1. Pet. 2 162. b
Dominica Iubilate, Epiſtola 1. Petri 2 167. a
Dominica Cantate, Epiſtola Iacobi primo 173. a
Dominica Vocẽ iocundit. Epiſt. Iacobi 1. 178. a
In die Aſcenſionis Domini, Epiſtola Act. 1 183. a
Dominica Exaudi, Epiſtola priore Petri 4 190. a
In die Pentecoſtes, Epiſtola Acto. ſecundo 195. b
Feria ſecũda Pentecoſtes, Epiſtola Act. 10 201. a
Feria tertia Pentecoſtes, Epiſtola Act. 8 205. b
Dominica Trinitatis, Epiſtola Roma. 11 208. b
Dominica 1. poſt Tri. Epiſt. 1. Ioh. 4 214. a
Dominica 2 poſt Tri. Epiſt. 1. Iohan. 3 221. b
Dominica 3 poſt Tri. Epiſtola 1. Pet. 5 226. b
Dominica 4 poſt Tri. Epiſtola Roma. 8 231. a
Dominica 5 poſt Tri. Epiſtola 1. Pet. 3 235. a
Dominica 6 poſt Tri. Epiſtola Rom. 6 239. b
Dominica 7 poſt Tri. Epiſtola Rom. 6 244. b
Dominica 8 poſt Tri. Epiſtola Rom. 8 248. a
Dominica 9 poſt Tri. Epiſtola 1. Cor. 10 252. b
Dominica 10 poſt Trinitatis, Epiſtola priore Corinthiorum duodecimo 257. a

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Dominica 11. poſt Tri. Epiſtola 1. Cor. 15 263.b
Dominica. 12. poſt Tri. Epiſtola 2. Cor. 3 268. b
Dominica 13 poſt Tri. Epiſtola Galat. 3 272. a
Dominica 14 poſt Tri. Epiſtola Galat. 5 279. a
Dominica 15 poſt Tri. Epiſt. Gala. 5. & 6 286.a
Dominica 16 poſt Tri. Epiſtola Ephe. 3 291.b
Dominica 17 poſt Tri. Epiſtola Ephe. 4 295.b
Dominica 18 poſt Tri. Epiſtola. 1. Cor. 1 299. b
Dominica 19 poſt Tri. Epiſtola Ephe. 4 302.b
Dominica 20 poſt Tri. Epiſtola Ephe. 5 307.a
Dominica 21 poſt Tri. Epiſtola Ephe. 6 310.b
Dominica 22 poſt Tri. Epiſtola Phil. 1 317.b
Dominica 23 poſt Tri. Epiſtola Phil. 3 320.b
Dominica 24 poſt Tri. Epiſtola Coloſſ. 1 323.a
Dominica 25 poſt Tri. Epiſtola 1 Theſſa. 4 328.
Dominica 26. poſt Tri. Epiſtola 2 Theſſ. 1 332.b

INDEX FESTIVALIVM.

In die S. Andreæ Apoſtoli, Epiſtola Ro. 10 337.b
In die S. Thomæ Apoſtoli, Epiſtola Ephe. 1 344.b
In die S. Iohannis Euangeliſtæ, Epiſtola Eccleſiaſt. 15 348.b
In die S. Stephani Protomartyris, Epiſtola Actorum 6 & 7 353.a
In die Conuerſionis S. Pauli, Epiſtolam Actorum 9 in Euangelijs feſtiualibus inuenies.
In die Purificationis Mariæ, Epiſtola Malachiæ 3. 358.b

In

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

In die S. Matt. Apoſtoli,Epiſtola Act.1 364 a
In die Annunciationis Mariæ, Epiſtola Eſaiæ undecimo 370 a
In eodem feſto,Epiſtola Eſaiæ ſeptimo 376 a
In die S. Philippi & Iacobi,Epiſtola Sap.5 381 b
In die Natiuitatis Iohannis Baptiſtæ, Epiſtola Eſaiæ 40 386 b
In die Petri & Pauli Apoſtolorum,Epiſtola Actorum duodecimo. 392 a
In die Viſitationis Mariæ,Epiſtola Canticorum ſecundo. 395 b
In die Mariæ Magdalenæ, Epiſtola Prouerbiorum triceſimo primo 399 b
In eodem feſto,Epiſtola Romanos quinto 4+2 b
In die S. Iacobi Apoſtoli,Epiſtola Roma.8 406 a
In die Sancti Bartholomæi,Epiſtola poſteriore Corinthiorum quarto 412 a
In die Sancti Matthæi Apoſtoli, Epiſtola Ephesios quarto 414 b
In die Sancti Michaelis,Epiſtola Apoc. 12 418 b
In die Simonis et Iudæ Apoſtolorum,Epiſtola priore Petri primo 422 a
In die Omnium Sanct. Epiſtola Apoc.7 434 b

FINIS.

VITEBERGÆ.
Per Thomam Klug, Anno M. D. LIIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

364 a
Eſaiæ un-
370 a
376 a
.5 381 b
Epiſtola
386 b
ola Acto-
392 a
corum ſe-
395 b
erbiorum
399 b
442 b
.8 406 a
eriore Co
412 a
Epheſios
414 b
418 b
ſtola pri-
422 a
434 b

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]

223.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 223 8° [6:2,-13]